

U. U. 5.










D. IO. GEORGH ROSENMÜLLERI  
**SCHOLIA**  
IN  
NOVVM TESTAMENTVM.

27




T O M V S IV.


CONTINENS  
PAVLI EPISTOLAS AD CORINTHIOS, GALATAS,  
EPHESIOS, PHILIPPENSES, COLOSSENSES ET  
THESSALONICENSES.




EDITIO TERTIA  
AVCTIOR ET EMENDATIO.



CUM PRIVILEG. S. ELECT. SAXON.



NORIMBERGAE,  
IN OFFICINA FELSECKERIANA.  
MDCCXC.



4562



92617



# SCHOLIA

IN PRIOREM

AD CORINTHIOS EPISTOLAM.

**C**ORINTHVS erat Achaiae caput, Graeciae decus, inter duo maria Ionium et Aegeum quasi spectaculo exposita, *Flor.* II, 16, 1. ex commerciis magnas adepta diuitias. *Strabo* VIII. Ὁ δὲ Κόρινθος ἀφνειὸς (opulenta) μὲν λέγεται διὰ τὸ ἐμπόριον ἔπι τῷ Ἰσθμῷ κείμενον, καὶ δυοῖν λιμένων κύριος, ἃν δὲ μὲν τῆς Ἀσίας, δὲ δὲ τῆς Ἰταλίας ἐγγύς ἐσιν, καὶ βραδίας ποιεῖ τὰς ἐκατέρωθεν ἀμοιβὰς τῶν φορτίων πρὸς ἀλλήλοισι, τοῖς τοσούτον ἀφεσιῶσιν. *Hom.* II. β. 570. ἀφνειὸν τε Κόρινθον. Fuerunt autem Corinthii non minus lasciuia, quam opulencia et philosophiae studio insignes. Scortis enim plurimum semper indulgere Corinthii, adeo id non turpe habentes, ut publicis precationibus adhiberentur meretrices, essetque in iis precationibus, ut augerent Dii numerum prouentumque meretricum, et uouerent quidam, se nouas meretrices adducturos, ut discimus ex *Athenaeo* XIII. Ibi, teste eodem, Lais de tota Graecia tributa exegit libidinis, denis drachmarum millibus usum sui indicans; et mortua sepulcrum habuit, omnium poetarum uersibus celebre. Et hinc κορινθιάζεσθαι uulgo Graecis scortari, et κορινθία κόρα *Platoni* de *Rep.* III. ea, quae se uulgat. Non

tantum sapientiae opinione, sed et ob diuitias et opulentiam inflati Corinthii, ipsum Romanum nomen contemnere coeperunt; quae superbia excidium eis attulit, uictore *Mummi*; sed restituta per *Iulium Caesarem* urbe, ut *Strabo* narrat, et in fragmentis *Diodorus Siculus*, breuissime, ut opulentia, sic et uitia illa rediere. *Philosophiae* ibi studia ab antiquo floruerunt, *Periandro*, eius urbis principe inter septem Graeciae sapientes annumerato, atque *Diogene*, receptorum inter homines opinionum derisore, multum ibi uersato. Ex his planius intelligimus, quae Apostolus in Sophistas et sophismata contra resurrectionem mortuorum, in scortationem et incestum, denique in diuites auaros Corinthiis scripsit. Quod ad origines ecclesiae Corinthiacae attinet, *Paulus* omnium primus instituit Corinthios in religione christiana, ut patet ex huius epistolae c. III, 10. et Act. XVIII. Sed post eum alii etiam doctores Corinthum uenerunt, (uid. II. cc. coll. 1 Cor. I, II. sqq.) partim ueram et puram Christi doctrinam annunciantes, partim uero suis philosophicis opinionibus ueram Christi religionem corrumpentes. Vnde in partes scissa ecclesia, multae discordiae et lites ortae sunt. De istis dissidiis, ut et de uitiiis, quibus multi ex christianis Corinthiis adhuc dediti erant, certior factus Apostolus per amicos, scripserat iam antea ad eos Epistolam, nunc deperditam, 1 Cor. V, 9. (nam ea, quam uterque *Whiston* Armenice scriptam edidit, et *Mosis Cheronensis* historiae Armenicae adiunxit, non est Pauli.) In hac epistola, quum nonnulla essent, minus recte a Corinthiis intellecta, scripserunt ad eum litteras, quas per Stephanan, Fortunatum et Achaicum miserunt, 1 Cor. VII, 1. coll. XVI, 17. rogantes, ut accuratius

de

de iis rebus ad se scriberet; quod facit Paulus in hac ipsa epistola, ad quam explicandam iam accedimus.

In Epistolis Pauli ad Corinthios frequentior quam in ceteris eiusdem epistolis et tantum non continuus est respectus ad historicas περιστασεις, quarum cognitio primis quidem lectoribus, in re praesenti uersantibus, obuia fuerat, nobis uero ex ipsis demum apostoli litteris, et maximam partem obscuris indiciis repetenda est; quae harum epistolarum propria est difficultas. Multa in hanc rem utiliter collegit et accurate disputauit Ven. GOTTLOB CHRISTIANUS STORR in peculiari Commemoratione, cui titulus: *Notitiae historicae Epistolarum Pauli ad Corinthios interpretationi inseruientes.* Tubingae, 1788. 4. in qua etiam multa loca bene illustrantur. Nos ea, quae de festis Corinthiacis et aliis rebus historicis dicenda nobis uidentur, ipsi tractationi reseruamus.

Varii autem argumenti est haec epistola. (I.) Diffidia inter Corinthios orta, et factum inter se diffidentium acriter reprehendit Ap. atque ad concordiam eos adhortatur. c. I — IV. Sequitur (II.) elenchus ob adulterum ex eorum coetu non eiectum c. V. et (III.) ob rixandi et litigandi libidinem, cui multi ueluti mancipati erant, c. VI, I - II. Porro (IV.) a scortatione et abusu christianae libertatis dehortatur Apostolus c. VI, 12 - 20. Respondet ad uarias quaestiones sibi a Corinthiis propositas, et declarat, quid statuendum sit Christiano (V.) de coniugio; c. VII. tot. (VI.) de idolothytiis, c. VIII, 1 — c. XI, 2. (VII) de mulieribus in conuentibus Christianorum uelandis, c. XI, 2 — 16. (VIII) de coena Domini, c. XI, 17 - 34.

(IX) de Spiritus sancti donis, c. XII. XIII. XIV. (X) de resurrectione mortuorum, c. XV. denique (XI) de eleemosynis in ecclesia colligendis, c. XVI. Pauli haec Epistola scripta uidetur Ephesi, c. XVI, 8. 9. anno Christi LVII. Cf. *Michaelis* Introductionem in libros diuinos N. T. Part. II. pag. 1017. sqq. edit. tert.

## CAP. I.

1. Παῦλος — ὁ ἀδελφεός) Vid. Rom. I, 1. Suo et *Sosthenis* nomine salutem dicit Paulus Corinthiis. Etsi non est omnino certum, hunc *Sosthenem* esse illum, de quo Act. XVIII, 17. legitur, qui Corinthi tum fuerat Synagogae princeps; tamen multi uerosimillimum putarunt. Scribae officio functum esse apud Paulum, nonnullis uerosimile fit ex c. XVI, 21. Alii existimant, *Sosthenem* non ideo nominari a Paulo, quod eius focius dictando, seu scribendo fuerit, sed quod una esset cum illo, et eadem sentiret. Ob articulum additum (ὁ ἀδελφεός) multi post *R. Simonem* suspicati sunt, notum et clarum fuisse hunc *Sosthenem*. Ceterum u. 1 — 9. continet totius epistolae exordium et modestam beneuolentiae captationem.

2. ἡγιασμένοις ἐν Χρ. ἢ κλητοῖς ἀγίοις) Sensus esse uideatur: *Qui per doctrinam Iesu Christi pars populi Dei facti sunt*, in societatem populi Dei uenerunt. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, *per Christum Iesum*, i. e. per doctrinam Christi. Vocabula ἡγιασμένοις et ἅγιοι sensu non differunt; utroque enim uocabulo significantur quicumque addiēti sunt Deo, et in Dei populo numerantur. Vid. inprimis Deut. VII, 6. et XIV, 2. Κλητοὶ sunt Christiani, quibus innotuit doctrina.

Cf.

Cf. Rom. I, 7. Iudaei gentes quasi impuras esse statuebant, seipfos autem solos peculiarem esse Dei populum existimabant. Hunc honorem nunc rectius in Christianos conuenire, Paulus affirmat. σὺν πᾶσι — αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν)

*Iuxta cum omnibus colentibus dominum nostrum Iesum Christum in suis locis et loco nostro.* Iungenda sunt haec proxime praecedentibus: κλητοῖς ἀγίοις, ut sensus sit, iisdem beneficiis per Christum ornatos esse Corinthios, quae aliis coetibus contigerunt. Ita non opus est uel cum *Theodoro, Chrysostomo* et aliis statuere, catholicam esse hanc epistolam, ad omnes Christianos in *Achaia* missam, uel pro σὺν πᾶσι legere σύμπασι. De phrasi ἐπιμαλεῖσθαι τὸ ὄνομα τῷ κυρίῳ, uid. Rom. X, 3. ἐν παντὶ — ἡμῶν) i. e. ubique

cunquę locorum sint, siue inter gentes uiuant, siue inter Iudaeos. *Beza* ita uertit haec et antecedentia uerba: Qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, in quouis loco, Domini inquam, tum ipsorum, tum nostri, ut uerba αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν non sint referenda ad τότῳ sed ad κυρίῳ, et sit correctionis species, quia duntaxat κυρίῳ ἡμῶν dixerat; in qua opinione iam fuerant *Chrysostomus, Photius* et *Theophylactus*.

Ex *Wetstenii* sententia Paulus uerbis ἐν παντὶ τότῳ ab ecclesia Corinthiaca distinguit omnes ubique locorum inuocantes nomen Domini: illi sunt, qui Corinthi sedes fixerant, hi mercatores et nautae hospites, qui Christo nomen dederant, eumque modo Corinthi, modo in patriam reuersi inuocabant. *Suum* autem locum uocat, ubi ipse per praedicationem Euangelii ecclesiam fundauerat, simulque tacite se atque *Sothenem* Corinthium Act. XVIII, 17. opponit peregrino falso doctore, qui in locum non suum irrepperat 2 Cor. X, 13-16. Huic similis, sed multo facilior

est *Storrii* (in notit. hist. p. 4. not. 1.) sententia, cui alterius generis Christiani (ἐν τότῳ ἡμῶν) ii sunt, cum quibus *Paulus et Sosthenes tunc temporis uixerunt*, Ephesii nimirum uel Afiani uniuerse; (cap. XVI, 8. 19.) alterius generis (ἐν παντὶ τότῳ αὐτῶν) sunt reliqui omnes Christiani, ubicunque terrarum essent. Iuxta cum omnibus his Corinthii euaserant populus diuinus, κλητοὶ ἅγιοι. Nimis quaesita mihi uidetur eorum sententia, qui uerba ἐν παντὶ — καὶ ἡμῶν interpretantur: *sive in nostra communione sint sive minus*, et ex his uerbis colligunt unam uel alteram partem Christianorum Corinthiacorum secessionem fecisse.

3. χάρις — χρισῶ) Cf. Rom. I, 7.

4. εὐχαρισῶ — Ἰησῦ) Flecitur Apostolus orationem ad diffidia et partium studia, quibus concordiae et pacis uinculum ruptum erat apud Corinthios; et quum se a multis contemni sciret, statim ab initio affirmat, se nemini subiraesci uel inuidere, omnibus potius bene uelle, et pro ipsorum salute gratias agere Deo. *Gratias, inquit, semper ago Deo uestri causa propter beneficia illa diuina, quorum participes facti estis per Christum Iesum*, eiusque salutarem doctrinam. χάρις h. l. ut saepius, est *beneficium*, praecipue uero dona illa eximia, de quibus loquitur u. 5. sqq. et profectus in omni uirtute christiana. πάντοτε, quoties nempe preces ad Deum fundo. Ἐν χρισῶ, uel per doctrinam Christi, uel propter Christum.

5. ὅτι — ἐν αὐτῶ) *Quod abundatis omni beneficiorum genere per Christum*. Ἐν παντὶ, in omni re, i. e. omni beneficiorum genere, quae Christiani ex Deo solent percipere.



cipere. ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει) i. e. ἐν πάσῃ γνώσει τῶ λόγῳ, *omnis generis notitiis, et religionis scientia.* Λόγος idem quod κήρυγμα, c. II, 4. Dicit igitur Apostolus, non deesse ipsis idoneos doctores, nec notitiam uerae religionis. Quod tamen non intelligendum de omnibus, sed multis.

6. καθὼς — ὑμῶν) *Ex quo tempore uobis religionis ueritas confirmata est.* Καθὼς, *postquam*, ut Act. VII, 17. Rom. I, 28. Theophylactus ita explicat: τὸ καθὼς, ἀντὶ τῆ δι' αὐτῶν, διὰ τῆ λόγῳ, φησι, καὶ τῆς γνώσεως ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῶν τὸ μαρτύριον. Τὸ μαρτύριον, hebr. הַרְוּ, תְּרַוּ, *doctrina*, et quidem doctrina christiana, ut 2 Tim. I, 8. infra c. II, 1. Ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῶν, *radices egit apud uos, confirmata est uobis ueritas eius*, miraculis nempe, et ipso sensu ueritatis diuinae, cuius uim in animis uestris experti estis.

7. ὡς — χαρίσματα) *Ita ut non destituamini ullo dono.* Χαρίσματα sunt non tantum dona quae uocantur extraordinaria, sed etiam, et h. l. inprimis omnia religionis beneficia, ueluti tranquillitas, propositum seuerum, constantia, uis, incrementum et facilitas rectius agendi etc. De his donis h. l. esse sermonem ex sequentibus uerbis facile intelligitur. ἀπεκδεχομένους — χριστῶ) *Vos, qui (sine metu) expectatis gloriosam apparitionem Domini nostri Iesu Christi, sc. ad ultimum iudicium.* Rom. VIII, 18.

8. ὅς καὶ — τέλος) Ὅς referri ad u. 4. Θεός, res ipsa declarat, quum distinguatur hic, qui confirmabit a Domino cuius dies commemoratur. Βεβαιώσει ὑμᾶς, sc. ἐν πίστει, ut Col. II, 7. Ἔως τέλος, *semper*, hebr. תָּלַל, quod in Psalmis frequente occurrit. Sic εἰς τέλος Io. XIII, 1.

Matth. X, 22. etc. Potest etiam intelligi cuiusque hominis Christiani *finis uitae*. Ἀνευκλήτως — χριστῶ) i. e. εἰς τὸ εἶναι ὑμᾶς ἀνευκλήτως, ut sitis inculpati in die domini nostri Iesu Christi, ut illo die, quo Christus iudex iustus apparebit, tales reperiamini, qui nullius sceleris rei, praemia accipere et felicitate frui possint. Ἀνεύκλητοι, uitiorum et scelerum expertes.

9. πικρὸς ὁ θεός) Sc. εἰς. Πικρὸς, uerax, constans, uel etiam benignus, ex Hebraismo. δι' εἰ) i. e. ὑφ' εἰ. Est enim promiscuus earum praepositionum usus. εἰς κοινωνίαν) Vt nimirum socii sitis omnis eius felicitatis, quam Deus filio suo destinauit. De hac Christianorum cum Christo communiōe uid. not. ad 1 Io. I, 3. Ad hanc communiōem, inquit Paulus, uocauit uos Deus, instituendos uos curauit in religione, et ita coetui suo associauit, beneficiorumque capaces et participes reddidit. Is Deus est constans in seruandis promissis, et iis qui in religione et uirtutis studio perseverabunt, promissam in altera uita felicitatem largietur.

10. Παρακαλῶ — γνώμη) Reprehendit Apostolus Corinthios propter factiones et schismata quibus laborabant, atque simplicitatem doctrinae christianae, tum aduersus ambiciosos graecanae Philosophiae iactatores, tum contra superstitiosos Iudaeos ita asserit, ut auditores suos ad rectam agendi rationem reuocet. u. 10. — c. IV, 21. διὰ τῶ ἐν. — χριστῶ) Ex mandato, loco Christi, i. e. ex auctoritate Apostolica mihi a Christo concessa. ἵνα τὸ αὐτὸ — γνώμη) Vt inter uos consentiatis, nec apud uos diffidia sint, sed coniuncti sitis eadem animi uoluntate et sententia. Eandem senten-

sententiam uarie exprimit Apostolus. Τὸ αὐτὸ λέγειν *con-*  
*sentire inter se.* Thucyd. VI, 31. βιωτοὶ δὲ καὶ Μεγαρεῖς  
 τὸ αὐτὸ λέγοντες ἡσυχάζον. *Schol:* τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντες.  
 Ab iis autem, qui concordiae et pacis studio tenentur, ab-  
 sunt *diffidia et iurgia, σχίσματα.* Idem coniuncti sunt etiam  
 eadem animi uoluntate et sententia. Κατηρτισμένοι, proprie  
*coagmentati, siue coadunati,* ut totum quippiam quod suis  
 omnibus partibus apte inter se cohaerentibus componitur.  
 Νῆς, animorum seu uoluntatis coniunctio; γνώμη, *sententia,*  
 seu idem in religionis capitibus iudicium. *Isocrat.* Archi-  
 dam: περὶ τῶ δικαίς πάντες τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχομεν περὶ δὲ τῆ  
 συμφέροντος ἀντιλέγομεν.

II. ὑπὸ τῶν χλόης) *A domesticis Chloes,* ut Rom. XVI,  
 IO. IL. Non dubium est, quin *Chloe* sit religiosae ali-  
 cuius matronae nomen. \*Εριδες, *lites,* ex quibus *σχίσματα*  
 orta erant.

12. λέγω δὲ τῶτο) Haec uerba ad antecedentia magis  
 explicanda subiunguntur: *innuo, s. intelligo uero hoc.* ἐγὼ  
 μὲν εἶμι Παύλῳ) ἐγὼ μὲν εἶμι μετὰ Παύλῳ, suppleri debet  
 μαθητῆς, *ego cum Paulo facio, a Pauli sto partibus, uel*  
*Pauli sum discipulus.* Mirantur docti, quomodo Paulus  
 seipsum caput sectae cuiusdam nominare potuerit, quum ta-  
 men animum suum ab omni sectarum studio alienum satis  
 declaret in hac ipsa epistola. Idem uerosimile esse non  
 putant, *Apollonem* uel *Petrum* capita sectarum fuisse; de  
 Christo autem hoc nullo modo dici posse affirmant. Vnde  
 iam ueteres interpretes multi in ea fuerunt opinione, Pau-  
 lum, quia uera nomina falsorum doctorum prodere nolue-  
 rit, his fictis usum esse, ut c. IV, 6. μετεσχημάτισα. Sed

ille locus cap. IV, 6. huc plane non pertinet; spectat enim non ad nostrum locum, sed ad c. III, 4 - IV, 5. unde etiam *folius* Pauli et Apollo, quemadmodum III, 4. mentio facta est. Deinde etiam illa pars epistolae *figurata* esse potest, tametsi *uere* fuerint, qui se Pauli uel Apollo sectam profiterentur sequi. Accedit h. l. fictionem non conuenire rationem u. 14 - 17. subiectam. Quatenam enim causa esse poterat, quamobrem Paulus sibi gratularetur, quod paucissimi ab *ipso* baptizati fuerint, si nemo *ipsum* cupidius sectaretur, sed alium ab ipso doctorem, quem suo nomine texisset Apostolus? Vid. quae *Storrius* docte monuit l. c. p. 7. sqq. Nec equidem uideo, cur Paulus non potuerit designare uarias sectas, eorum nempe, qui Paulo, Apolloni etc. adhaerere se profiterentur. Potuerunt sectae inter Corinthios esse, et sine dubio fuerunt, insciis, saltem improbantibus doctoribus ipsis, quibus una uel altera pars Corinthiorum adhaesit. Sic e. c. alii praetulerunt Paulum, quia primus instituerat eos in religione, alii praetulerunt *Apollo-nem*, ob eloquentiam, quae deesse uidebatur Paulo; alii *Petrum*, de quo fortassis fama audierant, aut cuius discipuli Corinthum uenerant, quia Iudaizantium sententiis magis fauere uidebatur. Quare Paulus non tam se, uel Apollonem, uel Petrum, quam potius ipsos Corinthios, et quidem iure reprehendit ob istud partium studium. Quod autem Paulus eorum etiam fecit mentionem, qui *discipulos* Christi se profiterentur, non ita est intelligendum, quasi eos uituperare uoluisset, sed ut plena esset enumeratio sectarum Corinthi inter se dissidentium, hoc addidit. Fortassis etiam secta Christi propter coniunctionem aliquam cum *fratre Christi* nomen *ex ipso Christo* duxit, quo nimirum magnificentius

ficentius iactare se posset. Videntur nempe ii Corinthii, qui nomen τῶν Χριστῶν factioni suae peculiariter arrogabant, *Iacobum*, fratrem Domini, non modo familiarem, sed propinquum etiam et necessarium Christi sectati esse. Inde tamen non sequitur Iacobum et Petrum ipsos Corinthi fuisse. Credibile potius est, discipulos Iacobi et Petri, Hierosolymis aut in ipsa patria conuersos post Paulum et Apollo uenisse Corinthum, ibique factos esse auctores sectarum, insciente fortassis utroque Apostolo. Ex ipsis certe Pauli epistolis intelligitur, Corinthios christianos, qui Petrum et Iacobum Paulo anteferrent (2 Cor. XI, 5. XII, 11.) non apostolicae dignitatis et fidei uiris, sed longe aliis hominibus magistris usos fuisse, (1 Cor. IV, 15. 19.) *fallacibus* nempe, (2 Cor. XI, 13. 15.) qui christianam quidem doctrinam ex Iacobo uel Petro auditam profiterentur, sed *adulteratam* proponerent, (2 ep. II, 17. IV, 2.) et praeter externa ornamenta, ut iudaicam originem et pristinam illam suam cum Apostolis Christo familiaribus coniunctionem, nihil haberent, quo magnopere gloriari possent. 2 Cor. XI, 18. 5. XII, 11.

13. μεμέρισται ὁ Χριστός) i. e. *Num uaria et multiplex est doctrina Christi?* Nempe ὁ Χριστός est et hic doctrina, seu Euangelium, cuius Christus auctor est. Negat Apostolus Euangelium alibi esse aliud. Posses tamen etiam uertere: *num plures sunt, quibus Messiae honor competit?*  
*Scholion ap. Cl. Matthaei: μὴ κοινωνὸς ἔχει τῆς δεσποτίας καὶ τῆς ἐξουσίας ὁ Χριστός; μὴ Παῦλος ἐξαυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν;*) i. e. *Num Paulus uobis omnia beneficia ad uitam aeternam pertinentia sua morte impetrauit? Hoc Christi solius est.*

Recte

Recte *Ambrosiaster*: ideo a se coepit, ne putaretur aliorum ideo refutare personas, ut suam commendaret. ἢ εἰς — ἐβαπτίσθητε;) i. e. An Paulo uelut nouae religionis auctori mancipati estis? Nam *baptizari in aliquem* est, obligari ad eius cultum religiosum, et professionem religionis ab eo institutae. Cf. annotata ad Matth. XXVIII, 19. Patet ex his, nec Paulo defuisse Corinthi affectas et admiratores. Sed ualde displicebant Apostolo ista hominum male sedulorum studia, cum aliorum doctorum contemptu coniuncta.

14. εὐχαρισῶ τῷ Θεῷ) i. e. *Vehementer lactor*, pro quo et nos dicere solemus: gratias ago Deo, hoc uel illud a me non esse factum. εἰ μὴ Κρίσπου καὶ Γαλου) *Crispum*, Archisynagogum, Act. XVIII, 8. *Caicum*, hospitem aliquo tempore Pauli, quum in urbe Corinthi esset, Rom. XVI, 23.

15. ἵνα — ἐβάπτισα) Ne quis uel ulla specie ueri dicere possit, me pro sectae alicuius capite haberi noluisse; magis meam quam Christi auctoritatem mihi curae cordique fuisse.

16. λοιδοῦ — ἐβάπτισα) Nempe eorum, qui nunc Corinthi habitant. Dixit, se id nescire, quia fieri poterat, ut alii aliunde eo migrassent. Θεοπνευσία Apostolorum non nisi ad religionis doctrinam pertinuit, nec ita est intelligenda, quasi nihil eis memoria excidere, aut eos latere potuisset.

17. εἰ γὰρ — εὐαγγελίζεσθαι) Comparete dictum, ut multa. *Non praecipue* me misit Christus ut baptizarem.  
Baptis-

Baptismus per quemlibet impleri poterat, sicut illi a Petro conuersi in pentecoste non omnes ab ipso fuerunt baptizati; at praedicatio res erat maxime digna Apostolis, et maximo cum periculo coniuncta. Transiit Apostolus ad apologiam doctrinae suae et modi quo in ea tradenda usus fuerit. Agit nempe (usque ad c. II, 2.) de *sententia* et *argumento* doctrinae suae, idque negat accommodari ad hominum praeiudicatas opiniones, ut instar Pseudapostolorum reticere uel adulterare audeat, quae plerisque improbari et stulta uideri sciat. Deinde c. II, 3. sqq. etiam de *modo* praecipit, quo Corinthi in *enuncianda* doctrina diuina usus fuerit. Dicit igitur se docuisse ἢ ἐν σοφίᾳ λόγῳ, *non sapientem doctrinam*, i. e. non eam, quae hominibus sapiens esse uideretur doctrinam. Ὁ λόγος h. l. est ipsa doctrina, spectata quoad *argumentum*, quod quacunq; demum ratione efferretur, plerisque Corinthiis parum commendabile uidebatur, u. seq. II, 6. 8. Quapropter ὁ λόγος siue τὸ κήρυγμα clare discernitur a modo rem diuulgandi, siue a *uerbis* (λόγοις) quibus res enunciabatur. c. II, 4. Aliis σοφία λόγῳ est *oratoria facultas*. Omnis generis artifices periti solent a Graecis σοφοὶ appellari, ut infra III, 10. Sed et nominatim Sophistae dicti sunt, qui illam in rebus ciuilibus administrandis sollertiam cum forensi facundia coniunxerunt, et ab agendo sese ad dicendum contulerunt, ut ait in Themistocle Plutarchus. Secundum alios ἐν σοφίᾳ λόγῳ dictum est pro λόγῳ σεσοφισμένῳ, i. e. oratione acute et ad praeccepta artis rhetorices composita, et referta demonstrationibus subtilibus Iudaeorum et Graecorum. Sed res ipsa docet a comm. 17. huius cap. usque ad cap. II, 2. de *argumento* doctrinae esse sermonem. ἵνα μὴ — τῷ Χριστῷ)

*Ne doctrina de cruce et morte Christi vim suam amittat.*  
 Σταυρὸς τῷ Χριστῷ, i. e. ὁ λόγος τῷ σταυρῷ, u. 18. est uerum  
 Euangelii argumentum, quod sc. Christus pro peccatis no-  
 stris cruci fuit affixus. Κενῶσθαι, hebr. קִרְרָה, *euacuari, ui*  
*et auctoritate sua priuari*, nempe in oculis hominum. He-  
 sychius: κενῶσθῆ μάταιος ἀποφασθῆ. Theophylactus: ἀχρη-  
 στος καὶ κενὸς ἐυρεθῆ. Non eo consilio se a Christo missum  
 esse, dicit Apostolus, ut placita Philosophorum proponeret,  
 sed doctrinam Iesu crucifixi multo praestantiorem et effica-  
 ciorē omni humana sapientia. Hanc huius doctrinae prae-  
 stantiam et efficaciam agnoscī a uere Christianis usu et ex-  
 perientia statim u. 18. affirmat.

18. ὁ λόγος — θεῷ ἐστὶ) *Quaquam enim doctrina Ie-  
 su crucifixi perditis hominibus stulta uidetur, illi tamen  
 qui saluti suae consulere cupiunt, vim eius diuinam expe-  
 riuntur.* ὁ λόγος ὁ τῷ σταυρῷ) Doctrina ista de Christo  
 cruci affixo et resuscitato, qua nititur christianae religionis  
 auctoritas. Τῷ σταυρῷ, i. e. ἐσταυρωμένω. τοῖς μὲν ἀπολ-  
 λυμένοις μωρία ἐστὶ) *Pereuntibus, i. e. incredulis, stulta ui-  
 detur.* Rem denotauit ex effectu. Quum *incredulos* de-  
 notare uellet, dixit *pereuntes*, quia qui Euangelio non cre-  
 dunt, pereunt, Io. III, 18. Μωρία ἐστὶ, stultum aliquid  
 uidetur, indignum creditu. τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν)  
 Nobis uero credentibus, qui iidem in uia sumus ad salu-  
 tem. δύνάμις θεῷ ἐστὶ) Vid. Rom. I, 16. *Insigniter  
 efficax est*, dum nempe eius vim et uirtutem in animo emen-  
 dando et confirmando experimur.

19. γέγραπται γάρ) Ies. XXIX, 14. Nunc etiam, in-  
 quit, fieri solet, quod scriptum est. Quod nempe Iesaias  
 de



de sui temporis hominibus dixerat, idem ad sua tempora maiori iure aptat Apostolus. ἀπολω — ἀθροίσω) i. e. efficiam, ut sapientia eorum, qui pro sapientibus habentur, et prudentia eorum, qui sibi et aliis prudentes esse uidentur, uana et nulla appareat. Σοφοὶ h. l. sunt, qui se sapientes esse putant, neglecta uera sapientia; et συνητοὶ, qui se prudentes autumant, nec meliora discere uolunt. Horum sapientiam abolet, et e medio quasi tollit Deus, ut uanam eam esse, et nullam, omnibus manifestum fiat. Nunc, Apostolus inquit, apparet, nulla humana sapientia talem uiam ad ueram felicitatem perueniendi excogitari potuisse, qualem monstrat religio Christi.

20. πῶς σοφός;) In his et sequentibus uerbis est Parodia loci Ies. XXXIII, 18. in quo loco itidem πῶς sic repetitur. Σοφοὶ Graecis κατ' ἐξοχήν dicebantur ii, qui praecepta morum tradebant, ut septem illi per Graeciam nobiles, deinde *Socrates* et alii Philosophi. *Ubi sunt illi Sapientes?* i. e. quid effecerunt? quid tandem boni per eos ad homines redundauit? πῶς γραμματεὺς;) ῬῬῬ, legum peritus apud Iudaeos, et doctor publicus, Matth. VIII, 19. XVII, 10. Quid tandem hoc hominum genus effecit? πῶς συζητητής τῷ αἰῶνος τούτου;) *Acutus et subtilis disputator huius aevi; Sophista.* Nam συζητεῖν, *disputare*, apud Graecos usitatissimum est uerbum. Sensus totius huius loci est: ostende mihi Philosophos et doctos homines inter Iudaeos et Graecos, qui tot homines ad tantam probitatem perduxerint, quot et ad quantam nos per sermonem crucis. ἔχ) — κόσμος τούτος;) *Nonne Deus effecit (per doctrinam Euangelii) ut illa tam laudata sapientia*

*entia*

*entia horum hominum nunc pro stultitia habeatur?* מωραίων, **הסכיל** hic est stultitiae convincere, quo sensu uerba in Hiphil frequentia sunt apud Hebraeos. Intellige autem comparatione eius frugis, quam protulit Euangelium.

21. ἐπειδὴ — τὸν θεόν) *Quoniam enim homines cum omni eruditione sua Deum ex operibus sapientissime facti, non cognoverunt.* Κόσμος, humanum genus, Iudaeos et gentiles denotat, sed h. l. quod contextus docet, praecipue *δοξί* intelliguntur. Ἡ σοφία τῆ θεῶ h. l. est sapientia Dei perspicuis argumentis declarata quum in natura, tum in sacris litteris. Διὰ τῆς σοφίας, i. e. *per sapientiam suam*, διὰ pro ἐν aut σὺν, ex hebraico **ב**, uel *prae sapientia*; ironice: *vor lauter Weisheit*, ut Ven. Schelzius interpretatur. Σοφία, doctrina, uel eruditio, ut u. 22. εὐδόκησεν — τιθεύοντας) *Placuit Deo per doctrinam pro stulta habitam ueram salutem procurare credentibus Euangelio.* Ἐυδοκῆσεν hic construitur, ut Luc. XII, 32. et aliis locis. In uerbis διὰ τῆς μωρίας τῆ κηρύγματος duplex est tropus; nam et dictum est pro μωρῶ κηρύγματος, et stultum dicitur non quod tale est, sed quod tale esse multis eruditis putatur, ut c. II, 14. Sic multa appellantur κατὰ τὸ φαίνεσθαι, non κατὰ τὸ εἶναι. Σώσαι, in statum meliorem mentis transferre, ad ueram salutem perducere.

22. ἐπειδὴ — ἀτιθέαι) Ἐπειδὴ, *nam*. Ratio redditur, cur eruditi sapientiae opinione inflati, sapientiam diuinam in doctrina Christi latentem perspicere haud potuerint, siue doctrinam Iesu Christi pro stulta habuerint. Pro σημεῖον habent σημεῖα codices optimi, Versiones et Patres. Expetebant


petebant uero Iudaei miracula ingenio consilioque ipsorum congrua, nempe de coelo, hae etiam ut e Romanorum potestate eriperentur. καὶ ἄλλῃς σοφίαν ζητοῦν) *Graeci*, i. e. Ethnici uolunt tantum audire ea, quae eruditionem humanam sapiunt; nam haec eruditio subtilis et humana h. l. est σοφία. Illud, quod hic dicitur, non de omnibus Iudaeis et Paganis est intelligendum; nam etiam Corinthii ante susceptionem christianae religionis Iudaei et pagani fuerant; sed de plerisque.

23. ἡμεῖς — μωρίαν) *Nostra uero de Christo cruci affixo doctrina Iudaeos offendit, et Graecis (ethnicis Philosophis) stulta uidetur.* χριστὸς ἐσταυρωμένος, i. e. Doctrina de Christo cruci affixo, plane contraria illi Iudaeorum terrestri gloriae ac maiestatis expectationi. Ἰσδαίοις μὲν σκάνδαλον, haec doctrina Iudaeos offendit. Iudaeis enim probrosum uidebatur in cruci affixum credere. Pro ἄλλοις et Codices quidam, et translationes plures, et Patres multi legunt ἔθνεσι, eodem sensu. Stulta uidebatur Gentilibus doctrina de Christo cruci affixo, ex eadem ratione, qua Iudaei offendebantur hac re, tum uero etiam quia insipidum illis uidebatur nihil afferri de rerum principiis, de finibus, de animi natura, quae elementa sunt apud Graecos sapientiae moralis.

24. αὐτοῖς δὲ — σοφίαν) *Sed ipsi Christiani, siue Iudaei siue gentiles sint natione, experiuntur, hanc nostram de Christo cruci affixo doctrinam esse efficacem (ad animum emendandum) et sapientem, humanae felicitati promouendae aptam et conuenientem.* κληροὶ hic appellantur cum effectu, qui nempe uocationi paruenerunt, *Christiani.*

Tomus IV.

Χριστὸς



Χριστῶν — σοφίαν, sc. κηρύσσομεν. Haec de Christo doctrina se commendat tanquam talis, quae secum ferat uirtutem diuinam et sapientiam. Nam ueri Christiani experiuntur uim illam diuinam emendandi animum, quae inest huic salutari doctrinae. Experiuntur etiam sapientissime egisse Deum in eo, quod non per Philosophiam, sed per talem doctrinam, simplicem et planam, omnium hominum captui accommodatam ad salutem perducere uelit humanum genus. Χριστός, i. e. doctrina de Christo, κήρυγμα.

25. ὅτι τὸ μαρτυρῶν — ἀνθρώπων ἐς) *Quod enim in operibus Dei stultum uideri posset, omnem sapientiam humanam longe superat.* Sapientissima sunt omnia consilia et instituta diuina, etiamsi hominibus stulta uideantur. Σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων, contracte dictum, pro σοφώτερον τῆ σοφῆ τῶν ἀνθρώπων. Attici Adiectiuis utuntur uice Substantiuorum. Aelian. Var. Hist. I, 4. καὶ ἐκείνο δὲ κενός Ἄλιγυτις τὸ σοφόν. καὶ τὸ ἀσθενές — ἐς) *Et id, quod in operibus Dei infirmum et uile uidetur, omnem hominum uim et potentiam longe superat.* Efficacissima sunt media, quibus Deus ad optimos fines consequendos utitur, etiamsi infirma et uilia hominibus uideantur. Ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων, i. e. τῆ ἰσχυρῆ τῶν ἀνθρώπων. Respicit Apostolus ad ea, quae dixerat u. 24. Χριστῶν θεῶν δύναμιν καὶ θεῶν σοφίαν sc. κηρύσσομεν. Quanquam haec de Christo doctrina stulta, nec ullam uim ad emendandos animos hominum habere uidetur, longe tamen superat omnia, quae ab hominibus sibi relictis ad hunc finem consequendum plurimum ualere putantur.

26. βλέπετε — υμῶν) *Videtis enim ipsi, quales ii sint, qui inter uos ad Christianam religionem accesserunt.* Τῆν κλήσιν υμῶν, i. e. ὑμᾶς τὸς κλητὰς, ut ἡ περιτομή, circumcisi. Ut probet id quod dixerat, ad ipsorum Christianorum exemplum prouocat. ἢ πολλοὶ — σάρκα) sc. Christo nomen dederunt. Σοφοὶ κατὰ σάρκα, i. e. τῷ κόσμῳ seu τῷ αἰῶνος τέτυτε, inter alios homines sapientiae et eruditionis laude insignes. δυνατοί, *potentia et opibus florentes*; ἐυγενεῖς, *genere nobiles*. Videbatur religio christiana auxilio eruditorum, potentium et nobilium carere non posse; sed euentus docuit, Deum humana ope non egere. *Paucos* ex horum ordine, plures uero alios ad christianam religionem accessisse dicit Apostolus. Ergo non omnes diuites, eruditi et genere nobiles excludantur, ut recte Origenes et Theodoretus iam monuerunt.

27. ἀλλὰ τὰ μωρὰ τῷ κόσμῳ ἐξελέξατο ὁ Θεός) *Sed stultos ab aliis hominibus habitos elegit Deus*, per quos nempe religionem christianam commendaret. Indocti et humanarum litterarum rudes fuerunt Apostoli, et alii religionis doctores, qui religionibus profanis et superstitionibus iudaicis profligatis, doctrinam Christi et Iudaeis et Ethnicis persuaferunt. Τὰ μωρὰ τῷ κόσμῳ, i. e. τὸς μωροῦς τῷ κόσμῳ, eos qui a mundo ob eruditionis penuriam paene pro stultis habentur. ἢ αὐτὸς σοφῶς κατασχύνῃ) *Vt eos, qui se sapientes existimant, pudefaciat*, et manifestum faciat, eorum sapientia non opus fuisse, ad tantam rem perficiendam. τὰ ἀσθενῆ) *Opibus et potentia destitutos*; nam opponuntur τοῖς δυνατοῖς u. 26. Tales erant Apostoli. τὰ ἰσχυρὰ) i. e. τὸς ἰσχυροῦς, quos modo u. 26. uocauerat δυνα-

τῶς. Ex eo nempe, quod Deus egenos et infirmos huic arduo negotio adhibuit, fit manifestum, Deum etiam sine opibus humanis et sine potentia humana maximas res efficere posse.

28. καὶ τὰ ἀγενῆ τῶς κέρους) *Eos, qui apud homines habentur ignobiles.* καὶ τὰ μὴ — καταργήσῃ) *Et eos qui pro nihilo fere habentur, (elegit Deus) ut ostendat, eos, qui maximi (ab aliis) aestimantur, nihili esse.* Τὰ μὴ ὄντα hyperbolice dicuntur homines ualde abiecti et contempti. Καταργεῖν, ut saepissime, logice est intelligendum: Efficere, ut alii homines intelligant, nihili esse hos homines. Quum Deus contentis hominibus usus est, ad tantam rem perficiendam, eo ipso apparuit, quam fallacia saepe sint iudicia hominum, de eo quod magnum uel paruum habetur in rebus humanis.

29. ὅπως — ἐνώπιον αὐτοῦ) Pro αὐτοῦ alii legunt τῷ Θεῷ. *Ne ullus homo sibi aliquid in hoc negotio tribuat, uel existimet, se ob suam propriam dignitatem hunc honorem esse consecutum.* Σάρεξ, 𐤑𐤃𐤁, homo, ut saepe. Μὴ et πᾶσα Hebraeis uniuersaliter negant. Ἐνώπιον Θεῷ, i. e. ubi cum Deo res est.

30. ἐξ αὐτοῦ — Ἰησοῦ) *Per eum autem uos (facti) estis Christiani, uel cum Christo coniuncti.* Ἐξ αὐτοῦ, non ἐξ ἀνθρώπων. Dei prouidentiae et benignitati debetis, non uestris meritis, quod in numerum Christianorum estis recepti. Ἔιναι ἐν Χριστῷ, *Christianum esse*, ut Rom. VIII, 1. ὅς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ) i. e. *Qui (Christus Iesus) datus nobis est a Deo, ut per ipsum omnem*

omnem sapientiam consequeremur, quæ quidem hoc nomine uere digna sit, quum per eum eiusque doctrinam solam possimus Deum et eius arcana contemplari, quæ ne suscipari quidem acutissimi homines potuerunt. Potest etiam σοφία ἀπὸ Θεοῦ sumi pro σοφία Θεοῦ, scientia plane diuina. Ceterum est hic et in sequentibus metonymia effecti, positi pro causâ; Christus enim, Deo ita procurante, factus est causâ, per quam sapiamus etc. est nobis doctor optimus, sapientissimus, ita ut, quod religionem attinet, aliis sapientiae doctoribus non egeamus. *Terent. Adelph. III. 3. 40. Tu quantus quantus nil nisi sapientia es.* δικαιοσύνη — ἀπολύτρωσις) Vt per eum ad ueram uirtutem perducamur; (δικαιοσύνη enim sensu latiori est omnis uirtus,) ut per eum a malis hominibus segregati, Deo consecremur, (ἀγιασμός) et denique ab omnibus huius et futurae uitae malis liberemur, (ἀπολύτρωσις.) Christus ad ueram uirtutem nos perducit; caros Deo nos facit; ab omnibus malis nos liberat. Quod igitur frustra pollicita est omnis philosophia, et quaecunque in mundo religiones uiguerunt, id omne per Christum unum adipiscimur. Paulo aliter hunc locum explicat *Io. Aug. Noesseltus*, (opusc. Fasc. II. p. 127. sqq.) ita tamen ut sensus haud multum diuersus enascatur. Interpungit nempe haec uerba sic: Ἐξ αὐτοῦ ὑμεῖς ἐστε, ἐν χριστῷ (ὁ ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ) δικαιοσύνη τε καὶ ἀγιασμός κ. τ. λ. ut sensus sit: *Eo (Deo) auctore uos per doctrinam christianam, (quæ, Deo parante, tanquam uere sapiens doctrina nobis est patefacta) iusti, et sancti et redempti redditi estis.* Verba ἐν χριστῷ Ἰησοῦ non coniunguntur cum uerbo ἐστε, ut reddantur: *Christiani estis*, quemadmodum εἶναι ἐν χριστῷ saepe dicitur, ut Rom. VIII, 1. XVI, 7. Gal. I, 22.

et alibi, sed ἐν χριστῷ significat id, quo Corinthii iusti atque sancti facti sint, nempe *per Christum*, i. e. per doctrinam christianam. Cf. infra c. VI, II. Verba ὅς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεῦ parenthesi includuntur, et referuntur ad Christi doctrinam, quae (u. 23.) μαρτία τοῖς Ἑλλήσι dicebatur, contra uero (u. 24.) τοῖς κλητοῖς Ἑλλήσι, Θεῦ σοφία, h. e. diuina sapientiaeque plena religio. Phrasis: ὁ χριστὸς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία, non repugnat; occurrit enim huic plane similis 2 Cor. I, 19. Parenthesin uero non insolentem aut infrequentatam esse Paulo, satis notum est. Verba denique abstracta δικαιοσύνη, ἀγιασμοῦ, ἀπολύτρωσις posita sunt pro concretis, ut idem dicatur, quod 1 Cor. VI, II. aliis uerbis exprimitur, qui locus nostro plane est similis. Consilium Apostoli est, ut ostendat, Deum esse, cui unice Corinthii debeant hoc, quod Christiani sint, eumque in conferendo hoc beneficio non secutum esse externam hominum rationem, quae sit in ingenio, doctrina, potentia nobilitateque humana, idque eo fecisse consilio, ut doceret, nihil uel sapientiam uel uirtutem uel auctoritatem humanam ualere ad dignitatem hominis Christiani consequendam. Vnde sequitur, neminem se contra Deum iactare debere, sed unumquemque Deo unice hoc beneficium tribuere debere. ἵνα, καθὼς γέγραπται) *Vt*, sc. fiat, quod scriptum est, Ierem. IX, 23. 24.

31. ὁ καυχώμενος, ἐν κυρίῳ καυχάσθω) Sensus concise depromptus ex cit. Ier. loco, quem confer. *Qui iactare se uelit, non nisi de Domino se iactet, Deo omnia accepta referat.* Alii contextui minus conuenientur per κύριον intelligunt Christum, ut 2 Cor. X, 17. ut sensus fit:



fit: *Qui antea suis praerogatiuis gloriabatur, nunc omnia referat ad Dominum Iesum Christum, auctorem omnis christianae sapientiae, uirtutis et spei.*

## CAP. II.

1. **Κ**αὶ ἐλθὼν — τῷ θεῷ) *Quum igitur ego uenissem ad uos (Corinthum) annunciaturus uobis religionem diuinam, non tradidi uobis excellentem quae uideretur doctrinam aut sapientiam.* Ἡ λθων, ueni, sc. docendi caussa. Ὁ λόγος (cf. dicta ad c. I, 17.) est ipsa doctrina ex argumento suo spectata; et pertinent haec adhuc ad c. I. Constr: καὶ ἐλθὼν πρὸς ὑμᾶς καταγγέλλων — τῷ θεῷ, ἡλθον ἕ κατ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας. Cf. Ast. XVIII, II. sqq. Καθ' ὑπεροχὴν pro ἐν ὑπεροχῇ. Est autem ὑπεροχὴ λόγου, praestantia doctrinae, et ὑπεροχὴ σοφίας, praestantia sapientiae, eruditio, imprimis philosophica. Haec unice Corinthiis sapiens doctrina esse uidebatur. Paulus autem negat se Corinthiis huiusmodi tradidisse doctrinam uel sapientiam. Pro μαρτύριον quidam codices habent μυσηρίον, quod etiam extat in antiquioribus latinis, ante Hieronymum. Et Paulus uoce hac saepe utitur. Sensus tamen est idem; indicatur nempe *Euangelium doctrina Christi*, supra I, 6. μαρτύριον τῷ χριστῷ.

2. ἢ γὰρ ἐκρίνα τῷ εἰδέναι — ἐσαυρωμένον) Τῷ ante εἰδέναι omittitur in codicibus optimis. Sensus est: *Nam decreueram non profiteri apud uos ullius rei, quam Christi, et quidem crucifixi, cognitionem.* Ὁυκ ἐκρίνα, perinde est, siue reddatur, non iudicari, operae pretium non putauit; siue, non statui, decreui. Ἐιδέναι τι, alicuius rei co-

*gnitionem profiteri.* Paulus non omnino abfuit a uariarum rerum cognitione et eruditione, praecipue *Iudaica*, Pharisaeorum ipse sectae antea deditus. *Athenis* etiam cum Stoicis et Epicureis disputauit, Act. XVII, 18. sqq. Sed Corinthi dedito consilio abstinuit ab omni eruditionis apparatu, quamuis non defuisse uideantur Corinthi, qui Iudaeorum Allegoriis, et Graecorum artibus delectarentur. Causam reddit infra c. III, 1. seqq. Erant nempe Corinthii tum adhuc *σαρκικοί*, tyrones, qui altiores doctrinas nondum capiebant, ut recte monet *Origenes c. Celsum*, L. II. p. 101. edit. Spenc. *ὡς μὴ χωρῆσαι πλείονα* Paulum haec tradidisse Corinthiis. Per *Ἰησοῦν χριστόν, καὶ τῆτον ἐσαυρωμένον*, intelligit uniuersam Christi historiam, cuius praecipua est pars historia crucis eius, et alias salutare doctrinas, cum ea connexas, infra c. XV, 1-4.

3. *καὶ ἐγὼ — πρὸς ὑμᾶς*) Haec tenus de *argumento* doctrinae suae dixerat Apostolus, et negauerat se humanam Corinthiis tradidisse doctrinam. Nunc etiam de *modo* praecipit, quo Corinthi in *enuncianda* doctrina diuina et communicanda cum auditoribus *γνώσει* fuerit usus. *Καὶ ἐγὼ — πρὸς ὑμᾶς*) *Et ego in corporis imbecillitate et ualde modestus apud uos uersatus sum.* Ἄσθενεια, *corporis imbecillitas.* Cf. 2 Cor. X, 10. Videtur haec imbecillitas referenda esse ad tenuem uocem et pronunciationem in uiro lateribus destituto. *φθόρος καὶ τρέμος, modestia*, (Phil. II, 12.) h. l. spectatur qua est in uoce et gestu. Faretur igitur Paulus his uerbis, doctrinam suam tum propter corporis imbecillitatem, tum quod uox et gestus ad modestiam potius, quam ad uim orationi addendam compositi fuerint, *pronun-*

pronunciatione seu actione non magnopere commendatam fuisse auditoribus. Vid. STORR p. 25. Ex aliorum sententia ἀσθένεια h. l. ad animum refertur, et opposita τῇ σοφίᾳ com. 1. est ignorantia, ingenii imbecillitas. φόβος καὶ τρόμος, timor magnus, opponitur τῇ ὑπεροχῇ com. 1. Sic Ven. Schulzius. Theologus, Gieß.

4. καὶ ὁ λόγος — δυνάμειος) *Et in institutione mea privata et publica non usus sum uerborum delectu ad persuadendum idoneo, sed uim ac praestantiam doctrinae uobis declaravi.* Addit Apostolus elocutionem etiam doctrinae a se traditae non exactam fuisse ad artis humanae praecepta. Ὁ λόγος institutio, doctrina. Eadem est significatio uocabuli κηρύγμα, nisi quod publicam institutionem innuat; nam κηρύσσειν est publice praedicare, uel docere. ἕκ ἐν πειθοῦς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, πειθω,) i. e. non in humanae sapientiae uerbis, persuadendo idoneis. Λόγοι σοφίας sunt uerba, quae humano iudicio sapienter delecta, collocata et nexa sunt, uel oratoria elocutio. Πειθός, (a uerbo πείθω,) qui persuadet, ut Φειδός, qui parcat, ut μιμός, qui imitatur et similia. Est uero haec uox Graecis inusitata, pro πειθαυός, uel πειθαυός. Suadent nonnulli lectionem ἐν πειθοῦς, quae extat nisi in duobus, certe in uno adhuc codice, in Origene, Eusebio, Athanasio et aliis. Ἀνθρωπίνης autem olim abfuit, ut deest hodie in multis. Quare Semlerus suspicatur, ueram et primam lectionem fuisse ἐν πειθοῦς σοφίας, sine ἀνθρωπίνης et λόγοις, adhaesisse tandem primam litteram ad πειθοῦς, et factum esse demum serius πειθοῦς, inde ceteram uariam additionem locum habuisse. Ita sensus esset: *in suadela erudita, s. demonstratione dialectica; nam*

ἡ πείθει, suada, suadela, persuadendi uis. Est et nomen illius Deae, quae fingebatur eloquentiae praefes, et a Latinis etiam suadela, item flexamina nuncupatur. ἀλλ' ἐν — δυνάμει) *Sed praestantiam et uim religionis uobis declarauit*, quae sc. *non uerbis* inest, sed *rebus*. Πνεῦμα et δύναμις h. l. ut saepe denotant uim et potentiam humana maiorem; eaque se exferere dicitur, quum homo uel facit, uel habet, quae ipse nec facere nec habere potest, sed Deus per eum agit eique dat. Quum igitur aliquis in *docendo* ostendere dicitur πνεῦμα καὶ δύναμι, sensus est, eum talia tradere, quae a nullo hominum reperiri et excogitari potuerint, sed quorum notitia diuinitus fit suppeditata. Cf. etiam Act. VI, 63. cf. u. 10. eiusdem cap. Paulus itaque dicit, se, etsi facultate rhetorica et dialectica minus ualuerit, nihilominus tamen res grandes in audientium animos insinuasse, et hanc efficaciam solius Dei esse. Apparuit nempe ex effectu, doctrinam a Paulo praedicatam uere esse diuinam. Alii haec ad *miracula* referunt, quibus Apostolus ueritatem doctrinae suae confirmauerit.

5. ἵνα ἡ πίστις — δυνάμει Θεῶ) *Vnde non sapientiae humanae ope, sed ui et uirtute diuina ad religionem perducti estis*. ἵνα h. l. uidetur esse ἐκβατικόν, nam quod hic dicit Apostolus, est consequens eius, quod dixerat u. 4. Ἡ πίστις ὑμῶν, *assensus quem institutioni meae praeuistis*. Ἐν σοφία ἀνθρώπων, refertur ad ἐν παιδείᾳ σοφίας λόγοις comm. 4. et ἐν δυνάμει Θεῶ ad ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμει eodem uersu. Dicit igitur Apostolus, Corinthios ad religionem perductos esse, non ope philosophiae, *sed ui et uirtute diuina*, quae nempe non adstringitur

gitur uerbis humanae eloquentiae, sed rebus ipsis inest. Sic honor et gloria ad Deum redit, non ad Apostolos et alios doctores.

6. σοφίαν — τελείους) *Docceo quidem prouectiores* (Christianos) *sapientiam*, altiores ueritates propono prouectioribus Christianis. Est correctio. Negauerat com. 4. 5. se usum esse argumentis philosophicis in instituendis Corinthiis. Ne autem Corinthii putarent, se omnis sapientiae esse expertem nunc dicit, esse etiam σοφίαν quandam christianam, eam uero a se proponi non quibusuis auditoribus, non σαρκικῶς et υψίοις, quales tum adhuc erant Corinthii, sed τοῖς τελείοις, quos πνευματικῶς uocat infra c. III, 1. qui locus hic omnino est conferendus. Cf. etiam Hebr. V, 14. VI, 1. seqq. et ibi annotata. Possunt tamen τέλειοι h. l. esse in uniuersum Christiani, oppositi Ethnicis et Iudaeis, nondum in religione institutis, ut uerborum: *docceo sapientiam inter perfectos*, sensus sit. Trado doctrinam, quam Christiani sapientem esse sciunt, quia scilicet eius uim usu experti sunt. Hanc interpretationem nunc praefero propter sequentia, in quibus σοφία laudatur, non prouectioribus tantum, sed omnibus Christianis proposita, ceteris uero, non Christianis, ignota. λαλεῖν, *docere*. Hanc autem christianam σοφίαν multum differre a philosophia tum Iudaeis et Graecis usitata, statim ostendit Apostolus. Pergit enim: σοφίαν δὲ ἡ — καταργημένων) *Non autem huius aetatis, uel procerum hodiernorum, dignitate sua (mox) priuandorum genio accommodatam sapientiam.* Ὁ αἰὼν ἔστος, *haec aetas, i. e. huius aetatis homines, h. l. autem inprimis philosophi iūius aetatis graeci.* Ὅι ἄρχοντες

τῶν ἁγιώτων τῶν ἁγίων h. 1. praecipue sunt *Iudaeorum proceres*, (quanquam Pilatus et Herodes non excludendi videntur,) quod tum ex eo patet, quod ii non multo post, excisa urbe Hierosolymorum, dignitate et potestate sua priuari sunt, (καταργημένων) tum ex u. 8. Putabant autem Iudaeorum doctores et proceres, se omnibus hominibus esse sapientiores.

7. ἀλλὰ — ἀποκεκρυμμένην) *Sed docemus diuinam sapientiam, quae diu in arcano recondita, ignota fuit.* Σοφίαν θεῶν ἐν μυστηρίῳ sc. ποτε ἔσαν, uel, ut Grotius putat, inuersa locutione, pro: τὴν ἀποκεκρυμμένην ἐν μυστηρίῳ. Intelligendum est imprimis sapientissimum Dei consilium de salute hominum per Christum procuranda, quod in Scriptis V. T. obscurius tantum significatur, aliis autem omnibus hominibus plane ignotum fuit. Sensus est: Docemus ea, quae sine reuelatione diuina cognosci haud possunt, et quae ante hoc tempus omnibus hominibus ignota fuerunt. Cf. Rom. XVI, 25. ἣν προώρισεν — ἁγιώτων) *Quam decreuit Deus ante mundum conditum*, sc. reuelare. εἰς δόξαν ἡμῶν) *Ad maximum honorem nostrum.* Nos enim Deus habuit dignos, quos donis supra omnes prophetas ornaret. Schulzius: *ad nostram felicitatem.*

8. ἣν — ἔγνωκεν) *Quam eorum, qui hac nostra aetate inter Iudaeos principes habitus sunt, nullus perspexit.* Iudaeorum imprimis proceres intelligendi sunt, qui consilium Dei et prophetarum uaticinia non intelligebant, et hanc ob causam Christum supplicio affici curabant, quod Iudaismum minus commendaret, atque hac ratione in Deum et legem Moysis ingens crimen committere uideretur. εἰ

γὰρ ἐγνωσαν) Sc. sapientiam illam, uel consilia ista Dei sapientissima, in prophetarum scriptis occultius paulo et obscurius praeannunciata. ἐκ αὐτοῦ — ἐσαύρωσαν) *Dominum (Iesum) omni gloria et honore dignum non egissent in crucem, sc. instigatione sua, ut Iudaeorum principes, aut decreto, ut Pilatus, aut consensu, ut Herodes. Κύριος δόξης, Dominus gloria et honore dignus.* Apposite ad sequens uerbum ἐσαύρωσαν, supplicio seruili et contumelioso affecerunt. Non excusat eos illa ignorantia; satis enim magnas res fecerat Christus, ut, quid afferret, inquirerent, cetera, si discendi et bene agendi fuissent cupidi, ab ipso percepturi.

9. ἀλλὰ — ἀγαπῶσιν αὐτόν) *Sed ea docemus, quae, ut uerbis Prophetarum utar, nemo unquam oculis auribusque percepit, nec ulli unquam hominum in mentem uenerant, ea nempe quae Deus parauerit eum pie colentibus.* Post ἀλλὰ supple λαλήμεν, ex u. 6. Verba καθὼς γέγραπται lege in parenthesi. Sensus uerborum sequentium est apud Iesaiam LXIV, 4. nec Paulus ea adducit tanquam uaticinium, sed iis ob similitudinem quandam ad propositum suum utitur. Quidam scriptores ecclesiastici inde ab Origene statuerunt, ipsa uerba quibus hic utitur Apostolus, extitisse in Apocryphis Eliae. Describit autem Vir diuinus his uerbis doctrinam Euangelii, et beneficia per eam nobis oblata. Ἄ ὀφθαλμοῦ ἐκ εἶδε, καὶ ἕξ ἐκ ἤκουσε, *inaudita antehac et incognita.* Cicero pro Marcell. 2. *quae quidem ego, nisi ita magna fatear, ut ea uix cuiusquam mens aut cogitatio capere possit, amens sim.* Quae nos annuntiamus, Paulus inquit, sunt eiusmodi, quae antehac

antehac inaudita fuerunt, quae ne cogitando quidem ullus hominum affecutus fuisset, (ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἐκ ἀνίβη, ex Hebraismo לב על לב, quod idem declarat, ac Latinis: *in mentem uenit.*) Ἀγαπῶντες τὸν Θεόν, אהבתי יהוה, qui Deum pie colunt, ut nunc ueri Christiani. His talia beneficia destinauit Deus, de quibus nemo antehac ne fando quidem audiuerat.

10. ἡμῶν — αὐτῶ) Ἡμῶν, *mibi*. De se Paulus, ut saepe, loquitur in plur. Idem tamen, quod hic de se dicit, de omnibus aliis etiam ualet Apostolis. Io. XVI, 12-14. *Spiritus Dei*, quem Christus *spiritum ueritatis*, auctorem perfectioris cognitionis nominauerat, reuelauit Apostolis ea, quae antea inaudita erant, omnibusque hominibus ignota, sc. de ratione et modo per Christum consequendae remissionis peccatorum et salutis aeternae. τὸ γὰρ πνεῦμα — θεῶ) *Is enim spiritus omnia habet perspecta, penetrat, etiam occulta Dei consilia.* Quare ille solus nobis haec potuit reuelare. Ἐρευνᾶν, hebr. חקר, quod etiam Dauides de Deo usurpat, Pf. CXXXIX, 1. *penetrare*, sc. intelligendo; haec enim huius uocabuli est uis. τὰ βᾶθρῃ τῷ θεῷ, arcana illa consilia Dei, quae diu fuerunt occultata, et tempore V. T. profundo quasi immerfa erant.

11. Illustrat hanc rem exemplo, ab hominibus sumto. τίς γὰρ — ἐν αὐτῷ) Τὰ τῷ ἀνθρώπῳ, intellige τὰ βᾶθρῃ, ex u. 10. *occulta hominis consilia.* Πνεῦμα, *mens, animus.* Nemo hominum occulta alterius cuiusdam hominis consilia nouit, nisi animus in eo homine habitans. Hoc pulchre applicat Apostolus ad Spiritum Dei, qui solus arcana Dei nouit, et aliis reuelare potest. Sensus est: *Sicut nemo hominum*



minum scit alterius arcana consilia, sed quilibet sui animi sensus optime nouit, ita arcana Dei consilia nemo nouit nisi ipse Deus, spiritus Dei. Nemo igitur hominum ea scire potest, nisi Deo reuelante.

12. ἡμεῖς — ἐλάβομεν) Ego uero (u. 10.) non accepi Spiritum mundi; non didici doctrinam humanam, quam Philosophi et Iudaei ut summam sapientiam iactare solent; non σοφίαν τῶ ἀϊῶνος τέτυκ, u. 6. Non contigit mihi exquisita eruditio, qualis est uulgo hominum. Non homines nobis suggererunt, quid docere, quibus modis, uerbis et argumentis debeamus aliis persuadere religionem. Κόσμος, homines in mundo. Τὸ πνεῦμα τῶ κόσμου, id quod homines sentiunt; consilia hominum, quales natura esse solent. ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ) sc. ὅν. Sed Spiritum Dei accepi. Ab ipso Deo edoctus sum. Contigit mihi diuinitus concessa diuinorum consiliorum scientia, σοφία Θεοῦ, quam Deus nobis per Spiritum illum, nobis promissum, impertiit. (u. 10.) Longe maiora et praestantiora sunt ea, quae Deus nos docet. ἵνα εἰδῶμεν — ὑμῶν) Vt certo noscamus, quatenam sint illa, quae Deus nobis donare decreuerit. (est enim metonymia) Nempe, beneficia diuina, quorum participes nos facit religio christiana, longe sunt perfectiora et maiora illis corporeis et cito perituris bonis, quae a Iudaeis et aliis unice optantur.

13. ἃ καὶ λαλοῦμεν) Quae, sc. diuinitus nobis reuelata, etiam docemus; nam λαλοῦν, docere, ut saepe iam habuimus. ἐκ ἐν — λόγοις) Non eo dicendi genere, uel argumentorum ordine, quem docet humana eruditio. Λόγοι non sunt tantum uerba et uocēs, sed et argumenta, et tractationis modus

dus uniuersus; unde haec uox saepe *dissertationes*, orationes ab oratoribus habitas, significat. Διδασκτοῖς, cum Genitiuo caussam significante, ut Io. VI, 45. *Theodoretus*: ἐκ δεξιμῶν τῆς ἀνθρώπινης σοφίας. *Plato* in *Menone* (disputat: utrum σοφία sit διδακτὴ, ut Sophistae uolebant,) concludit: ἀρετὴ ἂν εἴη ἕτε φύσει ἢ τ' διδακτὸν, ἀλλὰ θεῖα μόνον παραγίγνεται. ἀλλ' ἐν διδακτοῖς πνεύματος ἀγίου) Sc. λόγοις, eo *argumentorum et sermonum genere, quod suppeditat spiritus sanctus*. In Euangelio tradendo, inquit Apostolus, non humanam, sed diuinam eloquentiam usurpamus, quam quidem mirum non est irrideri ab hominibus, qui eam percipere non possunt. πνευματικοῖς πνευματικὰ συγγιγνόντες) *A Spiritu edoctis diuinas doctrinas explicantes*. Tradimus eas doctrinas, quas Christiani diuinas esse sciunt, quia nempe usu et experientia earum uim et efficaciam ad emendandos et tranquillandos animos habent cognitam et perspectam. Πνευματικοὶ nempe sunt *Christiani* simpliciter, qui uocantur πνευματικοὶ propterea, quod acceperunt πνευματικὰ, diuinitus reuelatas doctrinas. Possunt tamen etiam πνευματικοὶ esse prouectiores Christiani, non tirones, ut infra c. III, I. Πνευματικοῖς, supple ἀνθρώποις, ut *Pelagius, Sedulius, Haymo* intellexerunt. Συγγιγνόντες, apud Profanos est παραβάλλειν, *comparare*, sed h. l. est *interpretari*, qui uocis significatus ad hebraei קלף imitationem formatus, LXX. interpretibus satis frequens est.

14. ψυχῶς — τῷ θεῷ) *At profanus* (qua talis) *non admittit ea quae sunt a Spiritu Dei tradita*. Ψυχικοὶ sunt homines, qui nonnisi naturae motus, brutis animantibus

bus

bus communes, sequuntur, et cupiditarum sub imperio omnem uitam transigunt, qui ea tantum spectant, quae in sensus incurrunt, praesentia huius uitae. *Blos finnliche Menschen.* Nam ψυχή saepe Graecis dicitur omne id, quod homines cum animantibus brutis commune habent, unde τῆ ψυχῆ ἑτεροθαι, est cupiditatibus et concupiscentiae obsequi. In Epiist. Iudae u. 19. ψυχικὸν et πνεῦμα ἔχοντες distinguuntur. Apud Iosephum autem Ant. I, 1. 2. Deus primo homini πνεῦμα et ψυχὴν indidisse dicitur; ubi πνεῦμα est, quod homini proprium, ψυχὴν autem, quod cum brutis animantibus commune. Sant igitur h. l. ψυχικὸν, qui sensu ducuntur suo, nec, quod homines decebat, rectam rationem sequuntur, inprimisque in religione aestimanda alios ne audiunt quidem, nec utuntur opportunitate discendi, nec uel examinant oblata sibi, uel experimenta faciunt eorum quae audiuere, ut quale sit istis pretium statuendum, intelligant, sed temere repudiant quae sentiunt suis opinionibus et libidinibus contraria. Iac. III, 15. Non poterat nomen reperiri quod magis proprie ac subtiliter leuitatem horum hominum opinatamque sapientiam exprimeret, quam ipsum hoc nomen Psychicorum, ut monet *Noesseltus*, qui totum hunc locum u. 14—16. accurate interpretatus est in Opusc. Fascic. II. p. 132. Huiusmodi homines eam ipsam ob causam, quoniam tantummodo suas *opinationes* sequuntur, et iuxta eas ruunt, non admittunt doctrinam perfectiorem, et rerum reuelatarum scientiam, sed eam repudiant, atque, ut statim additur, pro stulta habent. *μωρία γὰρ αὐτῶ ἐστὶ*) Sc. ταῦτα, τὰ πνευματικὰ. Eiusmodi doctrinas stultitiae loco reputat, pro stultorum uocibus habet, nihil significantibus. *καὶ ἔδύναται γινῶναι*) i. e. perspicere earum ueram indolem

et excellentiam non potest. ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται) Sc. τὰ τῷ πνεύματος, *nam animo et mente* (non sensibus externis) *haec diiudicanda sunt.* Πνευματικῶς, *animo et mente,* non autem ψυχικῶς. Nempe nihil fit per saltum; gradibus igitur et exercitio opus est, ut homo prauis suis cupiditatibus deditus, ad nobiliorem cogitandi et sentiendi modum perueniat.

15. ὁ δὲ πνευματικὸς — ἀνακρίνεται) *Is enim, qui a spiritu edoctus est, conuincere quemlibet* (profanum, ψυχικὸν) *potest, ipse autem a nullo* (profano) *conuinci.* Ὁ πνευματικὸς est Christianus recte in doctrina institutus. u. 12. 13. Πάντα plerique exponunt in plurali, et suppleunt τὰ πνευματικὰ, u. 13. Sed Noeffeltus, cui assentior, πάντα tanquam singularis numeri accusatiuum de *quolibet homine* (profano) interpretatur. Reciprocatur nempe sententia: ὁ πν. ἀνακρ. μ. πάντα in ea quae sequitur: αὐτὸς δὲ ὅπ' ἑδεδος ἀνακρίνεται. Per legem igitur disiunctionis necesse est ut uerbo ἑδεδος respondeat πᾶς, *nemini, omnis* s. quilibet, (non *omnia*) *omnis* nimirum ψυχικὸς. Cf. etiam locum similem c. VI, 2. Ἀνακρίνειν h. l. est *conuincere* uel *arguere*, ut infra c. XIV, 24. ubi ἐλέγχειν et ἀνακρίνειν tanquam eiusdem significationis uerba coniunguntur. Igitur uerborum: ὁ πνευματικὸς ἀνακρίνει πάντα (ψυχικὸν) sensus est: Christianus recte institutus et de religione edoctus *recte iudicare* s. *conuincere potest quemlibet profanum*, h. e. agnoscere eius errorem, s. perspicere quod ille falsus sit, quum sibi arroget rectam sapientiam, doctrinamque christianam stultam esse putet; *ipse autem Christianus a nullo profano conuinci erroris potest.*

16. τίς γὰρ ἔγνω νῦν κυρίως) Ex Ies. XL, 13. Nemo horum hominum mentem et consilia Dei nouit; itaque nec ea potest diiudicare, quae nos Spiritus sancti afflatu didicimus, et alios docemus. His uerbis non negatur, quamquam hominem per se, natura sua, et sine Dei institutione salutis suae rationem perspicere; subiicit enim Paulus: ἡμεῖς δὲ νῦν Χριστῷ ἔχομεν, sed de profanis hominibus sermo est, quorum nullus intelligit mentem s. uoluntatem Domini, ut docere possit τῶν πνευματικῶν. ὃς συμβιβάζει αὐτοὺς;) *Quis doceat eum?* Plerique interpretes supplent: κύριον - pauci τῶν πνευματικῶν. Sed posterior sententia recte praefertur. Nam αὐτῶν de eodem dicitur, qui u. 15. αὐτῶς appellatus erat, de πνευματικῶν uidelicet s. Christiano. Accedit, quod partes commatis 15. membrum huius commatis 16. haud dubie, quamquam inuerso ordine respondent. Quodsi enim quaeritur: (u. 15.) *cur Christianus, s. edoctus a Spiritu agnoscere errorem profanorum hominum possit?* respondet Paulus: (u. 16.) quoniam nos Christiani mentem s. sententiam Christi tenemus. Cui contra is (αὐτῶς) a nullo profanorum erroris conuinci potest? (u. 15.) Quoniam nemo profanorum mentem Domini intelligit. (u. 16.) Συμβιβάζειν docere, inprimisque conuincere, ut Act. IX, 22. Πνευματικοὶ h. l. non sunt Apostoli, sed edocti ab Apostolis, ii quibus Apostoli τὰ πνευματικὰ tradiderant. u. 13. ἡμεῖς δὲ νῦν Χριστῷ ἔχομεν) *Nos autem mentem Christi habemus,* uerum sensum doctrinae Christi tenemus; ea docemus et credimus, quae a Christo nobis tradita sunt. Possumus igitur agnoscere errorem profanorum hominum, eosque erroris conuincere.

## CAP. III.

1. **K**αὶ ἐγὼ — πνευματικοῖς) *Et ego, fratres, non potui uobiscum loqui tanquam cum prouectioribus, uel recte institutis Christianis; quum nempe apud uos essem docendi causa. Cf. c. II, 13.* Paulus se quasi excusat et defendit contra eos qui ista specie abutebantur, Corinthios uix rudimenta a Paulo accepisse; recte itaque se iis doctoribus adhaerere, qui multo plura tradere soleant rerum capita. Causas nunc commemorat Paulus, cur nonnisi prima elementa religionis tum tradiderit Corinthiis. Erant nempe Corinthii tum, quum Paulus ad eos ueniret docendi causa, partim Ethnici, partim Iudaei, rudiores in cognitione et moribus. Igitur non potuit eos tractare ut prouectiores, uel ut homines in religione christiana institutos, *sed loqui debuit cum iis ὡς — ἐν χριστῷ, tanquam cum tironibus et infantibus in religionis christianaee cognitione.* Σαρκεῖ, ex hebr. רשכ, quae uox nonnunquam corporis, deinde etiam animi et ingenii imbecillitatem denotat, opponuntur πνευματικοῖς, perfectiore cognitione praeditis. Νήτιοι ἐν χριστῷ, Infantes, quod attinet ad christianam doctrinam. Cf. Hebr. V, 12. 13. 14. Sensus est: Agendum mihi erat uobiscum, tanquam cum imperitoribus, tanquam cum paruulis, quorum est adhuc imbecilla indoles, si ad christianae doctrinae iustam mensuram comparentur.

2. γάλα ὑμῶν ἐπότισα) *Lactis potu uos alui.* Prima rudimenta doctrinae christianaee intelligit. Profani etiam prima cuiusque disciplinae rudimenta cum lacte comparare solent. *Philo de agricult. p. 301. ἐπεὶ δὲ νηπίοις μὲν ἔστι γάλα τροφῆς, τελείοις δὲ τὰ ἐκ πυρῶν πόματα καὶ ψυχῆς γαλακτώδεις μὲν αὖ*

ἴεν τροφαὶ κατὰ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν τὰ τῆς ἐγκυκλίου μωσικῆς προπαιδεύματα, τέλειαι δὲ καὶ ἀνδράσιν εὐκρετεῖς αἱ διὰ φρονήσεως καὶ σωφροσύνης καὶ ἀτάσης ἀρετῆς ὕψηλῆς. ἢ βρωμα) Subaudi: dedi. Est σύλληψις. Nam de lacte quidem dicitur ἐπότισα, non autem de cibis. Βρωμα autem est, quod σπερὶ τροφῆς, *solidius alimentum*, Hebr. V, 12. Intelliguntur ardua et sublimiores doctrinae, πνευματικὰ ἐπιγνώσεις. ἔπω γὰρ ἡδύνασθε) Sc. Ferre, aut concoquere. Non poteratis recte ad uestram rem uti. ἀλλ' ἔτε ἔτι νῦν δύνασθε) Ne nunc quidem, tanto tempore post fidei initia. Licet uarios alios doctores laudetis, quos mihi praeferendos putetis, tamen eo non profecistis, ut uobis exponere in certam uestram utilitatem possim maiora capita religionis.

3. ἔτε γὰρ — διχομασίου) *Quandoquidem enim inter uos inuidia, lites et similitates sunt.* Ὅτε hic ualet quandoquidem. Ζήλος, cogitatione, ἔρις, uerbis, διχομασίου, opere. Sallust. Catilin. 9. 2. *Iurgia, discordias, similitates cum hostibus exercebant.* Iam redit Apostolus ad rem, quam c. I, 10. tractare coeperat, et acriter reprehendit Corinthios ob dissidia et partium studia, doctorum causa inter eos orta, simulque ad pacis et concordiae studium eos exhortatur. ἔχθ — κατὰ ἀνθρώπων περιπατεῖτε) *Nonne mentis imbecillitatem proditis, et more hominum plerorumque uiuitis?* Κατὰ ἀνθρώπων, i. e. κατὰ σάρκα. Idem bis dicit aliis uerbis Apostolus.

4. ἔταν γὰρ — σαρκικὴ ἐστὶ;) *Nonne eo ipso mentis et ingenii imbecillitatem ostenditis, quod unus Paulo, alius Apolloni se adhaerere profitetur?* Vid. dicta ad c. I, 12. Recte ingenii imbecillitati tribuit Apostolus ista dissidia et

partium studia apud Corinthios. Nam ii, qui se *Paulinos* et *Apollonios* nominabant, de praecipuis doctrinae christianaе capitibus inter se consensisse uidentur, licet haecenus diffident, ut isti *Paulum*, hi *Apollo* praeferrent. Corinthii autem id, quod est praecipuum in doctrina christiana, in quo perfectissime consentiebant Paulus et Apollos, nec spectabant, nec intelligebant, sed externa tantum et accessoria, e. c. Apollonis eloquentiam admirabantur, Paulum uero, qui prima tantum elementa tradiderat, contemnebant. Fortassis etiam de coniugio, idolothytis etc. uariae uariorum doctorum fuerunt sententiae. Dissensus in huiusmodi rebus certe non erat tanti, ut Christiani augustam religionis formam recte tenentes, offenderentur, et similitates exercebant.

5. τίς ἔν — ἐπιστάται) *Quis igitur est Paulus? quis Apollo? Non nisi ministri sunt, quorum opera ad religionem christianam perducti estis.* Si ministri tantum, non uero auctores erant religionis Apoilos, et Paulus, ualde reprehendendi erant, qui unum uel alterum nimis extollebant, et tanquam sectae alienius caput uenerabantur. καὶ ἐκείνῳ — ἔδωκεν) Est hic traiectionis. Rectum fuerat: καὶ ὡς ἐκείνῳ ὁ κύριος ἔδωκεν. Et coniungenda sunt haec uerba cum sequentibus u. 6. *Et prout Deus unicuique nostrum partes quasi proprias assignauit, ego plantauit etc.*

6. ἐγὼ — ἤρξαμεν) Ἐπίστασι, figurate, pro ἤρξαμεν, quae uox propria agricolis; sed bene facta est translatio, quia quod plantis est irrigari, id animalibus est potum praebere. ἤρξαμεν, Πῶμα, *crescere fecit.* Ab agricultura desumpta similitudo. Paulus nempe primus instituit Corinthios in religio-



religionis doctrina; Apollos addidit quaedam, Corinthiis antea ignota, sed omnis fidei et uirtutis prouentus Deo debebatur, a quo est reuelatio, et a quo sunt spiritus dona. Ergo omnia tribuenda erant benignitati diuinæ, non doctorum meritis. Laudandi quidem erant doctores in eo, quod quisque suum recte et diligenter fecerat; sed domini, auctoris doctrinæ christianæ honorem sibi sumere nec debebant, nec uolebant.

7. ὡς — ὁ κοτιζων) Nihil, i. e. nihil magni sunt, si Deum respicias. Successus christianæ doctrinæ inter uos non ipsis debetur, sed Deo.

8. ἕν ἔργον) i. e. Idem agunt negotium; sunt uni eisdemque consilio promouendo destinati. Ergo fas non est, eos dissidiis et contrariis studiis impedire consilium domini communis, uel alterum alteri a nobis praeferri. ἵνα — κόπον) Praemium accipiet unusquisque a Deo, non ab hominibus, qui aliorum laboribus pretium statnere non possunt.

9. θεὸς γὰρ ἔσμεν συνεργοί) Nos enim (Apostoli et doctores alii) sumus collaboratores in cultu diuino, eodem munere, a Deo nobis demando fungimur. In composito συνεργοὶ τὸ σὺν non referri debet ad Deum, sed ad doctores. θεὸς — ἔργον) Vos Dei quasi ager, quem nos colere oportet, uos quasi aedificium Dei estis, quod per nos exstruendum est. Apostolus, duas adhibens similitudines, priorem sermonem ab agricultura desumptum, finit, et nouam ab architectura orditur.

10. ὡς σοφός — τέθεικα) Aedificii primum quasi fundamentum sic ieci, prout decet peritum Architectum, Σοφός Graecis adiectiuum est omnium artificum. Fundamentum iacit, qui rei alicui initium dat, quod de Euangelio usurpat Apostolus Rom. XV, 20, et Hebr. VI, 1. Dicit igitur Paulus, se prima religionis elementa tradidisse Corinthiis, ita quidem, ut sapientem doctorem decet. ἄλλος δὲ ἐποικοδομεῖ) Quia aedificii mentionem fecerat, aliam instituit ab aedificio comparisonem. Antea *fideles* dixerat aedificium Dei, nunc aedificium uocat ea, *quae in ecclesia christiana a doctoribus docentur*. Similes transitiones, parte similitudinis retenta, parte mutata, habes Matth. XIII. Marc. IV. Io. X. et alibi. Iudicent tamen peritiores, annon ea etiam, quae sequuntur, de ipso coetu Christiano intelligi possint, ut Paulus dicere uelit, a se plantatam esse ecclesiam Corinthiacam, ab aliis uero amplificatam et membris auctam. Cf. u. 16. ἵνα — ἐποικοδομηῖ) Unusquisque uideat, quomodo hoc aedificium instituat? ut nempe satis bene cohaereat cum fundamento. Caueat, ne magis impediatur incrementum in uera cognitione salutaris doctrinae, quam adiuuet.

11. θεμέλιον — κείμενον) *Non licet ponere aliud fundamentum, quam quod ego posui*, i. e. non licet alia tradere religionis christianae elementa, quam ea sunt, quae ego tradidi. Δύναται hic significat ius agendi, ut Matth. IX, 15. ἔξ ἑσιν Ἰησοῦς ὁ χριστός) i. e. Christi historia, praecepta et promissa. Hoc fundamentum, inquit, manere debet, nec fas est addere, quae huic meae doctrinae sint contraria.

12. εἰ δὲ τις — καλάμην) Sicuti fundamento iactō superstrui potest uel domus regia, uel casa rustici: ita etiam initiis doctrinae christianae, recte et uere a me traditis addi potest copiosior institutio, uera aut falsa, maioris uel minoris pretii et momenti. *Si quis addat initiis doctrinae a me traditis doctrinas ueras et utiles, aut utilitate carentes, argumentis firmis destitutas, e. g. Iudaicas fabulas atque traditiones.* Λιθες τιμίαις intellige non gemmas, sed lapides pretiosos; χρυσὸν uero et ἄργυρον *statuas* auro uel argento obductas. Tibull. III. 3. 16. *Quidue domus prodest Phrygiis innixa columnis, aurataeque trabes, marmoreumque solum?* Domui regiae, uel palatio columnis aureatis instructo, comparatur aedificium religionis, fundamento a Paulo posito superstructum, firmum et solidum; casae autem rustici ex parietibus ligneis et luteis, quibus stramen etiam adhibetur, comparatur aedificium religionis minus solidum et uerum. Nam ξύλα, χόρτος, καλάμη, sunt parietes et tecta ex lignis et stramentis facta. *Petronius* 135. *Et paries circa palea satiatus inani, Fortuitoque luto clausos munibat agrestes.* *Vitruuius* VII, 3. *Quum paries totus luto inquinatus fuerit, tunc in eo opere cannae clauis muscariis perpetuo figantur* etc.

13. ἰκάσθαι — γενήσεται) Manifestum fiet, quale sit cuiusque opus, uel aedificium, fundamento superstructum. τὸ ἔργον, *aedificium*; in applicatione similitudinis religionis aedificium. Sicut euentus ostendit, quatenam aedificia firma sint, quae infirma; ita suo tempore manifestum fiet, quale pretium sit statuendum his uel illis doctrinīs, fundamento a me iactō superstructis. ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει) i. e.

*Suo tempore manifestum fiet.* Latini hoc sensu dicunt: Dies docebit. ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται) *Continuatur comparatio.* *Ignē detegitur,* sc. τὸ ἔργον, de quo in antecedentibus est sermo, aedificium. καὶ ἐκάς — δοκιμάσει) *Idem repetitur aliis uerbis.* Aurum ignibus inuictum est; argentum et marmora diu igni resistunt; minus lignum; minime stramen et culmus. Sic etiam, quod religionem attinet, uera durant; firma nempe et utilia reperiuntur ad mentis emendationem, animi tranquillitatem, patientiam excitandam, et firmandam, in omnibus casibus uitae. Quae autem in religione sunt minus certa et utilia, ea facile abiiciuntur, quum uarii casus incident.

14. εἰ τις — μισθὸν λήψεται) *Si aedificium quod quis exstruxit fundamento perdurat,* (in flammis) *mercedem accipiet* pro suo labore; dignus erit laude et praemio. Sic etiam qui fundamento doctrinae solidas et stabiles doctrinas superstruit, praemium reportabit, nempe gloriam et honorem stabilem apud ecclesias omnes habebit, et Deus eius studium, patientiam, et laborem ex gratia remunerabitur.

15. εἰ τις — ζημιωθήσεται) *Si aedificium quod quis exstruxit conflagrat, iacturam faciet* laboris. Operam perdidit; laudem et praemium non reportabit. Sic etiam, Apostolus inquit, qui fundamento doctrinae a me iacto minus solidas et utiles doctrinas superstruit, damnum patietur. Nec sibi, nec aliis proderit opera, quam in commendandis his doctrinis et operibus consumsit. αὐτὸς — πυρὸς) *Ipse, qui tale aedificium fundamento solido superstruxit, euadere quidem, dum aedificium flammis consumitur, et*  
*uitam*

uitam seruare potest, sed magno suo periculo. Fingitur architectus, qui eo tempore, quum aedificium a flammis corripitur, in eo uersatur. — Sic etiam religionis doctor, dum uidet, inutiles esse doctrinas a se superstructas fundamento, adipiscetur quidem salutem, ceteris paribus, sed non sine dolore ac moestitia. Σώζεσθαι ὡς διὰ πυρός est pro- uerbiale ad significationem summi periculi. Epist. Iud. u. 23. Quod attinet ad significationem praepositionis διὰ, similis est in simili contextu apud Strabonem III. αὐτὸς ἐσώθη διὰ ναυαγίου.

16. ἔκ διδάτε, ὅτι ναὸς θεοῦ ἐστὶν) Redit ad comparationem coeptam supra u. 9. Aedificium, inquit, quod ego exstruere coepi, et in quo magis magisque perficiendo alii allaborant, non est uisibus profanis destinatum, sed est templum sanctum. *Templum Dei* itaque h. l. denotat *totum coetum Christianorum* Corinthi, quem Paulus colligere coeperat, non singula membra. Sic *Philo* familiam Abrahami templo comparat. Rabbi *Ascheck* ad Hagg. II. ait, populum Israeliticum dici templum Dei. Quanto iustius coetus Christianus ita nominatur? καὶ τὸ πν. — ὑμῖν;) Quemadmodum olim in V. T. Deus in tabernaculo primum, et deinde in templo Salomonis habitauit, et singularem suam praesentiam manifestauit; sic nunc Spiritus diuinus operationibus suis uarii generis uobis est praesens. Deus uim suam inter uos et in coetu uestro exserit, nempe per doctrinam Christi, saluberrimam et omni humana sapientia multo praestantiozem, qua animi uestri emendantur et tranquillantur.

17. εἰ τις — φθείρει) *Si quis templum Dei uiolat,*  
 i. e. coetui uestro sancto nocet; quod fieri solet malis  
 doctrinis, et malis exemplis. φθεραὶ τῆτον δ θεδε)  
 i. e. *Grauiissime puniet,* nisi nempe monitus resipiscat.  
 δ γαρ — εἰςιν) *Inuiolabile est,* uiolari nefas est. ὁρτινέε  
 εἰε ὑμεῖε) i. e. *Quod templum uos estis.* Nam Relatiuum  
 inter duo Substantia positum, modo recipit genus et nu-  
 merum praecedentis, modo subsequenteris.

18. μηδεὶε εαυτον εεαπατάτω) Nempe sapientiae suae  
 opinione abusus, et suis praecipue consiliis obsequi solitus,  
 aliis et meis contentis. εἰ τις — γάνηται σοφδε) *Si quis*  
*uestrum sibi uidetur sapiens esse, is a uulgo hominum pro*  
*stulto haberi non recuset; tum enim sapientis nomine dignus*  
*erit.* Hic sensus uerborum esse uidetur. Assentior nempe  
 iis, qui uerba ἐν τῷ κίῳνι τέτω cum sequentibus,  
 μωρδε γενέεθω coniungunt; *Hominum aliorum falso*  
*iudicio stultus fiat.* Cyprianus de bono patientiae, post  
 initium: *Mundo huic stultus fiat, ut fiat sapiens.* Qui sa-  
 pientiae laudem in coetu uestro sibi uindicant, uideant, qui-  
 bus consiliis regantur? Qui tantum humanae uitae consilia  
 agitant, ii non sunt uere sapientes, etiamsi sibi et aliis sa-  
 pientes uideantur. Ii potius hoc nomine digni sunt, qui  
 ob fidem in Iesum crucifixum, uanae gloriae et diuitiarum  
 contemptum, et omnium excelsarum uirtutum studium *a ple-*  
*risque* (ἐν τῷ κίῳνι τέτω) pro stultis haberi solent. Quo  
 magis enim quis in hoc genere excellit, eo magis nomine  
 Sapientis, ueri Christiani est dignus.

19. ἢ γαρ — θεῳ εἰε) Ἡ σοφία τῆ κόμου τῆτε, est  
 sapientia, cui homines sibi relictī operam dare solent, quam  
 admiran-

admirantur et laudant. Haec a Deo non pluris fit, quam stultitia. Intelligitur autem praecipue ea sapientia, qua homines, ingenio suo indulgentes, tantum humanae vitae consilia agitant, quibus opes, famam, honorem parare possint. Horum consilia Deus irrita facere solent. γέγραπται — αὐτῶν) Iob. V, 13. ubi LXX. habent: ὁ καταλαμβάνων τὰς σοφίας ἐν τῇ φρονήσει. Δράσσειν, *prehendere* pugno includere. Ὁ δρασσόμενος sc. ἐς), pro: δράσεται, *capit,prehendit*. Πανουργία, *uafrities, calliditas*. Praepositio ἐν uel pro σὺν, uel pro διὰ accipitur. Sensus igitur est: Vtunque sint uafri, eos tamen Dominus capiet; quum res ipsa declarabit, artes eorum idipsum esse, quo sese inuoluerint. *Er fängt die Weisen mit ihrer eignen Schlaueigkeit.*

20. καὶ τάλιν — μάταιοι) Pf. XCIV, II. Διαλογισμοί, consilia. Ἐἰσὶ μάταιοι, *uana sunt, i. e. exitu carent.*

21. ὡς — ἀνθρώποις) *Nemo igitur superbiat hominibus; niemand sey stolz auf Menschen.* Hoc ii inter Corinthios faciebant, qui sibi ducebant honori, Pauli, Cephae etc. esse studiosiores. πάντα γὰρ ὑμῶν ἐστίν) i. e. *Omnia uestris commodis inferuire debent; nos omnes, qui uobis Euangelium annunciamus, pro uestra salute laboramus.* Simili modo Cic. de Fin. III. *Recte sapientis omnia dicuntur, quia scit uti solus omnibus.* Seneca de Benef. VII, 3. *Ingentis spiritus res est, quum Orientem Occidentemque lustraueris animo — quum tot animalia, totam copiam rerum, quas natura beatissime fundit,*

dit, adspexeris, emittere hanc Dei uocem: Haec omnia mea sunt.

22. *ἴτε* — *κηφᾶς*) i. e. Sive Paulus, siue Apollos, siue Cephas res christianas feliciter agant, uestro communi commodo agunt. Potest etiam sensus esse: Aliis etiam ministris uti potest Deus ad uestram salutem. Vestrum est aliorum hominum opera, ut omnibus rebus humanis et uicissitudinibus sapienter uti ad uestrum commodum, ad maiorem profectum in cognitione et uirtutis studio. *ἴτε κέσμος*) Reliqui etiam omnes homines, Deo ita dirigente, commodis uestris inferuire debent. *κέσμος*, *homines in mundo*. Apostolus itaque a speciali ad generale progreditur et felicitatem Christianorum praedicat. *ἴτε ζωῆς, ἴτε θάνατος*) *Vita et mors* in uestra quasi potestate sunt, hactenus nempe, ut inter calamitates etiam beate uiuere, et quamprimum Deo ita placuerit, placide mori possitis. *θάνατος* etiam pericula et calamitates huius uitae comprehendere uidetur. Cf. Rom. VIII, 28.

23. *ὑμεῖς δὲ, χριστῶς*) Sc. peculium estis, non hominum. Fas non est, ut alii uos in seruitutem redigant; nam unus Christus est Dominus uester. Videtur his uerbis pungi secta eorum, qui praecipuo quodam iure, quod ad Paulum nihil pertinuerit, se *Christi* esse putabant, (2 Cor. X, 7.) eoque titulo Corinthiis, externa spectantibus, se uenditabant. Hi cogitare debebant, idem ornamentum, quo ceteris antecellere uoluerunt, aequae cum omnibus communicatum fuisse, quorumcunque tandem ministrorum opera uterentur. *χριστῶς δὲ, θεῶς*) Dei est minister, quod ad opus mediatorium attinet, et omnia fecit ad uoluntatem Dei. Ergo solum Deum



Deum et Christum tanquam summum Dominum uestrum uenerari et colere debetis.

## CAPUT IV.

1. **Ο**υτως ἡμᾶς λογιέσθω ἄνθρωπος) *Quilibet sic de nobis existimet.* Ἄνθρωπος, **ὅτι** i. e. ἕκαστος, quilibet. Ostendit nunc Apostolus, quo loco haberi debeant, quibus Corinthii haecenus iusto plus uel minus tribuerant, c. I, 12. III, 4. 5. ὡς ὑπερέτας χριστοῦ) *Minime Dominos,* 1 Pet. V, 3. Simul tamen erigit, quos deiecisse uideri poterat, c. III, 7. magnum est enim, Messiae esse ministrum. καὶ δικονόμους μημερίων θεοῦ) *Et curatores religionis diuinae.* Οἰκονόμοι, proprie *administratores rei familiaris;* deinde etiam in genere *administri.* Μυστήρια non sunt Sacramenta quae uocantur baptismi et sacrae coenae, sed doctrinae religionis christianae, quae *occultae* uocantur, quia omnibus hominibus ignotae essent, nisi Deus reuelasset. Cf. Rom. XVI, 25. Doctorem est, has doctrinas ex uoluntate Domini tradere, non excogitare nouas, tanquam ad salutem aeternam necessarias.

2. ὃ δὲ λοιπὸν) *Idem ualet, quod frequentius dicitur λοιπὸν, aut τὸ λοιπὸν.* Vsurpatur et de rebus et de temporibus restantibus; sed saepe, ut hic, orationem connectit, et uim eam habet, quam latina uox: *ceterum.* ζητεῖται ἐν τοῖς δικονομίαις) *Ζητεῖται* ad Latinismum accedit: *requiritur.* Vocis δικονομῆ translationem persequitur. ἵνα πῖς τις ἐυρεθῆ) *Vt quisque fidelem se praestet, tam ratione Domini, quam ratione aliorum; ut nihil in suam*  
rem

rem ipse uertat, multo minus rem Domini quasi Dominus ipse usurpet.

3. ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστι) *Mihi uero pro minimo id est, s. minimi id facio.* Similiter Themistius *orat.* 19. *de humanitate Theodos.* de Xerxe dicit: ᾧ παρ' ἐδὲν ἤν καὶ ἐν φαυλῷ ἀνθρώπῳ ἀποτεμεῖν κεφαλὴν. ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ) *Si a uobis diiudicor, i. e. laudor aut uituperor.* ἵνα hic ualet *si.* Ἀνακρίνειν denotat, sibi ius iudicandi, et probandi sumere, deinde, quod ex inquisitione in aliorum facta consequitur, uel uituperare, uel laudare. Respicere uidetur Paulus ad I, 12. Laudabatur ab iis, qui Pauli se esse dicebant; uituperabatur ab iis, qui Petro, uel Apolloni adhaerebant. ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας) *Hebraismus: Dies pro iudicio, quod die illo subeundum est. Gerichtstag.* Sed et latine dicimus: *dicere diem.* Ἀνθρωπίνης addit, ut ostendat, omnes homines huius generis minus peritos harum rerum iudices competentes esse. ἀλλ' ἐδὲ ἐμαυτῶν ἀνακρίνω) *Nec ipse me laudo, uel ita me diiudicare possum, ut statuere atque certo definire audeam, an ceteris doctoribus, quos mihi uel praeferendos uel posthabendos censetis, merito sim praeferendus uel posthabendus.*

4. ἐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα) *Elliptice, pro: ἐδὲν κακόν μοι σύνοιδα, nihil mali mihi conscius sum, i. e. nullius infidelitatis aut negligentiae in munere obeundo.* Solemne est Graecis *συνοιδένας* in hac locutione cum Accusatiuo iungere. Sic *Herodianus* Lib. VII. sub init. *δυσμένειαν ἑαυτῷ συνειδῶς, quum maleuolentiae (aliorum) sibi conscius esset.* ἀλλ' ἔκ ἐν τέτῳ δοδιναίμαι) *Sed propterea*

non ab omni culpa sum liber; dignus laude. Ἐν τούτοις  
 propterea, eam ob causam, ut 2 Cor. V, 2. Δικαιόσθαι  
 eodem sensu habes Act. XIII, 39. Rom. VI, 7. Non sta-  
 tim laudandus aliisque praeferendus est, qui in munere  
 obeundo non potest negligentiae uel infidelitatis damnari;  
 requiritur praeterea, ut meritis praestet ceteris. ἰδίον —  
 ἰδίον) *Qui enim me iudicandi ius habet uel me recte diiudi-  
 care potest, Dominus est.*

5. ὡσα — κρίνετε) *Nolite igitur sententiam dicere ante  
 tempus, iudicii nempe diuini. Κρίνειν, arbitrari et sen-  
 tentiam dicere, utrum hic uel ille doctor praestet alteri;  
 quam in rem tantum praesentium rerum iudicio ancipiti at-  
 que incerto utebantur. τὰ κρυπτά τῶ σκότους) *In tene-  
 bris abscondita, quae mox explicat τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν,*  
 abdita animorum consilia. Videtur Apostolus innuere quo-  
 rundam in coetu christiano Corinthi res nouas magna spe-  
 cie molientium praua consilia, quae nondum patebant.  
 ἰπαινος) *Vera laus, qua dignus est. Nam Deus solus  
 nouit, quo animo hoc uel illud fiat; homines autem facile  
 falluntur, quia externa tantum spectant, animum et mentem  
 diiudicare non possunt.**

6. ταῦτα — δι' ὑμῶν) *Haec autem, fratres, (quae de  
 auctoritate doctorum modo scripsi, c. III, 5. sqq.) ad me  
 et Apollonem transtuli uestri causa, i. e. ad uos erudien-  
 dos. Ita locutus sum, quasi ego et Apollos effemus secta-  
 rum apud uos auctores, quum tamen alii sine nostra culpa  
 nos aliis praeferant, uel prae, aliis nos contemnant. δι'  
 ὑμῶν, uestro commodo, ut a nobis discaris modestiam.  
 Omnino Paulus exemplum modestiae praebuit in eo, quod*

nec eorum studia approbavit, qui eum aliis praeferebant, nec eos vituperavit, qui eum contemnere audebant; sed omnia a se et Apollone commodo Corinthiorum gesta ad Deum auctorem retulit. Μετασχηματίζειν proprie est *mutare habitum*, 1 Sam. XXVIII, 8. Inde transfertur ad orationem, quae aliud videtur dicere, aliud innuit; cuiusmodi locutiones a Graecis uocari solent λόγοι ἐσχηματισμένοι. ἵνα ἐν ἡμῶν — γέγραπται Φρονεῖν) *Vt nostro exemplo discatis, non arrogantius de se sentiendum esse, quam modo (u. 1. 2.) significavi.* Verba ὑπὲρ ὃ γέγραπται, non videntur esse referenda ad s. scripturam V. T. sed ad hanc epistolam: *Quam (modo) scriptum est in his litteris a me.* SCHULZIUS phrasin: μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται Φρονεῖν, explicat: *ita, ut decet, modestum esse, auf die gehörige Art bescheiden seyn*, ut nostri: *nicht über das vorgeschriebene Maas sich fühlen.* ἵνα μὴ — ἐτέροις) *Ne superbiatis alter contra alterum, pro hoc uel illo doctore; ne alius uestrum contra alium, (e. c. Apollonius contra Paulinum) propter sectae suae principem, quem, posthabito altero, admiretur, animo se efferat.* ἵνα h. l. cum Indicatio construitur, quod in hac uocis notione rarius est, exemplis tamen non omnino caret. Exempla uide ap. *Kypkium* in h. l.

7. τίς γάρ σε διακρίνει;) *Quis te praestantiorum ceteris reddit?* Vanum quendam inanique tumore inflatum doctorem alloquitur, qui fortassis Apostolum, a quo tamen doctrinam christianam acceperat, nunc contemnebat; sed et alios huic similes intelligit. Διακρίνειν, *discernere, discernere, praeferre, quemadmodum discernere populo est*

est apud Horatium. τί δὲ ἔχεις, ὃ ἐκ ἔλαβες;) Sc. a nobis, Apostolis, et praecipue a Deo, a quo auctore omnia bona proueniunt naturae fautricis, opportunitatis, fortunae etc. Ceterum distributiva est oratio, hoc dicens: τίς μεταξὺ ὑμῶν καὶ ἑτέρῃ διέκρινε; τί δὲ ἔχει τις ἐν ὑμῖν, ὃ ἐκ ἔλαβε; *Quis est, qui effecit, ut unus uestrum hoc; alter alio doctore uteretur? Quid tenet quisquam uestrum, quod non didicerit ab uno uel alio Apostolo? Nempe λαμβάνειν saepe est discere, ἔχειν, tenere, scire. Non uestro ingenio, non uestris studiis et meritis debetis uestram religionis cognitionem et ueri nominis christianam sapientiam, qua tantopere gloriamini; sed Apostolis et aliis doctoreibus, qui, Deo procurante, uobis contigerunt, et omnia sua a Deo acceperunt. Non est igitur, cur gloriemini, u. 6. εἰ δὲ καὶ — μὴ λαβῶν;) *Quum autem tu etiam acceperis, atque didiceris a me, uel ab alio doctore: cur gloriaris, quasi non ab alio didicisses, sed ipse tuis ingenii uiribus excogitasses?**

8. ἤδη κοκωρησμένοι ἐστέ) Ironia. Ut uos existimare uideo, nihil restat uobis expetendum, non magis quam iis, qui de epulis facti sunt saturi. Posslet tamen etiam exclamatione uel obiurgatione constare haec oratio: Itane quasi exsatiati iam uos uobis ipsi sufficere putatis? Itane me uobis doctore amplius non opus est? Sic etiam reliqua explicari possunt. ἤδη ἐπληθήσατε) Sc. sapientia, doctrina. Plus dicit hoc uerbum, quam *saturati estis*. Etiam *supereffe* uobis putatis, quod aliis donetis. Vestra instituta ita uobis placent, ut iis etiam alios uelitis exornatum iri. χωρὶς ἡμῶν ἐβασίλευσατε) *Sine me reges facti estis, i. e. sine*

mea opera, (ut uos putatis) tantum honoris et felicitatis fastigium affecuti estis. *Regnare* saepe dicuntur, qui id, quod uolunt, consecuti sunt, qui nemini addiēti, omninoque qui beati sunt et iucundissimarum rerum fructu florere uidentur. *Horat.* I. Epist. X. 8. *Quid quaeris? uiuo ac regno, simul ista reliqui.* *Cic.* ad Famil. VII, 25. *Olim, quum regnare existimabamur.* καὶ ἑφελόν γε ἐβασιλεύσατε) Non equidem inuideo; miror magis. Vtinam res se ita haberet. ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῶν συμβασιλεύσωμεν) Si enim tam fortunati essetis; si res uestrae ita essent in tranquillo, et extra periculum, ut uos ipsi putatis: tutum mihi esset eo confugium, quo sane mihi et aliis Apostolis saepissime opus esset.

9. δοκῶ — ἀπίδειξεν) *Deus enim, ut credo, nos Apostolos infimae conditionis homines constituit.* Ἐσχάτοι h. l. sunt contemptissimi, infimae conditionis homines, quos *Cicero* etiam pro *Rosc. Amer.* c. 47. *postremos* uocat. Ἀπίδειξεν, *constituit*, qua notione haec uox saepe apud optimum quemque auctorem, et *Iosephum A.* I, 3, 4. occurrit. Λάμεχος Νώεον τῶν πραγμάτων ἀποδείκνυσι προσάτην τὸν υἱόν. *Lamechus Noeum filium rerum suarum praefectum constituit.* Δοκῶ, ut saepe apud Latinos *credo*, ironice hic ponitur. Si ex rebus secundis, ut uos uidemini existimare, colligitur Dei fauor: nos Apostoli collocati erimus infimo loco. ὡς ἐπιθανάτιος) *Tanquam homines ad mortem damnatos.* Vulgo per ἐπιθανάτιος intelligunt *bestiarios*, aut *ultimos gladiatorum*, quae significatio uero uix ex probatis auctoribus demonstrari poterit. Sunt potius ἐπιθανάτιος *ad mortem damnati*, quo sensu *Dionys. Hal. Ant. L. VII. de saxo*

saxo Tarpeio dicit: ἴσσι δὲ τὸ χωρίον κρημνός ἐξέκτιστος, ἴθην αὐτοῖς ἴθως βάλλειν τῆς ἐπιθανάτιος, *ad mortem damnatos*. Sensus est, Apostolos similem eiusmodi hominibus tristem subire sortem; eos, aequae ac illi, aliis esse ludibrio: quo pertinet κολαφίζεσθαι, u. 11. λοιδορεῖσθαι, u. 12. etc. ἵτι θεάτρον — ἀνθρώποις) *Nam tanquam qui in theatro proponuntur, ludibrio sumus mundo, et angelis et hominibus, i. e. cunctis; omnibus creaturis in coelo et terra. Est μερισμός, Paulo solemnem, uniuersitatis significationem continens, ut in loco Ciceronis: (ad diuersos I. ep. 9.) neque solum dixi, sed etiam saepe facio, DIIS HOMINIBUS-QUE approbantibus. Quare non quaerendum, quomodo Apostoli angelis spectaculo esse potuerint? Respicitur ad morem ueterum, quo homines malefici in theatris non solum ignominiae ludibriique causa exhibebantur, sed supplicio etiam afficiebantur. Apud Plautum saepius, *aliquem ludos facere*. Sic Philo *Legat. ad Caium* p. 1041. quum ipse et reliqui legati in diuturno cum Caio colloquio indigne habiti essent, se tandem respirasse dicit, τοῖστων ἀντιδιαστῆναι θεάτρον ἡμῶν καὶ δεσποτήριον ἐκφυγόντες, ὡς περ γὰρ ἐν θεάτρῳ κλωσμοσυρηττόντων, καταμωκωμένον, ἄμετρα χλευάζόντων, postquam hoc non tam iudicium, quam theatrum et carcerem effugimus; nam quasi in theatro exhibebamur, subsannabamur, et supra modum irridebamur.*

10. ἡμεῖς μωροὶ διὰ χριστοῦ) *Nos imperiti et rudes sumus in religionis doctrina. Ironice. Vos Corinthii uobis soli sapitis, me et socios meos ut indoctos parui facitis. Διὰ χριστοῦ idem cum eo, quod statim sequitur ἐν χριστῷ, in religionis doctrina, uel scientia religionis aliis tradenda.*

ὁμοίως δὲ φρένιμοι ἐν χριστῷ) *Vos autem peritissimi in tradenda doctrina Christi (uobis et aliis) esse uidemini.* Eruditionis nomine uos iactatis. ἡμεῖς ἀσθενεῖς, ὑμεῖς δὲ ἰσχυροί) *Nos miseri, afflicti sumus, uos autem potentes.* Al. Nos timidi, utpote nostrae ruditatis nobis conscii; *uos autem audaces et fortes.* ὑμεῖς ἑνδοξοί, ἡμεῖς δὲ ἀτιμοί) *Vos illustres et honorati, nos autem contemti atque ignobiles.* Vos in honore estis apud uestros; nos autem ob nostra studia in commendanda et propaganda religione Christi non honore, sed contumelia afficimur. Cf. supra II, 2. 3. I., 23. Abstinebant illi doctores, ut uerosimile est, a doctrina de morte et cruce Christi, ne Iudaeos et Philosophos offenderent, idque sibi laudi ducebant; Paulum uero stulte agere putabant, quod tradendo doctrinam de cruce Christi se et religionem christianam ludibrio exponere et calamitatibus.

II. ἀχρι τῆς ἄρτι ὥρας) *Etiam nunc; ne me de praeteritis tantum agere exitimetis.* γυμνητέουμεν) i. e. *male uestiti sumus.* Praecipua uitae incommoda recitat, unde intelligenda cetera eiusdem generis. κολαφιζόμεθα) Κολαφιζειν interdum per κατάχρησιν ponitur pro quavis graui uexatione, ut 2 Cor. XII, 7. 1 Petr. II, 20. ἀσάτωμεν) *Stabilem locum non habemus, quod praecipue in Paulum conuenit.*

12. καὶ κοπιῶμεν — χερσὶ) Act. XVIII, 3. 2 Theff. III, 8. Nos adeo lucrum non uenamus, ut potius laborem durum perferre, et manibus nostris uictum quaerere hand recusemus. λοιδορούμενοι, ἐυλογεῖμεν) *Conuitiis impetiti, ut homines malis et perditis moribus praediti, bene precamur.*



*camur.* Non regerimus conuitia, sed optamus conuitiantibus meliorem mentem. Famam Pauli Iudaei inprimis profcindebant.

13. παρακαλῶμεν) *Precamur*, i. e. bonis uerbis, et comiter ostendimus, rem aliter habere se, quam aduersarii nostri fingunt. Alii suppleat: *Deum*. Deum pro ipsis precamur. ὡς περικαθάσματα — ἕως ἄρτι) *Pro quisquiliis mundi, pro omnium purgamento nunc etiam habemus*, i. e. pro omnium bipedum nequissimis: für den Abschaum und Auskehricht des menschlichen Geschlechts. Sic Iosephus de B. I. IV, 4, 3. uocat ἀθύσματα καὶ καθάρματα τῆς χώρας Ἰλλης, *scelera et purgamenta totius regionis*, quos paullo ante nominauerat ἀθρότους ἐξωλεσάτους, *homines perditissimos*, et μυρίων θανάτων ἀξίους, *mille mortibus dignos*. Aristoph. Plut. 454. ὦ καθάρματα. Schol. καθάρματα ἐλέγοντα, οἱ ἐπὶ καθάρσει λοιμὸς τινος ἢ τινος ἐτέρας νόσος θυβμενοι τοῖς θεοῖς. τῆσδε δὲ τὸ ἔθος καὶ παρὰ Ῥωμαίοις ἐπεκράτησε. Glossarium V. T. περίφημα, ὑπὸ τὰ ἔχνη πατέμενον. Glossar. Cangii: *Peripsema*, limatura metalli, et purgamenta pomi, et quisquiliae domus, et rasura cuiusque rei. Curtius VIII, 5. *urbium suarum purgamenta*.

14. ἢκ — ταῦτα) *Non ut uos pudore suffundam, scribo haec*. Hoc dicit, se haec non scribere, ut Corinthios apud alias ecclesias traducat. Ἐντρέπων, pro ἐντρέφων. ἀλλ' ὡς — ὡς θεῶ) *Sed tanquam filios meos dilectos admoneo*. Non odium, sed amor me impellit, ut haec scribam. Emendandi, non uituperandi causa haec a me dicta sunt. *Filios* appellat Corinthios, quia eos primus in religione christiana instituerat.

ἰς. ἐὰν γὰρ — πατέρας) *Si enim uel sexcentos paedagogos haberetis, postquam facti estis Christiani: non tamen multi uobis sunt patres; i. e. non multi uobis prima religionis initia tradiderunt. Per me, ut statim addit, Christiani facti estis, non per alios. Ἐν χριστῷ, quod ad doctrinam Christi attinet, quo sensu uocem χριστός saepius iam habuimus, Μυρίαις, multos, quamplurimos; nam Graeci hac uoce utuntur, ad notandum numerum maiorem certum pro incerto, ut Latini dicunt sexcenti pro multis. Post ἐὰν, ἰς, ἰς αὐτῶν, haud raro ἀλλὰ, siue ἀλλάγε, saltem, ad minimum, attamen occurrit. Paedagogus dicitur is, qui puero aut adolescenti adest, ad mores eius formandos, et hoc loco opponitur patri, cui puer post Deum debet uitam. Paedagogi titulo simul inest notio seueritatis, in oppositione ad lenitatem, qua patres in liberos uti solent. Dicere poterant Corinthii: nos habemus alios patres, i. e. alios doctores praeter te, qui nos moneant. Respondet Paulus; Isti ceteri doctores uestri non tam patres, quam potius paedagogi uestri sunt; magis suum, quam uestrum commodum quaerunt. Respicit sine dubio ad falsos Corinthiorum doctores, quorum non exiguus numerus fuisse uidetur.*  
 ἐν γὰρ — ἐγέννησα) *Nam per Christi doctrinam (hoc est) per Euangelium ego uos genui, Christianos uos effeci. Χριστός Ἰησοῦς, doctrina Iesu Christi.* Explicationis causa additur: διὰ τῷ εὐαγγελίῳ. *Sanhedrin f. 19. 2. Dixit R. Samuel f. Nachmanis, dixisse R. Ionathanem: Quicumque filium socii sui docet legem, ad eum scriptura refert, tanquam si eum genuisset. S. D. Num. III. 1. 2.*

16. μιμηταί μου γίνεσθε) Non eos, qui suis student commodis et doctrinam Christi peruertunt, sed *me*, patrem uestrum imitamini, ut morigeros filios decet.

17. ὃς ἐστὶ — ἐν κυρίῳ) i. e. dilectus et fidelis discipulus meus. Quapropter explicationis causa statim additur: Ἐν κυρίῳ, quod ad Dominum, i. e. religionem attinet. Qui filii instar meis consiliis obsequitur, et doctrinam a me traditam fideliter retinet. ὃς ὑμῶν — χριστῷ) Qui uocabit uobis in memoriam instituta, quibus omnes Christianos uti uolo, uel potius methodum, qua in tradenda religione uti soleo, et quidem ubique in omnibus ecclesiis. Ὅδοι ἐν χριστῷ, ratio docendae religionis Christianae; nam ἰδδς, ratio et modus docendi, ἀγωγῆ, 2 Tim, III, 10.

18. ὡς μὴ — τινες) ἐρχομένους μου, pro ἐλευσομένους μου, me non uenturum ad uos, nonnulli arrogantius et confidentius pronunciarunt. Putabant, Paulum non audere ipsum uenire Corinthum, et nunc praemittere, qui antea animos experiretur. Paulus haec audire potuit ex Chloes domesticis.

19. ἐλεύσομαι — θελήσῃ) Ita quidem sperabat Paulus, sed diutius differre hoc iter coactus fuit, ita ut alteram epistolam ex aliquo interuallo scripserit, priusquam eo rediret, 2 Cor. I, 23. Post elapsam demum annum Corinthum rediisse uidetur. καὶ γνώσομαι — δύναμιν) i. e. Experiar, non hoc, utrum sint illi inflati me disertiores, sed utrum plus effecerint quam ego. Γνώσομαι, praesens cognoscam, experiar. Λόγος, facundia, dicendi peritia, ob quam nonnulli multum sibi sumebant, et Paulo se praeferebant.

bant. Δύναμιν, sc. horum hominum, quid tandem boni apud uos effecerint; an etiam mihi se opponere audeant.

20. ε γὰρ — δυνάμει) *Nam in religione Christi tradenda non quaeruntur dicta, quid doctor prae se ferat, pollicetur, gloriatur, minetur, sed facta, quid doctor agat et praestet. Haec simplicissima uidetur esse huius dicti interpretatio. Alii: Nam regnum Dei non promouetur et augetur orationis artificio, sed ui et efficacia sermonis, durch Geist und Kraft. Cf. supra c. II, 4. Vel: ad beneficia per Christum nobis promissa consequenda, non tam sermone quam potius factis opus est, ut βασιλεία τοῦ Θεοῦ, regnum Messiae, sit per metonym. felicitas, qua fruuntur subditi huius regis uel Messiae. Λόγος, sermo, eloquentia. Δύναμις, facta, quibus ipsa uis hominis conspicua redditur. Thaten.*

21. ἐν βλάβῳ) Castigaturus pro auctoritate Apostolica uanam aliorum iactantiam. An ut paedagogus seuerus ueniam, an ut bonus pater?

## CAP. V.

Grauer reprehendit Apostolus Corinthios, quod adulterum quendam e coetu suo nondum eiecissent, et ex eo ipso clarum esse dicit, non esse iis satis iustas causas gloriandi.

1. Ο λος ἀνέται ἐν υμῶν πορνεία) Sc. εἶναι. *Omnino auditur esse inter uos scortatio, i. e. Fama fert, inter uos esse hominem scortationi palam adhuc deditum. Πορνείας nomine non sola scortatio significatur, sed omnis Venus contra*  
 fas,

fas, iura, bonosque mores, et ueniunt eo nomine etiam coniugia illegitima. Potest tamen h. l. *scortationis* significatio obtinere. καὶ τοιαύτη — ὀνομάζεται) Verbum ὀνομάζεται abest a codicibus graecis optimis, a translationibus plerisque, et Patrum citatis. Tale probum, dicit Apostolus, etiam in gentibus non reperiri, i. e. uix reperiri. Vere. Cic. pro Cluentio 5. 6. *Nubit genero socrus, nullis autoribus, funestis ominibus omnium. O mulieris scelus incredibile, et praeter hanc unam in omni uita inauditum.* Plutarchus *Seleucum* narrat, quum uellet *Stratoniceam*, uxorem suam, filio suo Antiocho concedere, ueritum, ne ipsa offenderetur τῷ μὴ νομομισμένῳ, ut re illicita. *Ael. Spartianus* de Caracalla, qui nouercam suam Iuliam uxorem duxerat: *ad parricidium iunxit incestum; siquidem eam matrimonio sociauit, cuius filium nuper occiderat.* ἄσε — ἔχειν) *Patris uxor* plerumque Hebraeis est *nouerca*, ut Leuit. XVIII, 8. Ἐχειν hic est, quasi coniuge uti, quomodo intellexit Syrus. An homo iste post mortem patris in coniugio uixerit cum nouerca, an uero uiuo parente eam sibi addiderit, uel abusus ea fuerit, quamuis ei non iunctus matrimonio, dubium est. Verosimile tamen est, non uixisse cum ea in matrimonio, continuasse autem publice illud genus scortationis, quum tamen Christo nomen iam dedisset. Conferri hic merentur, quae monuit *Michaelis*, in Introductione in N. T. pag. 1025. sq. edit. tert.

2. καὶ ὑμεῖς πεφυσισμένοι ἐστε) Inflati estis maioris cuiusdam sapientiae opinione. Philosophi nonnulli, imprimis uero Cynici et Stoici haec talia censebant adiaaphora. Sed

Iudaei

Iudaei etiam putabant, licitas esse nuptias cum nouerca post transitum a gentilismo ad iudaicam religionem. *Maimonides* ex Iebamoth f. 982. *Ducere potest profelytus uxorem fratris sui paterni, uel uxorem patruui, quin et uxorem patris et uxorem filii, etiamsi ducta sit patri, patruo aut fratri, modo ad Iudaicam religionem transferint.* Atqui si legibus ciuilibus cuiusque populi tenentur Christiani, (Rom. XIII.) multo magis iis, quae apud omnes moratos populos receptae sunt, et iis maxime, quae cum lege Mosaica consentiunt. Vide Leuit. XVIII, 8. καὶ ἐχὶ — ποιήσας) *Et non potius cum luctu id egistis, ut e medio uestro tolleretur, (e coetu uestro excluderetur) qui facinus hoc perpetravit? Ἐξαίρειν ἐκ μέσων est ex ecclesia excludere, quomodo loquitur Cyprianus.*

3. ἐγὼ μὲν γάρ) *Ego quidem.* γάρ h. i. est mera particula transeundi. ὡς ἀπὸν — πνεύματι) Deest ὡς in nonnullis codicibus, uersionibus, et patrum citatis: non male. *Absens corpore, praesens uero animo et affectu.* ἤδη κέκρικα ὡς παρὼν) *Iam decreui, quasi praesens uobis essem.* Κέκρικα, *plane decreui;* ratum et fixum ipsi est. Non continuo Apostolus animaduertit in reum, sed *propositum sibi esse* dicit, si officio deesse pergerent Corinthii, apostolica sua uti potestate, tanquam si praesens esset, hominemque scelestum, quem ecclesia ipsa eiicere recusaret, exturbare Domini auctoritate. Quomodo autem hoc sit effecturus, in sequentibus declarat Paulus.

4. ἐν τῷ — χριστῷ) i. e. *Auctoritate Domini nostri Iesu Christi.* Construenda sunt haec uerba cum παραδυναί υ. 5. συναχθέντων — πνεύματος σὺν τῇ δυνάμει τοῦ κ. ἢ. Ι. Χ.) *Quum congrega*

congrega

*congregati fueritis* (fortassis post Timothei aduentum) *me quoad animum praesente* (absente quoad corpus,) *iuuante Christi uirtute*. Verba *σὺν τῇ δυνάμει τῆ κυρ. ἡ.* I. X. (ne commatis 4. principium et clausula idem dicant,) non, quemadmodum superiora: *ἐν τῷ δνόματι τῆ κυρίε*, cum uocabulo *παράδῃναι* u. 5. copulanda sunt, sed cum proxima enuntiatione: *συναχθέντων ὑμῶν καὶ τῷ ἐμῷ πνεύματος. Σὺν δυνάμει χριστοῦ, uirtute Christi. Τῷ ἐμῷ πνεύματος.* Sic *Liuius X, 397. absentis collegae consilia omnibus gerendis intererant rebus.* Affirmat igitur Paulus, se affecturum esse incestum letali morbo *in ipso Christianorum conuentu*, cui animo interfuturus erat iuante Christi uirtute, quae miraculum non modo effectura, sed ita etiam patratu erat, ut morbum sceleratus homo in ipsa concione nancisceretur, eumque igitur ob morbum, in quem subito ceciderit, ex concilio suo remouere cogerentur, qui propter scelus expellere noluisent. Sic enim pergit Apostolus:

5. *παράδῃναι — σαρκός*) Tradere hunc Satanae ad perditionem carnis, i. e. ad corpus eius uexandum et cruciandum. *Σάρξ*, ut saepe, *corpus*; nam oppositum est *πνεῦμα*. Iudaica phrasi utitur Paulus. Iudaei enim putabant, infolitos et grauios morbos, quin mortem ipsam infligi hominibus a Diabolo, Deo ita iubente. *Schemoth XXI. Stetit Samael angelus ad accusandum - quid fecit Deus S. B? tradidit illi Iobum — dicens: ecce eum in manu tua Iob. XVI, 11. i. e. tradidit me in manum Satanae — ea hora dixit Deus S. B. Mose: Mose, ecce tradidi Iobum Satanae.* De potestate Apostolis a Christo concessa, immittendi morbos, uid. *Iob. XX, 23. Act. XIII, 11.* Sic igitur  
modum

modum describit Paulus, quo eiecturus esset scelestum hominem e coetu Christianorum, nempe per morbum ei subito inflictum. Alii locum nostrum explicant de *sola* excommunicatione, nullo interueniente miraculo. Qui enim ius christianae ciuitatis amittit, ille fit sicut ethnicus et publicanus, Matth. XVIII, 17. quod idem est ac si Satanae, extra ecclesiam regnanti traderetur. Sed obstare uidentur uerba: εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός, quae nonnisi de morbo grauiori intelligi possunt. Igitur omnino prior explicatio est praefenda. ἵνα — Ἰησοῦ) Vt animus (his castigationibus feueris emendatus) feruetur eo die, quo uenerit Dominus Iesus ad iudicium.

6. εἰ καλὸν τὸ καύχημα ὑμῶν) Corinthii in epistola, cui Paulus responderet, uidentur scientiam iactasse; quod ipsis ironice hic obiicit, et alibi saepius. ἐκ δόξατος — ζυμοῦ) Est prouerbialis locutio, quam etiam habes Gal. V, 9. Hebraei per ζύμην intelligunt metaphoricè omne illud, quod alia corrupendi uim habet, siue sit doctrina, siue exemplum, siue aliud aliquid. *Neue Schalom*, f. 191. 2. *Rabbini uocant concupiscentiam malam fermentum in massa; quod, sicuti paululum fermenti fermentat totam massam magnam et corrumpit, sic corrumpit totum hominem.* Hoc loco ζύμη metaphoricè significat adulterum illum in coetu christiano Corinthii; et sensus est: *per paucos malos homines uniuersam societatem facile posse corrumpi.* Pro ζυμοῦ alii legunt δολοῦ, *corrumpit.*

7. τὴν παλαιὰν ζύμη) Non solum eum hominem, de quo in antecedentibus est sermo, notat, sed et similes alios peccatores, quod patet ex u. 11. ἵνα ἢτε νέον Φύρμα)



*Vt sitis instar massae recentis, quae non est corrupta fermento, i. e. ut coetus uester careat istis maculis.* καθως ἐστὶ ἀζυμοί) *Quemadmodum fermento abstinere uos decet, i. e. quemadmodum uos ipsi, (utpote Christiani) puri scelerum esse debetis. Singuli uestrum abstinere debent a uitiiis. Paulus admonet, uel hoc nomine, quod Christiani dicantur, opus esse alia uita, quam fuit illa pristina. Forsan respicit etiam ad tempus Paschale, quo hanc epistolam scribebat, et quo etiam Christiani ex Iudaeis uescebantur azymis, ut sensus sit: Sicut nunc uiuitis festos dies azymorum, huius caerimoniae adhuc tenaces.* καὶ γὰρ — χριστός) Ἐτύθη scribendum est, non ἐθύθη. τὸ πάσχα, metonymice pro agno paschali. *Nam et paschalis agnus noster pro nobis mactatus est Christus, i. e. nam Christus pro peccatis nostris mortuus est, et haec eius mors nos multo magis obligat ad puram uitam, quam illa caerimonia agni paschalis Iudaeos ad azyma. Prosequitur Paulus coeptam allegoriam. Sicut sanguine agni paschalis, allito postibus, liberati sunt Israelitae ab excidio; ita Christiani per sanguinem Christi adpersum quasi cordibus, i. e. per fidem ex passione Christi conceptam, liberantur a communi exitio generis humani. Quare à pristina peccandi consuetudine nos puros esse decet. Igitur sensus est: Puri esse debetis a sceleribus, quia estis Christiani.*

8. ὡς ἐσθλάζομεν) i. e. *Deo seruiamus, Deum colamus.* Ἐσθλάζειν proprie est *festum celebrare*, quod deinde transfertur ad cultum diuinum in genere. Et quia celebratio festorum simul complectitur laetitiam, hoc uerbum h. i. significat magno cum gaudio et oblectatione in uero  
 Dei

Dei cultu recteque agendi studio occupari, et aequè lubenter in his obeundis, quam in diebus festis agendis uerfari. Philo de congressu quaerendae eruditionis gratia p. 447. D. ψυχῆς ἑορτῇ, ζήλος, ὁ τῶν ἀρίστων καὶ τελοσφορημῶν πόνος, *animae festum est aemulatio rerum optimarum, et labor ad perfectionem properantium.* μη ἐν ζύμῃ παλαιᾷ) *non cum fermento apud uos residuo*, i. e. non in societate scelesti illius hominis, adulteri, (quem supra u. 7. fermento comparauerat.) μηδὲ — πονηρίας) i. e. *non in societate malorum et peccatorum.* Clarius dicit, quod sit: μη ἐν ζύμῃ παλαιᾷ. Est autem ζύμη κακίας καὶ πονηρίας pro: ζύμη κακῆ καὶ πονηρᾶ. Κακία et πονηρία, abstractis positis pro concretis, sunt ipsi malitiosi et improbi homines, quos nondum e coetu suo eiecerant Corinthii. Sic etiam ex opposito εὐλικρ. καὶ ἀλήθεια sunt sinceri et probi Christiani. ἀλλ' ἐν — ἀληθείας) Sensus est: *Sed in societate hominum, qui uerae et sinceræ uirtuti student.* Ἐν ἀζύμοις, i. e. cum probis; nam opponuntur *azyma fermento.* Ἐιλικρινεία, h. l. opponitur τῇ ζύμῃ, uel massæ fermento mixtæ. Hefychius: εὐλικρινὲς, καθαρὸν, ἄδολον, ἀληθές, φανερόν. Basil. M. Reg. br. 264. εὐλικρινὲς λογίζομαι εἶναι τὸ ἀμιγές, καὶ ἄκρως κεκαθαμένον ἀπὸ παντὸς ἐναντίου. Ἀλήθεια, ΠΙΣΝ, *uera uirtus, uerae uirtutis studiosi.*

9. ἐγραφα ὑμῶν ἐν τῇ ἐπιστολῇ) Sicut 2 Cor. VII, 8. ἐν τῇ ἐπιστολῇ significat priorem epistolam, non uero illam ipsam, in qua haec uerba reperiuntur: ita etiam hic intelligitur, ante primam, quam nunc habemus, scripta, sed iniuria temporum perditā epistola. μη συναναμίγνυσθαι πόρνοις) *Ne admittatis in societatem uestram scortatores et scorta.*

*scorta.* Συναναμίγνυσθαι, *commisceri*, h. l. est ferre in societate Christianorum propria. Πόρνος, licet alibi Graecis significet catamitum, cuius pudicitia uenalis est; hic tamen latius patet, et utriusque sexus homines lasciuos et impudicos denotat, ut ex orationis serie patet. Corinthii uerba Apostoli ita interpretati erant, quasi Christianis ab omni consuetudine cum impudicis et lasciuis, ethnicis etiam abstinendum esset. Itaque mentem suam nunc explicat.

ΙΟ. καὶ ἐ — κόσμῳ τούτῳ) Sc. ἔγραψα, μὴ συναναμίγνυσθαι. Non est mens mea, ut abstineatis plane ab omni consuetudine scortatorum, extra societatem Christianorum uiuentium, nempe in uita communi, commercio et negotiis ciuilibus. In superiore igitur illa epistola iam scripserat Paulus de πόρνοις in ecclesia non tolerandis. Κόσμος h. l. ut saepe, denotat *Non-Christianos.* ἢ τοῖς — εἰδωλολάτραις) Addit alia uitiorum genera. Plus est ἀρπαγὴ quam πλεονεξία; nam ἀρπαγὴ uim habet adianctam, ut raptus et rapina apud Latinos. ἐπεὶ — ἐξελεθῆν) *Alioqui* (si hoc uellem) *exeundum uobis esset ex hominum societate*; quod tamen absurdum esset, nec posset fieri, nisi neglectis aliis officiis societati hominum debitis.

ΙΙ. νυνὶ δὲ) Νυνὶ hic uim habet aduersatiuae, ut apud Ciceronem saepe ponitur: *nunc uero.* ἢ πόρνος) Ne consuetudine utamini eius, qui Christianus dici uolens, sit scortator etc. Ἀδελφός, h. l. *Christianus.* Pro ἢ legendum uidetur ἢ. Εἰδωλολάτρης, h. l. non est idolorum cultor; talem enim Christiani uix in coetu suo tolerassent: sed

is, qui epulis sacris in templis Deorum inuitatus interest. Vid. c. X. τῷ τοιούτῳ μὴ συνοσθίειν.) Cum talibus, i. e. adeo uitiosis, et Christianorum nomen usurpantibus, ne epulas quidem habere communes, quod minimum est inter amicitiae signa. De s. coena non loquitur Apostolus; sed de conuiuio, quo mores hominum per conuiuas corrumpi potuissent, quod de s. coena omnino dici non potest. Aliis tamen hoc ad agapas Christianorum pertinere uidetur, ubi suo iure Christiani uti poterant.

12. τί γάρ — κρίνειν;) Quid enim ad me pertinet, etiam eos, qui sunt extra ecclesiam, iudicare, i. e. contra eos sententiam dicere? τί γάρ μοι, sc. μέλει, uel προσήκει. Τὰς ἔξω uocat τὰς ἐξωτερικάς, i. z. extra ecclesiam uiuentes. ἐχθ' τὰς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε.) Sic omnino distinguendum uidetur. *Minime; uos damnate (et reiicite) eos sc. malos, qui de nostra societate sunt.* Ὁυχι, pro μηδαμῶς, ut Rom. III, 27. Κρίνετε, in Imperatiuo. Alii: *Nonne uos eos, qui Christiani sunt, debetis iudicare?* Schulzius: *Nonne uos etiam in communi uita sic agitis, ut in eos tantum animaduertatis, qui ad forum uestrum pertinent?*

13. ἢ θεός κρίνει) *Puniet eos, suo scilicet tempore.* Recte Bengelius: *Cognitio de pernicie aut salute gentium est referoatum diuinum.* ἐξαρῆτε — αὐτῶν) Ἐξαρῆτε, fut. pro imperat. ut Deuter. XXIV, 7. καὶ ἐξαρῆς τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν, ad quem locum respicere uidetur Apostolus. Alii legunt ἐξάρατε. *Eiicite improbum illum hominem e uestra societate;* non per capitale supplicium, (licet haec formula in Libris Mosis alicubi id significet,) sed per excommunicationem.

## CAPUT VI.

1. **T**ολμᾶ — ἀγίως;) *Audetne aliquis ex uobis, si habeat litem cum alio, litigare coram Idololatriis, et non potius coram Christianis?* Alium abusum taxat Apostolus, quod nempe Corinthiorum nonnulli litigarent coram iudicibus ethnicis. Πρᾶγμα h. l. est *lis*. Κρίνεσθαι, *litigare*, כִּי, ut Matth. V. 39. Ἄδικοι hic dicuntur Idololatras, qui Deo non exhibent, quod debent, qui mox u. 6. dicentur ἄπιστοι, et hic opponuntur τοῖς ἀγίοις, *Christianis*. Eleganti paronomasia utitur Paulus; nam δικασαὶ alias uocabantur, qui hic ἄδικοι. *Max. Tyrius IX, 4.* τίνων ἐν εἴνεκα ἀπελογίσατο Σωκράτης ἐπ' ἐκείνων τῶν Ἀθηναίων; ὡς ἐπὶ δικασῶν; ἀλλ' ἄδικοι. ὡς ἐπὶ Φρονιμῶν; ἀλλ' ἀνήγοι. ὡς ἐπὶ ἀγαθῶν; ἀλλὰ μοχθηροί. Quum dicit τολμᾶ τις, indignum facinus existimari uult, quod tum faciebant nonnulli Corinthii. Iudaeis permissum erat a Romanis, habere litium suarum arbitros ex suis coetibus. Lib. I. Cod. tit. 9. leg. 8. de Iudaeis et Caelicolis. Hanc libertatem concessam fuisse Iudaeis iam tempore Apostolorum, ualde est credibile. Eodem privilegio igitur et Christiani gaudebant, praecipue illi ex Iudaeis. Sed nonnulli Corinthii, spretis arbitris christianis, iudices ethnicos adierunt, fortassis ex male intellecta libertate christiana, ne Iudaeis se conformarent, quibus nefas esse uidebatur litigare coram gentilibus. *Tanchuma f. 92. 2. Statutum est, ad quod omnes Israelitae obligantur, eum, qui litem cum alio habet, non debere eam tractare coram gentilibus.* S. D. Exod. XXI, 1.

2. ἢ ἔκ — κρινῶσι;) *Num ignoratis, quod Christiani profanos iudicare possint?* Ἦ κῶσμος, *profani*, Iudaei et pa-

gani. Ὅτι ἄγιοι, *Christiani*. Quo sensu autem Christiani κρίνουν τὸν κόσμον dicantur, dubitant interpretes. Plurimi cum *Grotio* statuunt, secundum haec uerba Pauli Christianos primum a Christo iudicatos fore assessores Christo, iudicanti alios, quod de Apostolis dicitur, Matth. XIX, 28. Luc. XXII, 30. Secundum alios sensus est hic: *Christiani condemnant, et damnare debent uitam improbam ceterorum hominum omnium*, sc. suo exemplo; uel: *iustam sententiam de improba aliorum hominum uita ferre possunt*. Schol. ap. Matthaei: ὅτι οἱ ἄγιοι τὸν κόσμον κρινῶσι — κατήγοροι τῶν ἀπίστων γινόμενοι, ὅτι ὁμοιοπαθεῖς ὄντες αὐτοῖς ἀνθρώποι καὶ ἐτίθεισαν καὶ χρησὴν πολιτείαν ἐπέδέξαντο. Sed recte monet *NOESSELTUS* (Opusc. Fascic. 2. p. 140. seq.) uerbum κρίνουν de facultate iudicandi capiendum esse, ut sensus sit: *Christiani profanos iudicare possunt*. Illustrandus est nempe hic locus ex illo c. II, 15. 16. ubi Paulus dixerat, Christianos recte posse iudicare de profanis, i. e. horum agnoscere errores in rebus ad religionem pertinentibus. Nunc igitur concludit: καὶ, εἰ ἐν ὑμῖν — ἑλαχίστων;) *Quodsi igitur a uobis iudicari possunt profani: nonne causas etiam minores iudicare possitis?* Est argumentum a maiori ad minus. Quod si agnoscere potestis errores profanorum in rebus ad religionem pertinentibus: quidni igitur terrenas etiam causas iudicetis, quae et leuioris sunt momenti et facilius ad aequitatis leges definiendae; siquidem sequi quisque Christianus admonitionem magistri sui uelit, ut, quod sibi quisque uelit dari, id det quoque alteri, omninoque mala ferre malit, quam fratribus inferre? Ἀνάξιοι sunt inidonei. Κριτήρια autem sunt *causae*, de quibus contenditur, ut uel docent βιωτικὰ κριτήρια, u. 4. quae, nisi de causis

caussis s. rebus, quae in quaestionem ueniunt, intelligi non possunt. Ἐλάχιστα, res et caussae paruae, de pecuniis, bonis, haereditate etc.

3. ἐκ οὐδαν — βιωτικῶν;) Num ignoratis, quod uel angelos iudicare possimus? quanto magis res huius uitae? *Angelos*, i. e. homines, qui pro prudentissimis ab aliis haberi solent, si angelos etiam malos aequarent astutia et fallendi calliditate. Paulus nempe, ut magnitudinem periculi Christianis imminentis exprimat, saepe utitur imagine angelorum, qui sint Christianis inimici, iis tamen, adiuuante Deo, longe inferiores futuri, ut Rom. VIII, 38. 39. Gal. I, 8. 2 Cor. XI, 14. Col. II, 18. Κρίνειν autem h. l. ut supra c. II, 15. 16. habet uim agnoscendi erroris aut fraudis eorum, qui doctrinam christianam contemnerent, atque pro ea falsam aliam substituere ac commendare uellent. Ergo (uerbis Noeffelti utor,) sensus uerborum in nostro loco hic esse uidetur: Non ignoratis, si uel angeli uellent nobis ueritatem doctrinae christianae mentiendo eripere, alienamque pro uera commendare, nos ita contra fraudem munitos esse per institutionem diuinam, ut fraudem facile agnoscere, quidque ueri uel falsi sit, iudicare possimus: quanto magis igitur possimus res uitae communis iudicare, idque quod rectum prauumque sit, discernere? Non ualde differt Schulzii interpretatio, qui his uerbis *uniuersalitatem* exprimi arbitratur, ut Rom. VIII, 38. *Omnes homines, angelos adeo diiudicare possimus.* Etenim per Christum edocti, quid bonum sit, quid malum, quid iustum, quid iniustum, tam certe scimus, ut omnium hominum, et paene dixerim, angelorum etiam actiones diiudicare possimus.

mus. Eadem igitur uidetur esse sententia, quae supra II, 15. μήτι γε βιωτικά;) *Quanto magis* (diiudicare licet nobis) *lites de rebus huius uitae?* Μήτι γε *nedum, multo minus, multo magis*, prouti nexus orationis requirit. H. I. denotat: *multo magis*. Βιωτικά sc. πράγματα, sunt negotia ad res huius uitae pertinentia. Infra dignitatem Christianorum esse dicit, litigare coram Infidelibus, quum et sapientia et probitate praestare debeant omnibus reliquis hominibus, adeoque etiam malis angelis. Sumta haec sunt ex disciplina Hebraeorum, qui docent, non esse litigandum coram gentibus. Quare dicunt: *Qui adducit Israelem ad tribunal gentium, profanat Nomen, et honorat nomen idoli.* Druf. ad h. I.

4. Βιωτικά — καθήρετε;) *Quodsi igitur lites de rebus huius uitae habetis, an contemptos apud ecclesiam arbitros et iudices constituitis?* De significatione uocis κρηρία, uide modo ad u. 2. dicta. *Contempti apud ecclesiam* uidentur esse gentiles. Καθήρετε, in Indicatio, cum interrogandi signo. Ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, iudicio ecclesiae. Καθίσιν sc. διαζῆς, *constituere iudices siue arbitros*. Reprehendit itaque Apostolus Corinthios, quod non ex Christianis, sed ex ethnicis sibi eligerent litium suarum arbitros, siue quod aduersarios ad ethnicos traherent iudices. Hanc interpretationem sequentia uerba postulare uidentur. Alii sine signo interrogandi uerba nostra legunt, et cum *Wetstenio* interpretantur: *Fotius quam ut iudices ex gentibus adeatis, eligite litium uestrarum arbitros ex coetu uestro, uel illos, quos ad iudicandum ineptissimos existimatis.* *Sanhedrin* f. 3. 1. *Iudicia pecuniaria per tres iudices idiotas, iudicia*



*cia rapinarum et laesionis per probatos. IV. 2. omnes idonei sunt, ut iudicent lites pecuniarias. STORRIUS: (notit. histor. p. 6. not. 8.) Si iudices (κριτήρια) de rebus ad hanc uitam pertinentibus habere debetis: (quamuis mallet, iis inter uos omnino non opus esse,) uel tenuissimi ecclesiae homines (si omnia recte se habeant,) tantulo muneri abunde sufficere putandi sunt. Ex hac interpretatione h. i. κριτήρια tropice uocantur cognitores caussae, qui ueluti iudices sedebant, quemadmodum a LXX. Dan. VII, 10. Καθίσταται autem sine interrogandi signo imperatiuus esset. Sed durior uidetur haec expositio.*

5. πρὸς ἐντροπήν ὑμῶν λέγω) Vt nos pudeat huius rei, hoc dico, ut supra IV, 14. ὅς δυνήσεται — αὐτῷ) Apparet ex Syro, scriptum hic olim fuisse: ἀνὰ μέσον τῶ ἀδελφῶ, καὶ τῶ ἀδελφῷ αὐτῷ. Nam ἀνὰ μέσον de uno non dicitur. Qui possit sententiam ferre inter litigantes fratres. Fortassis etiam, (ut Storrius suspicatur) Singularis τῶ ἀδελφῶ collectivè dicitur, ut Ios. XVII, 9. Ceterum hoc malum, ut Corinthii coram iudicibus ethnicis litigare inciperent, inde fluxisse uidetur, quod inter *diuersarum partium* Christianos facile et crebro lites fierent. In his autem litibus uix erant in ecclesia, qui talem apud litigantes fidem haberent, ut dirimere possent controuersias inter fratres, quia neutra pars litigans alteri iatis fidebat, sed eos, quos forte una pars arbitros dari uellet, altera continuo tanquam aduersariae factioni addictos et in alienae sectae hominem iniquiores futuros, perhorrescebat.

7. ἤδη μὲν — μεθ' ἑαυτῶν) Iam hoc omnino uobis uertendum est uitio, quod lites habetis inter uos. ἠτιμίαι,

uitium. Κρίμα, lis, contentio. Qui ob damna parua, quae ceterum statum suum non euertebant, litigat, facit contra Christi praeceptum, Matth. V, 40. διατί — ἀποσερεῖσθε;) Ἄδικεῖσθαι h. l. est *aequo animo iniurias perpeti*. Menander: ἔτος κράτιος ἔσθ' ἀνὴρ, ὃ Γοργία, θζις ἀδικεῖσθαι πλεῖς ἐπίσταται βροτῶν. Et uidetur hoc uerbum ad dignitatem laesam, ἀποσερεῖσθαι ad rerum damnum pertinere; nam ex his duabus causis nascuntur lites.

8. ἀλλὰ — ἀδελφός) Non modo non fertis, sed ipsi infertis iniuriam. Ἰμεῖς *quidam* e uobis. καὶ ταῦτα, *et quidem, adeo*. Ioseph. Ant. XV. 5. 3. ἄξιον μὲν ἦν — εἰδὲ τῆς Ἀραβίας — ἀδικεῖν ἡμᾶς ἀποσερῆντας, καὶ ταῦτα ἢ πολεμίας ὄντας, ἀλλὰ φίλους. Hoc eis dicit, quorum peior erat causa.

9. 10. Ἄδικοι, *flagitiosi*, sicuti δίκαιοι saepe sunt uirtute praediti. Hanc latiore significationem postulare uidentur sequentia uerba, ubi uarii generis uitia recensentur. βασιλείαν τῷ θεῷ ἢ κληρονομήσουσι) *Regni Dei, s. e. beneficiorum per Messiam nobis partorum, et futurae felicitatis in regno coelesti, non erunt participes*. Nec nomine Christiano digni sunt, nec aeterna felicitate fruuntur, quamdiu nempe tales sunt. Κληρονομεῖν, hebr. לָקַח non tantum est *haereditare*, sed et in genere *possidere, tenere*. μαλακοί) *Molles* sunt alias Graecis generatim homines effoeminati, delicatuli, uoluptatibus dediti; sed h. l. ubi tot hominum turpium inseruentium libidinibus distinguuntur species, μαλακοί sunt pueri *pathici, cinaedi, muliebria pati adfueti*. Dionys. Halic. Ant. L. VII. de Aristodemo dicit, eum a ciuibus suis μαλακόν, *mollem* uocatum esse: εἶθ' ὅτι θυλαυδρίας

λυδρίας ἐγένετο καὶ ὢν, καὶ τὰ γυναικῶν ἀρμόττοντα ἔτασχεν, siue quod in pueritia effoeminatus fuisset, et muliebria passus esset, siue quod miti esset ingenio. Ἀρσενοκοῖται est ἀντίστροφον eius, quod praecessit. Πλεονέκται, auari. Xenoph. Memorab. καὶ γὰρ ἔν ὥσπερ δι πλεονέκται τῶν ἄλλων ἀφαιρήμενοι χρήματα ἑαυτὸς δεκῆσι κλυτίζειν etc. Nec obstat hoc nostro loco contextus, ut recentior quidam interpres putat; nam praecedit κλέπται.

II. καὶ ταῦτά τινες ἤτε) Tales ex parte fuistis. Vox ταῦτα neutraliter ponitur pro ἤτοι, siue τοῖςτοι. Sic apud Aristophanem in Nubibus Act. I. sc. 5. Strepsiades quum plurima commemorasset conuicia, quae in ipsum congeri possent, addit: ταῦτ' εἴ με λέγουσιν ἀκαυτῶντες, talem si me esse dicant occurrentes, faciant, ut libet. ἀλλ' ἀτελέσασθε — ἐδικαιώθητε) Sed purgati estis (a peccatis, ueniam peccatorum naesti per Christum,) sed sancti et probi facti estis per Dominum Iesum, et per Spiritum Dei nostri, i. e. per religionem diuinam, per eam doctrinam, quae Deum habet auctorem. Vid. supra c. I, 30. Aliter explicat locum nostrum Griesbachius in Progr. 1783. scripto. Constituit nempe hunc sensum: Sed baptismo suscepto purificati, et sanctorum iustorumque coetui aggregati estis. Ex eius sententia uerba ἀτελέσασθε, ἠγιασθητε, ἐδικαιώθητε synonyma sunt, nec peccatorum ueniam neque animi et morum emendationem h. l. indicantia, sed mutatam Christianorum conditionem describentia, quod scilicet segregati a profanis gentilibus et incredulis Iudaeis, ac participes facti sint beneficiorum et priuilegiorum omnium, a Deo cunctis ecclesiae Christi membris concessorum, et per ba-

ptismum in singulos collatorum, quorum consideratio incitare Christianum quemque et potest et debet ad ingenuum sanctitatis studium.

12. Transiit Apostolus ad aliud uitiorum genus, ex abusu libertatis christianae apud Corinthios ortum. πάντα μοι ἔξεστιν, sc. ex eo genere, quae dicuntur Adiaphora, quae corpori uoluptatem creant, uel populariter: multa. Respicere uidetur Apostolus ad uerba uñtata illis Corinthiis, qui opiparas diuitum mensas sectabantur, et epulis gentilium facris in templis Deorum interesse solebant. Dicebant illi: *Omnia mihi licent*, i. e. Deus ista omnia nostri causa condidit; quare nihil est mali, si eis utamur. *Mimesis*. ἀλλ' εἰ πάντα συμφέροι) Respondet Paulus, adhibendum modum: non enim omnem usum talium conducere aut ualetudini, aut recto usui rationis, aut aliis hominibus. Sic Paulus ipse eligere potuisset iucundiores uitae modum, contrarium isti, quem c. IV, II. seqq. descriperat; sed tunc aliis non potuisset prodesse. πάντα μοι ἔξεστιν) Repetit hanc sententiam, ut pressius respondeat. Frequens talis obiectio- num repetitio apud *Senecam*. ἀλλ' ἐκ — τινος) *Sed ego non redigar ab ulla re in seruitutem*. In seruitutem autem redigitur licitarum etiam in se rerum, qui se carere ipsis non posse putat. Quod liberum est, non decet in perpetuam consuetudinem uerti. Elegans est paronomasia in ἔξεστι μοι et ἐξουσιασθήσομαι. Ceterum notum est, Paulum saepius usurpare uocem πάντα, ubi de licito ciborum usu loquitur, e. c. Rom. XIV, 2. 20. I Tim. IV, 4. Vnde non male suspicatur *Storrinus*, licentiores Corinthios uerba: πάντα μοι ἔξεστι, quae olim ex Apostolo, de cibis locuto, forte

forte audierant, et de cibis *per se* spectatis intelligere debebant, transtulisse ad esum *cum idololatria* coniunctum, imo ad consequentem epulis idololatricis *κορυσίαν*, u. 13. Apostolus igitur, de pronunciationis suae abusu per litteras Corinthiorum certior factus, docet: per se omnino, quae dixerit, licita esse; sed illicita fieri, quam primum usus libertatis nostrae aliis noceat, vel etiam *in se* licita in potestate nostra esse desinant, nosque potius ipsos ita in potestate sua habeant, ut iam non libertate nostra utamur, sed rapi nos patiamur ad ea, quae non conducant vel aliis, vel nostrae ipsorum saluti.

13. τὰ βρώματα — βρώμασιν) Sc. *ἀνίμει*, *destinantur*. Vel Dativi respondent hebraicae particulae *ב*, quae saepe *propter* significat. Cibi sunt ventris implendi causa, et uenter ad cibos accipiendos et digerendos. *Ventrem* hic intellige uentriculum et intestina. In se itaque indifferens est, siue edas siue non edas hoc uel illud ciborum genus. *ὁ δὲ θεός* — *καταργήσει*) Efficiet, ut cessent. Matth. XXII, 30. Usus ciborum ad hanc uitam sustentandam tantum est necessarius. Post hanc mortalem uitam nec cibis nec uentriculo amplius opus erit: Quare his rebus non multum est tribuendum; et grauiter peccant, qui tantillae rei causa, quae in hanc humilem duntaxat mortalemque conditionem cadit, infirmioribus nocent. τὸ δὲ σῶμα — τῷ σώματι) *Corpus autem non scortationi, sed Domino consecratum esse debet, sicuti Dominus se consecrauit corpori*. τὸ σῶμα, corpus hominis cum suis membris. Toti consecrati esse debemus Christo. Ergo non tantum animi nostri facultatibus, sed etiam corporis membris  
uti

uti debemus ad uoluntatem Domini. Sed plane contra uoluntatem Domini agebant, qui dehonestabant corpus in delubro. Quod autem Christus *corpori* se consecrasset dicitur, id ita intelligendum esse uidetur: Christum totius hominis salutem procurasse, hancque ob causam dignum esse, cui animo et corpore seruiamus. Fortassis etiam per τὸ σῶμα, cui Christus se consecrasset dicitur, intelligitur *coetus christianus*, qui haud raro τὸ σῶμα τῷ χριστῷ uocatur, e. c. Eph. I, 23. V, 23. et aliis locis. Si hoc sumimus: post σῶματι supplendum erit αὐτῷ.

14. ὁ δὲ θεὸς — αὐτῷ) *Deus autem suscitabit nos per potentiam suam, sicuti Dominum suscitauit.* καὶ τὸν κύριον — δυνάμει αὐτῷ, pro: ἐξεγεραὶ ἡμᾶς διὰ τ. δυν. αὐτῷ, ὡς τὸν κύριον ἤγειρε, et hoc porro per metonymiam consequentis, pro: Quemadmodum Deus Christum e mortuis resuscitatum praemio affecit, ita etiam nos e mortuis resuscitados remunerabitur. Sed u. 13. dictum erat, Deum effecturum esse, ut alimentorum usus et uenter cessent. Excitabit igitur Deus mortuos longe diuersissimo ab hoc, quo nunc utimur, corpore instructos.

15. οὐκ οἴδατε — χριστῷ ἔσιν;) *An ignoratis, uos esse membra Christi?* Τὰ σώματα ὑμῶν, uos toti, quoad animum et corpus. Estis *membra Christi*, pars societatis christianae, ad eum singulari modo pertinentis, eique consecratae. Ergo τὰ μέλη χριστῷ sunt membra τῷ σώματι χριστῷ, societatis Christianae u. 13. ἄρα — μέλη;) *Num igitur auferam membra Christi, (eripiam quasi iusto Domino,) ut inseruiant scorto?* Nefas profecto esset, hoc facere.

16. ἡ ἓκ — μίαν) φησιν, nempe ἡ γραφή, ut alibi saepe. Quod de uxore dictum erat Gen. II, 24. aptat meretrici, quae est uelut uxor usuraria, et iis fungitur, quibus uxorem fungi ius fuit. Εἰς σάρκα μίαν Hebraismus est pro σὰρξ μία, i. e. σῶμα ἓν, ut modo dixerat. Constituunt quasi personam unam, et est inter eos intima uoluntatis coniunctio. Scortator detrahit Christo, Domino et capiti suo amorem et obsequium ei debitum, et se mancipat scorto.

17. ὁ δὲ κολλώμενος τῷ κυρίῳ) *Qui adhaeret, i. e. deditus est Domino, eiusque uoluntati obsequi studet.* Κύριος, Christus. ἓν πνεῦμα ἓς) Ita animatus est, uel esse debet, quomodo Christus fuit animatus, adeoque etiam omnem animi et corporis impuritatem auersari debet. Metonymia, in qua caussa nominatur pro effectu. Sic amici dicuntur ψυχὴ μία.

18. πᾶν ἀμάρτημα — ἓς) *Pleraque peccata, quae ab homine perpetrantur, extra corpus sunt, i. e. magis aliis, quam ei, qui peccat, nocent.* Τὰ πάντα saepe sunt pleraque ut hebr. כּב. H. l. ita sumendum esse πᾶν, ex eo patet, quod etiam uinolentia, intemperantia et alia uitia nocent iis ipsis, qui iis sunt dediti. ὁ δὲ — ἀμαρτάνει) *Sed scortator in suum corpus iniurius est, sibi ipsi nocet.* Etiam gentiles peccata illicitae Veneris hanc ob causam turpiora ceteris esse credebant, quod haec in ipsum hominis corpus fiant. Aeschines in *Timarchum* de Timarcho dicit: ἐγὼ γὰρ, ὅσα μὲν κατὰ ὄν εἰς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἡμάρτηκεν, ἀφίημι. Verum quidem est, Aeschinem de *cinaedis* loqui: at de *cinaedis* etiam loquitur Apollolus: per

per πορνείαν enim omnes illicitae Veneris species intelligit, eamque opponit peccatis plerisque, quae ἐκτὸς τοῦ σώματος fiunt. Cf. supra c. V, II. VI, 9.

19. ἢ ἔκ — ἴσιν) *Aut ignoratis, corpus uestrum esse templum eius, qui in uobis est Spiritus sancti?* i. e. scitis, uos Deo sacrum esse coetum. τὸ σῶμα ὑμῶν, uos ipsi, pars pro toto. Ἁγίου πνεύμα, ipse Deus. Ergo phrasis: Vos estis Dei templum, significare uidetur: Vos Deo estis sacri, coetus Deo facer. Vnde concluditur: Non estis profanandi, i. e. non per scelera deducendi estis huc, ut designatis Deo esse sacri, quod omnino factum esset per scortationem. Deus est ἐν ὑμῶν, in coetu uestro. Cf. Ezech. XXXVII, 27. ubi statim additur: *Deus uester ero.* Ergo phrasis: *Deus in coetu uestro est*, significat: Deus uos singularibus beneficiis ornat, nempe per doctrinam christianam. ἃ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ) *Quod (ut fitis Deo sacri) habetis a Deo.* Refertur nempe ἃ ad totam praecedentem propositionem, Deo debetis hoc beneficium, quod facti estis homines Deo sacri, i. e. Christiani. SCHULZIUS τὸ πνεῦμα interpretatur *animum hominis.* *Annon scitis, corpus uestrum esse templum uel domicilium animi sancti, membris probae? καὶ ἔκ ἐς ἐαυτῶν)* proinde non estis uestrae potestatis, uel iuris uestri. Rom. XIV, 7. 8. Omnia uestra Deo debetis.

20. ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς) *Redempti enim estis (magno) pretio.* Causa affertur, cur Christiani non sint sui iuris, sed additi Deo; quia nempe Deus permultum impendit, ut eos faceret suos. ἠγοράσθητε, *redempti, liberati estis,* nempe a superstitione, ignorantia, uitiositate et omni peccatorum



catorum miseria. Τιμῆς. Vulgata: *pretio magno*; recte quidem quoad sensum. Terent. Eunuch. I, 2. 53. *pretium sperans illico producit: uendit, Donatus: deest magnum.* Hoc magnum pretium, quo Deus nos redemit, est filius eius dilectissimus, Iesus Christus. Rom. VIII, 32. Eum nempe misit in mundum eo consilio, ut humani generis salutem procuraret. Quoniam igitur (inquit Paulus) omnia uestra, et hoc etiam insigne beneficium Deo debetis, quod estis Christiani: aequum sane est, ut gratos uos geratis. δοξάζετε δὲ τὸν Θεόν) *Honorate Deum*, quod praecipue fit obsequendo. ἐν τῷ σώματι ὑμῶν) Non solo animo. Nam et corpus eius est, ei seruire debet. καὶ ἐν τῷ — Θεῷ) Haec uerba absunt a codicibus optimis, Versionibus nonnullis, et Patrum scriptis bene multis, Latinis omnibus fere.

## CAP. VII.

I. Περὶ δὲ ὧν ἐγράφατέ μοι) Elliptice. *De quibus ad me scripsistis, sic habetote.* Scripserant igitur Corinthii, (fortassis Paullinae et Apolloniae partis) ad Paulum epistolam, in qua eum de uariis rebus consuluerant. Respondet igitur nunc Paulus ad uarias sibi propositas quaestiones. Prima quaestio erat de matrimonio. Orta erat Corinthi controuerfia de matrimonio eiusque necessitate, ut ex ipso Pauli responso patet. Quanam autem fuerint Corinthiorum de hac re diuersae sententiae, id quidem non liquet. Fuerunt fortassis inter Iudaeo-Christianos, qui matrimonium eiusque necessitatem nimis extollerent. Nam hodieque Iudaei in ea sunt opinione, illum, qui XX annos natus matrimonium nondum contraxit, licet nec defectus quidam, nec  
 assiduam

assiduum legis studium obfuisse, in praeceptum diuinum peccare. Vid. *Ikenii* antiquitt. hebr. P. III. c. 1. §. 2. Sed et apud Philosophos frequens erat quaestio, an sapienti ducenda uxor? Qui considerabant, quam parum comoda saepe sint mulierum ingenia, educatio liberorum quam molesta, quot periculis obnoxia, abstinendum a nuptiis censebant; quorsum spectant dicta *Lycurgi*, *Thaletis*, *Socratis*, et aliorum. Contra, qui publicas spectabant utilitates, dicebant, reipublicae, sicut alia tributa, ita et liberorum factionem deberi, ut ostendit ad h. l. *Grotius*. Fortassis etiam Pseudapostoli plerorumque Iudaeorum more de coniugii praestantia iusto intolerantius gloriabantur, eiusque necessitatem, *Petri* et *fratris Domini* omniumque Apostolorum exemplo (c. IX, 5.) commendabant, et id cum fugillatione Pauli caelibis, (infra u. 7.) Vnde cupiditas Paulinorum facile aliquos in alterum extremum praecipitare potuit. Quum itaque *Corinthi* de hac re orta esset controuersia: pii quidam homines Apostolum consulendum censuerunt. Respondet igitur Paulus ad propositam sibi quaestionem: καλὸν — ἀπτεσθαι) *Bonum fuerit uiro, mulierem non attingere*. Per ἀνδρωπρον h. l. *uir*, *f. mas* intelligitur, ut Matth. XIX, 3. 10. Ἀπτεσθαι per εὐφημισμὸν pro usu mulieris siue in coniugio, siue extra illud. Xenoph. dict. et fact. Socr. L. I. suafisse dicit Socratem, τῶν καλῶν ἰσχυρῶς ἀπέχεσθαι· ἢ γὰρ βέλδιον εἶναι, τῶν τοιούτων ἀπτόμενον σφρονεῖν. Latinos quoque sic uti uerbo *tangere*, notissimum est, et patet exemplis a Wetstenio allatis. Quod de mare dicit, intelligi uult etiam de muliere, quam satius esse putat abstinere a matrimonio. Praefert autem uiram siue nuptiis, quod sic expeditius quis Deo et ecclesiae,

fiat, et Christianorum singulis inferuire possit. Cf. etiam u. 26.

2. διὰ δὲ τὰς πορνείας) *Vitandas* scilicet. Pluraliter dixit πορνείας, ut omnia impuritatis genera includeret, c. VI, 9. ἑκάστος — ἔχεται) *Suam* quisque uxorem habeat: Et mulier suo uiro contenta alterum non norit. Hebr. XIII, 4. Ἐχθην, ubi de coniugio agitur, et uiro tribuitur et mulieri.

3. Τῆ γυναῖκι δ ἀνὴρ τὴν ὀφειλὴν ἀποδίδωτω) Τὴν ὀφειλὴν legunt Codices quidam Alexandrinae recensionis, quae cum occidentalibus conuenit; sic et Vulg. Copta, Aeth. Latini plerique inde a Tertulliano, Clem. Al. Orig. Methodius. Recensio autem Antiochena et ceteri habent τὴν ὀφειλομένην ἔυνουσιαν. Sive ὀφειλὴν legas, siue ὀφειλομένην ἔυνουσιαν, intelligi debet *officium mariti cum uxore concumbendi*, quod uulgo *debitum coniugale* nominant.

4. ἡ γυνὴ — ἐξουσιάζει) Γυνὴ, *coniux*, post initum matrimonii foedus. Οὐκ ἐξουσιάζει, non habet ius plenum atque integrum. Nam non uitae tantum, sed et corporum inita est communio. In re autem sociali nemo sociorum ius plenum habet.

5. μὴ ἀποσφραττε ἀλλήλους) *Nolite fraudare uos inuicem*, sc. isto iure. Nulla pars se contineat ab altera, altera inuita. Recte Chrysostomus: Ex ista continentia magna mala nascuntur, adulteria, stupra, domorum euerfiones etc. εἰ μὴ τι — καιρὸν) *Nisi id fiat utriusque partis consensu, ad tempus (breue.)* Ἐε μὴ τι, ΝΥ ΟΝ. Ex consensu

femper abstineri potest, quantum ius coniugum attinet; uolenti enim non fit iniuria. Sed addit: *πρὸς καιρὸν, ad tempus breue.* Hoc ex more Iudaico. *Cetuboth* f. 62. 2. Si quis uoto se obstrinxerit a concubitu uxoris: ei Schammaeani binas hebdomadas; Hilleliani uero unicam tantum concedunt. Excipiuntur uiri docti, qui in studio legis uersantur, qui non sunt in potestate uxoris per XXX. dies. *ἵνα σχολάζητε τῇ προσευχῇ*) Ex more apud Iudaeos et Ethnicos recepto. Exod. XIX, 15. I Sam. XXI, 5. *Ioma* VIII, 1. *Die expiationis interdicitur est cibo et potu, — et ministerio lecti.* *Inuenal.* VI, 534. *Ille petit ueniam, quoties non abstinet uxor concubitu sacris obseruandisque diebus.* *Tibull.* II, 1. 11. *Vos quoque abesse procul iubeo, discedite ab aris, Quae tulit hesternae gaudia nocte Venus.* *καὶ τάλιν — συνέρχεσθε*) Pro *συνέρχεσθε* alii legunt *ἦτε*, eodem sensu. In eundem lectum conuenite. Nam *ἐπὶ τὸ αὐτὸ* est in eundem locum, ut *Act.* II, 1. *ἵνα μὴ — ἀπρασίαν ὑμῶν*) *Ne Satanas,* (si una pars non possit diutius ferre abstinentiam a matrimonii usu) *uos ad turpe facinus perpetrandum incitet.* *Catullus:* *Nupta tu quoque, quae tuus uir petet, caue, ne neges: ne petatum aliunde eat.* *Ialkut* *Siméoni* I. fol. 295. *Qui sine uxore habitat — concupiscentia praua ipsum uincit, egrediturque cum ipso in plateam. Satan stat, ipsumque e mundo perdere cupit.* *S. D. Gen.* IV, 7. Recte Chrysostomus et Theophylactus mo-  
nent, huius generis peccata non aliter Satanae tentationibus tribui, quam quia in nobis adhuc illa prauitas inest ab Adamo innata.

6. τῆτο δὲ — ἐπιταγήν) *Hoc autem*, (quod nunc dicam u. 7. 8.) *dico ex mea sententia, non tanquam praeceptum*. Discernit Paulus suas opiniones a praeceptis Christi. Hoc quidem loco consilium dat, non praecipit, quid faciendum sit. Συγγνώμη hic non ueniam delicti significat, sed aequam concessionem.

7. θέλω — ἑμαυτὸν) Θέλω *uellem, optarim nempe*, ut Marc. X, 35. γὰρ h. l. ualet *nempe*. Alii legunt δὲ, eodem sensu. Equidem uellem omnes homines esse, sicut ego sum; nempe habere donum continentiae. *Caelibes* esse omnes homines, non optare uidetur Apostolus; sed potius, omnes homines ira esse affectos, ut, urgente necessitate, etiam sine coniugio uiuere possint. Nec ad uirgines hoc pertinere uidetur, sed tantum ad uiduos et uiduas. Nam de uirginibus infra u. 25. sqq. praecipit Apostolus. Cf. etiam statim sequentia com. 8. ἀλλ' ἕκαστος — ἑταῶς) *Sed quisque proprium suum donum habet ex Deo; unus quidem sic; alius uero aliter*. Unus donum continentiae habet, alius non habet. Ergo nemini imperari potest continentia; etenim non omnibus datum est continentiae donum a Deo. Videntur (ut suspicatur Storrius) quidam antiudaicae partis focii in discrimen uocasse castimoniam suam, Pauli caelibatum, cui pares ipsi non essent, aemulantes; quin in ipso coniugio imitari affectantes, (u. 3 — 5.) uel societatem initam omnino dissoluentes. u. 10. sq. 27.

8. λέγω — χάρις) *Dico autem uiduis utriusque sexus*. Ἀγαμος ex ui uocis est tam, qui nunquam in coniugio fuit, quam cuius coniux est mortua. In posteriori sensu hic usurpat Paulus, ut uiduarum addita mentio nos docet.

Graeci mulierem, amisso coniuge, *χήραν* uocant: ut uir, amisso coniuge, *χήρος* dicitur; analogia permittit, usus popularis non recipit. Quare aliam uocem quaesuit Paulus, et *ἀγαμον* dixit, generis nomen pro specie usurpans. *ὡς καὶ γὼ*) *Sicut ego*, i. e. sine iterato matrimonio. Videtur igitur Paulus fuisse uiduus. Quod autem multi et ueteres et recentiores statuerunt, Paulum in coniugio quidem, sed continentem uixisse, id quidem sine ratione dicitur.

9. *εἰ δὲ ἔν ἐγκρατεύονται*) *Ἐγκρατεύεσθαι* idem est quod *ἀνέχεσθαι*, ab aliqua re sibi temperare, abstinere. *Si continere se non possunt.* *γαμυσάτωσαν*) *Matrimonium contrahant*; id enim commune maribus et foeminis. *Nubere* autem latine de foeminis tantum dicitur. *κρείσσον — τυρῶσθαι*) *Satius est matrimonium contrahere, quam uri*, i. e. aestuare libidine, ita, ut aut uoluntas succumbat tentationi, aut certe Deum pacata conscientia non possis inuocare. Virgil. Aen. IV. 68. *Vritur infelix Dido.* Ecl. II. 68. *Me tamen urit amor.*

10. *ἐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ κύριος*) Comparet dictum: Non ego ex me, sed ex Christi auctoritate. *γυναῖκα — χωρισθῆναι*) *Ne uxor a marito se separet.* Passiuum *χωρισθῆναι* hic est pro reciproco. Matth. V, 32. XIX, 4-9. De diuortiis coram magistratu confirmatis Paulo non est fermo; sed potius de eo, quod inter coniuges propter discordias fieri solebat, suo arbitrio. Foeminis Moſis lex non dabat ius, a marito discedendi, sed Romanae et Graecae leges, illorum populorum ingeniis aptatae, id permisierunt.

Perti-

Pertinet autem hoc Pauli praeceptum ad coniuges, quorum uterque erat Christianus.

11. ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῆ) Nempe interea temporis, antequam haec mea epistola ad uos perlata fuerit. καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφίεναι) Μὴ ἀποπέμψαι dicerent Attici; ne repudiet, ne eximat. Hebraei dicerent שְׂרָא לֵא, μὴ ἐμβάλλῃ.

12. τοῖς δὲ λοιποῖς) *Reliquorum* appellatione eos intelligit, qui impari matrimonio constrikti debebant. Horum multi in ea erant opinione, se salua conscientia non posse continuare matrimonium; Christianum ueluti pollui infidelis consortio; quod Apostolus negat. ἐγὼ λέγω, εἴχῃ δὲ κύριος) i. e. meam sententiam dico; praeceptum Domini non habeo. Nempe Christus de iis coniugiis, in quibus alter esset Christianus, alter non esset, nihil dixerat, uel Paulo reuelauerat. ἢ τις — ἄπιστος) Si quis Christianus habeat uxorem idololatrida, i. e. si quis uestrum iam uinctus fuerit tali matrimonio, quum Christo nomen dedit. Ἄδελφός, Christianus. Γυνὴ ἄπιστος, uxor non-christiana, uel iudaicae religioni, uel Deorum profano cultui addicta. καὶ αὐτὴ — μετ' αὐτοῦ) Et ipsa uoluerit apud eum manere, continuare matrimonium cum eo, qui nunc est christianus.

14. ἡγιάσαι — γυναίκα) Praet. pro Praef. Nam Deo dicatur et consecratur, uel consecrari facile potest maritus infidelis (Iudaeus uel Ethnicus) per uxorem, fidelem nempe, i. e. definit quodammodo esse profanus et impurus, ob coniunctionem cum christiana uxore, et habet faciliorem aditum ad ius ciuitatis Dei. Sanctum h. l. opponitur pro-

fano et impuro. Quum igitur saepe ἀκάθαρτος fit profanus, non habens partem cum iuribus populi Dei, Act. X, 28. Ief. XXXV, 8. LII, 1. ui oppositionis ἀγιάζεται dicitur, cui aperitur aditus ad iura populi Dei. Simili sensu dicitur in *Cethuboth*, IV, 3. Peregrina si profelyta facta fuerit, et cum ea filia eius, et haec adulterauerit, strangulabitur: *si concepta fuerit et nata in sanctitate*, est, ut filia Israelitica per omnia. *Iebamoth* f. 35. 1. R. Abi dixit: Si concepta sit *sine sanctitate*, et nata in *sanctitate*; lapidibus obruetur. Expectandum est tribus mensibus, ut discernatur inter progeniem *sanctam* et *profanam*. *יְרֵא — אַיָּא יְעֻו*) Alioqui, si nempe uterque effetis idololatrae, uel iudaicae religionis tenaces, *liberi uestri profani essent*; non pertinerent ad societatem christianam; *nunc autem desinunt esse profani*. *Balduinus*: Nam liberi ex isto coniugio suscepti eodem in censu habentur, ac si parens uterque Christianus fuisset; aditum enim habent ad ius ciuitatis Dei, quod infidelium liberis denegatum est. *Immundi*, i. e. *אִי־טוֹב* profani. *Sancti*, Deo consecrati, pars populi Dei, patet iis aditus ad coetum christianum; nam Deus ad educationem liberorum opitulatur parti meliori; cuius exemplum habemus in Timotheo, et haud dubium, quin extiterint alia eiusmodi, quum haec Paulus scriberet.

15. *ei de* — *χωρίζω*) *Sin autem infidelis coniux uelit separare se a fideli coniuge, separet se*. *Χωρίζεται*, actu primo, ut antea *ἀγιάζεται*. *εἰ δεδύλωται — τοῖς τοῖς*) Non obligatur, ut caelebs maneat, et reconciliationem expectet aut procuret. *ἐν τῇ — θείας*) *Ἐν εἰρήνῃ* pro



εἰς εἰρήνην, ut pacem colamus etiam cum paganis, quoad fieri potest, quum contra Iudaei abhorruerint a gentium omni societate. *Deus nos uocauit*, i. e. ad christianam fidem perduxit.

16. τί γὰρ — σώσεις;) *Num enim satis certo scis, o uxor, annon maritum ad sanio rem mentem, s. ad Christum perducere possis? Vt σωθῆναι saepe ad corpus refertur, sic ad animum sanandum transtulerunt etiam Pythagorici, Iamblich. de uita Pythagorae c. 9. Homini multis exercitiis opus est ad σωτηρίαν. Praecipue uero dicuntur σώζειν alii alios, quos ad Christum perducunt, infra IX, 22. κερδαίνειν. Cf. I Petr. III, 1. Berescht R. XVII, 12. Factum pii, qui duxerat uxorem piam, et non procreauerunt liberos. Dixerunt: Deo nihil profusimus. Steterunt et fecerunt diuortium. Iuit ille, duxit impiam, quae illum impium fecit. Illa nupsit impio, quem pium fecit. Ecce omnia esse ex uxore.*

17. εἰ μὴ — περιπατεῖτω) *Sed prout cuique sortem suam assignauit Deus, prout fuit externa conditio, in qua quemque Deus ad christianam religionem perduxit, in ea permaneat. 'Εἰ μὴ, sed, ut apud Latinos. Cic. pro Roscio: Quid erat, quod Capitonem primum nunciarit, nescio: nisi hoc uideo, Capitonem in his bonis esse socium. Tum uero inuerso ordine bis hic ὡς positum, ut supra III, 5. Μερῖζειν, πλην dicitur Deus, quum alicui sortem aliquam assignat natalium, fortunae, coniugii. Καλεῖν, ad Christianismum perducere. Περιπατεῖν hic, ut ἔβη apud Hebraeos, est uitae genus siue institutum insistere. Mos est Pauli, obiter quaedam a re non aliena inuenire, ac deinde co-*

ptum sermonem repetere. Itaque ex occasione eorum, quae de coniugio dispari dixerat, locum ingreditur communem de uariis huius uitae conditionibus, quae saluti nihil obstant. Redit uero ad propositum comm. 25. καὶ ἔτιωσ — διατάσσομαι) Nihilo uos plus quam ceteros onero. Paria docëo ubique tum praecepta, tum monita.

18. περιτετυμημένος — ἐπισκάσθω) *Si quis iam fuerat circumcisus, quum ad christianam religionem accederet, ne attrahat praepetium.* Μὴ ἐπισκάσθω (c. ἀκροβυσίαν. Tales Hebraei כְּטֹמֵט uocant, quasi ἐπισκαστικός, ab attrahetu pelliculae scilicet. Id fiebat arte medica. *Celsus* de medic. VII, 25. Faciebant hoc quidam, odio Iudaismi. De filiis Tobiae 1 Macc. I, 17. dicitur: καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς ἀκροβυσίαν, de quibus et Iosephus Antiq. XII, 5. I. καὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων περιτομὴν ἐπεκάλυψαν, ὡς ἂν εἶεν καὶ τὰ περὶ τὴν ἀπίθειαν ἔλληνες. Nihil omnino caussae esse Paulus dicit, quod quem quasi pudeat, circumcisum fuisse; non enim esse meliorem conditionem eius, qui circumcisus non sit. Videntur in eorum numero, qui Paulum amarent, et de uariis rebus consulissent, Exiudaei nonnulli fuisse, qui per Pseudapostolorum, circumcissione sua glorientium, et Corinthiorum, huius forte laudis aemulorum despicientiam et odium de ipso circumcissionis uestigio delendo cogitassent; quum contra Exgentiles nonnulli, Pseudapostolorum auctoritate commoti, circumcidi uellent. Vtrorumque errorem iam corrigit Apostolus.

19. ἔδέν ἐς) i. e. nullius est momenti, in salutis negotio, de quo hic agimus. ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν θεοῦ) *Supple: momentum habet maximum.* Gal. V, 6. τίςτις δι' ἀγά-

της ενεργημένη, Gal. VI, 15. καινή κτίσις) Comprehendit itaque observatio praeceptorum Dei fidem in Christum cum omnibus fructibus fidei.

20. ἕκαστος — μενέτω) *Vnusquisque in ea conditione vitae externae maneat, in qua fuerat, quum ad christianam religionem accederet.* Est Paronomasia; nam aliud significat κλήσις, aliud ἐκλήθη. Κλήσις (appellatio) est conditio hominis, ex qua appellatur Iudaeus, Graecus, liber, servus, per metonymiam Hebraeis frequentem, quibus נַרְדְּ, καλεῖσθαι statum alicuius aut conditionem significat. Verbum autem ἐκλήθη pertinet ad designationem temporis, quo quis ad fidem peruenit.

21. δούλος ἐκλήθη) *Si tu in servili conditione factus es Christianus.* μή σοι μελέτω) *Noli hoc curare, nec metuere, ne deterioris sis conditionis, quod attinet ad professionem religionis christianae.* ἀλλ' εἰ — χρεῖσαι) *Si potes, uolente Domino, obtinere libertatem: fume hoc.* Non enim prohibet religio, quo minus vitae huius utamur commodis, si nobis offerantur.

22. ὁ γὰρ ἐν κυρίῳ κληθεὶς δούλος) *Qui enim, quum adhuc servus esset, perductus est ad Christianismum, per Christum.* ἀπελεύθερος κυρίου ἐστίν) *Libertus est Christi;* libertate fruitur a cupiditatum ac vitiorum tristi imperio, quae libertas multo est melior ac angustior illa civili. Ἀπελεύθερος, i. e. ἐκ δούλου ἐλεύθερος ut *Hesychius* explicat.

23. τιμῆς ἠγοράσθητε) VI, 20. Sc. e servitute illa, quam secum fert ignorantia, superstitio, et consuetudo illa hominum flagitiosorum.

μή γίνεσθε δούλοι ἀνθρώπων) *No-*  
F 5 lite

lite in nos ultro arcessere seruitutem non necessariam, quam vobis imponere uolunt pro suo lubitu doctores nonnulli, qui omnibus ad religionem christianam accessuris circumcissionem praecipiant.

25. Παρ — ἔχω) De uirginibus, sc. quod rogabatis. Redit ad propositum. Nam quum de coniugibus et uirginibus egisset, respondet etiam de uirginibus. Quod ad has attinet, nullum se habere Domini praeceptum, omnibus conueniens, fatetur. Παρθέτων ad utrumque sexum refer. u. 26. 27. 32-34. γνώμην δὲ δίδωμι) *Consilium do*; quod si secuti eritis, laudabo uos; sin minus, non damna- bo. ὡς — εἶναι) *Vt cui Dominus ex gratia dederit, fidum esse.* ἡλεημένος ab ἐλεῖσθαι, quod est *beneficium conse- qui*; quod uerbum Passiuum habemus Matth. V, 7. Rom. XI, 30. 31. Dicit igitur, se fidelem esse seruum, se hoc ipsum consecutum beneficio Domini. Schulzius: *utpote quem Deus dignum habuit, cui crederet munus docendi re- ligionem.* Gal. II, 7. 2 Tim. I, 11.

26. διὰ τὴν ἐνεσῶσαν ἀνάγκην) *Propter instantem cala- mitatem.* Luc. XXI, 23. Instabat per Romanum imperium magna Iudaicarum rerum conuersio. Cum Iudaeis uero so- lebant Christiani partim matrimonia inire, partim facile con- fundi ab aliis. Instabat etiam persecutio per *Neronem*. Satius igitur erat, unum caput, quam multa obicere tan- tis malis. Alii per τὴν ἐνεσῶσαν ἀνάγκην intelligunt aerumnas et calamitates in matrimonio uiuentibus perferendas. Prior sententia egregie confirmatur ex u. 29. sqq. Quicquid sit, *maioris perfectionis causa* abstinendum esse a matrimonio, Paulus non dicit. τὸ ἕτως εἶναι) i. e. sicut uirgines, sine

sine coniugio scilicet. Ἀνθρώπων, utrumque sexum complectitur.

28. ἐκ ἡμαρτεσ) Videntur omnino fuisse Corinthi, ex illorum numero, de quibus loquitur 1 Tim. IV, 3. κωλύοντες γαμεῖν, i. e. qui peccati in loco reputarent, atque a tali peccato abstinendum esse dicitarent. ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι) i. e. Vestrum miseratione ducor. Act. XX, 29.

29. τὸτο δὲ φημι) Hoc autem uolo. Explicat Ap, quod dixerat com. 26. et utilitatem consilii sui commendat ex rebus futuris sibi a Deo reuelatis, praecipue a persecutione superuentura per Neronem. ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τὸ λοιπὸν ἐστὶ) Τὸ λοιπὸν, s. τὸ λοιπὸν ἐστὶ multi sequentibus iungunt, ita interpungentes: ὁ καιρὸς συνεσταλμένος sc. ἐστὶ Τὸ λοιπὸν ἐστὶ, ἴνα κ. τ. λ. Sed plerique ad praecedentia referunt, et cum iis ita connectunt: ὅτι ὁ καιρὸς συνεσταλμένος κατὰ τὸ λοιπὸν ἐστὶ, instans tempus fore triste. Συνεσταλμένος, contractum, angustum, triste. Sic 1 Macc. III, 6. συνεστάλησαν ἀπὸ τῆς φόβης αὐτῶν. Syrus tempora angusta, tristitia intellexisse uidetur. Aliis καιρὸς συνεσταλμένος est tempus contractum, i. e. breue. Sensus: Tempus breue posthac est, nempe tempus quietis. Prior explicatio simplicior est; sensus non ualde diuersus. Tristitia tempora mox esse secuta, negari non potest; paulo post enim instabat illud Romanorum bellum contra Iudaeos: quae publicae aliquot annorum calamitates etiam ad Christianos non parum pertinebant; erat enim per plerasque urbes Romanas magna Iudaeorum multitudo. ἴνα καὶ — ὧσι) ἴνα secundum quosdam pro ὅτε, ut Io. XVI, 2. 3. Io. 4. ut sensus sit: Triste instat tempus, quum ii, qui uxores habent, pares erunt non habentibus,

tibus, nempe quia quotidie in periculis erunt, ne alter alteri eripiat per faeuitiam iudicum aut inimicorum. Alii iungunt *ἴνα* uerbo praecedenti φημι, ut sit sensus: *Dico, uolo* (quia triste tempus posthac est,) *ut ii, qui habent uxores* etc. Prior explicatio praefenda esse uidetur.

30. καὶ δὲ κλαίοντες, ὡς μὴ κλαίοντες) *Fletus* appellatione more Hebraeorum *res aduersae* intelliguntur, quemadmodum *gaudium* denotat *res secundas*, per meton. efficit. pro causa. *Qui rebus aduersis affliguntur, mox pares erunt iis, qui nunc prospera utuntur fortuna, et uice uersa.* Paulo post ita conuertetur praesens rerum status, ut nemo sit, qui sibi de rebus suis gratulari, aut de iis ualde dolere debeat. καὶ δὲ ἀγοράζοντες, ὡς μὴ κατέχοντες) *Qui e. g. fundum emerunt, pares erunt nihil possidentibus.*

31. δὲ χρώμενοι — ὡς μὴ καταχρώμενοι) *Qui huius mundi bonis utuntur, quasi non utantur*; qui opes habent, quasi non habeant. *Καταχρώμενοι* non est reddendum: *male utentes*, aliter non responderet antecedentibus, δὲ κλαίοντες, ὡς μὴ κλαίοντες etc. sed uertendum: *utentes, habentes.* Composito pro Simplici posito. Neque insolens Graecis, καταχρῶσθαι pro χρῶσθαι ponere, e. g. apud Ioseph. Ant. III, 14. 2. IX, 8. 2. Latinos quoque *abuti* pro *uti* usurpare, uel tirones sciunt. παράγει — τῷ) *Praesens rerum status mox mutabitur.* Παράγει, pro παρίσχηται, ut *Hesychius* interpretatur. Σχῆμα τῷ κόσμῳ ex linguae ratione nihil aliud est, quam κόσμος s. *mundus*, ita tamen, ut ad praesentem rerum statum simul respiciatur. Sic apud Ioseph. Ant. III, 12. 3. σχῆμα τῆς δουλείας simpliciter est *seruitus*, respectu tamen ad seruorum conditionem habito. Respici-

tur h. l. praecipue ad mundi Iudaici conuerſionem; ſed ue-  
riſſima eſt etiam haec ſententia de omni rerum humanarum  
indole. Omnis rerum humanarum ſtatus eſt inſtabilis at-  
que uariuſ.

32. Θέλω — ἵνα) Θέλω hic rurfus eſt uelim, et ἀμε-  
ρίμους intelligendum comparate. Minus enim curarum habet,  
qui ſe, non totam familiam curat. (Terent. Adelph. V, 4.  
13. *Duxi uxorem; quam ibi miſeriam uidi! nati filii:  
alia cura.*) Haec altera eſt ratio, praeter illam de per-  
ſecutione, cur caelibatus coniugio praefereendus. ὁ  
ἀγαμος — κυρίως) Poſt μεριμνᾷ ſupple μᾶλλον, et τὰ πράγ-  
ματα; *diligentius* Domini cauſam et quae ad cultum  
eius pertinent, procurare poterit. Vix aliud habet,  
quod agat.

33. ὁ ἀγαμος — τὰ τῷ κόσμῳ) Poſt μεριμνᾷ iterum ſup-  
ple μᾶλλον, et τὰ πράγματα. Magis curare debet, quae ad  
praefentem uitam in coniugio tranſigendam neceſſario requi-  
runtur. Τὰ τῷ κόσμῳ h. l. non ſunt per ſe uitioſa; nec  
Apoſtoluſ ita addicit mundo coniuges, ut a rerum diuina-  
rum cogitatione eos proſuſ excludat: ſed hoc dicit, ua-  
riis curis circa negotia ad praefentem uitam pertinentia  
diſtrahi in matrimonio uiuentem. πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί  
Μεμέρισαι ἢ γυνὴ καὶ ἢ παρθένοσ) Ingens hic eſt lectionis et  
diſtinctionum uarietas, quam *Griesbachiuſ* diligenter anno-  
tauit. Codices enim et interpreteſ ueteres 1) uel nihil ad-  
iungunt uerbo μεμέρισαι, praeterquam quod textuſ noſter  
offert, 2) uel adiiiciunt huic uerbo particulam καὶ ita, ut  
ea uel reperiatur ante hoc uerbum: καὶ μεμέρισαι ἢ γυνή

κ. τ. λ. 3) *uel post illud*: μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ πάρθενος, 4) *uel utrinque*: καὶ μεμ. καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ πάρθενος. Quae lectio fit origine prima, eaque ab ipsius Apostoli manu, difficile dictu uidetur. Prima tamen, tertia et quarta lectio haecenus consentit, quod uerbum μεμέρισται referendum sit ad ea, quae sequuntur, hoc est ad homines sequioris sexus, de quibus Paulus loquitur u. 34. ut u. 32. et 33. de maribus. Secunda lectio, (quae dupliciter intelligi potest, ut ostendit Noesselt opusc. Fasc. 2. p. 146.) nimis suspecta est correctionis, quae glossam induxit, ut tamen aliquis uerborum sensus extorqueretur. Hoc saltem certum esse uidetur, uerba nostra non ad superiora s. ad mares, sed ad sequentia, s. ad foeminas referenda esse; atque sic nihil refert, quamcunque lectionem inter quatuor istas supra commemoratas sequaris. Disputatur autem de sensu uerbi μερίζεσθαι in hoc loco. Plerique ei tribuunt significationem diuersitatis, ut sensus sit: *diuersa est conditio mulieris nuptae et uirginis*. Μερίζεσθαι omnino est distinguere et dispertiri; hic uero Passiuum pro uerbo neutro ponitur. Kypkius uertit: *Distrahitur, s. curis implicata est et uxor et uirgo*. Verbum μερίζεσθαι idem h. l. esse dicit, quod μεριμνῶν, et hoc patere ex sequenti partitione, ubi Apostolus curas, quas uxores haberent et uirgines, distincte recenset. Nota est etymologia τῶν μεριμνῶν, ἀπὸ τῆς μερίζεσθαι τὸν νόον. NOESSELT l. c. uertit: *Et uxor habet suas curas et uirgo, s. distincta est et coniux et uirgo*, sensu eo, quo uerbum est apud Ciceronem ad diuers. II, 15. i. e. suas quaeque habet curas, quamquam diuersas. Quales autem? id statim comm. seq. dicitur.



34. ἡ ἀγαμος — τῷ ἀνδρὶ) *Quae uidelicet non nupta est, s. uirgo, magis intenta potest esse caussae Domini, ut sancta sit et corpore et animo, sed nupta, s. coniux magis sollicita est de rebus mundanis, quomodo placeat marito. Sancta h. l. non dicitur de uirtute, quasi coniugium fit in uitio; (haec enim interpretatio esset contra ipsius Pauli uerba u. 28.) sed sensu uerbi hebraico, quo sanctum disiungitur a communi; atque significat singulare, inprimisque quod praecipuo quodam modo, quamquam non nisi externo, sacrum Deo dicitur, ut primogeniti inter Israelitas Luc. II, 23. Hierosolyma, Matth. XXVII, 53. mons sanctus 2 Petr. I, 18. et similia. Vtrumque autem membrum comparatiue esse intelligendum, in promptu est. Πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρὶ Stobaeus S. XXII. Θεανὴ ἡ κυθαγορικὴ φιλόσοφος ἐρωτηθεῖσα, τί πρῶτον εἶη γυναικί, τὸ τῷ ἰδίῳ, ἔφη, ἀρέσκειν ἀνδρὶ.*

35. ὡς ἕνα βρόχον ὑμῶν ἐπιβάλλω) *Non ut laqueum uobis iniiciam, i. e. non ut uobis uim faciam, necessitatem uobis imponam ex arbitrio meo agendi. Βρόχος idem h. l. est quod παγίς, et usus τῶν βρόχων praecipue erat in bellis, in proeliis et obsidionibus, ubi hostes laqueo iniecto ad se pertrahere et capere solebant. Ergo laqueum alicui iniicere, est captiuum illum reddere, libertate illum spoliare. Manet Paulus in metaphora, et uinculo coningali opponit laqueum collo iniectum. ἀλλὰ πρὸς τὸ ἔυσχημον καὶ εὐπάρεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερισπάτως) Propter decentiam et assiduitatem apud Dominum absque distractione; i. e. Ut decenter et assidue adhaereatis Domino sine distractione. Adiectiua τὸ ἔυσχημον et εὐπάρεδρον, pro quo alii legunt*

legunt ἐυπρόσεδρον, sensu manente eodem, pro Substantiuis posita esse haud obscurum est. Πάρεδρος, siue πρόσεδρος est, qui alteri assidet, qui alteri frequenter adhaeret. Τῷ κυρίῳ elliptice positum est, pro, πρὸς ἢ παρὰ τῷ κυρίῳ, apud Dominum. Suppressa est praepositio, utpote iam latens in uoce ἐυπάρεδρον, ἢ ἐυπρόσεδρον. Ἀπερισπάζως, absque distractione, i. e. ἀνευ τῶ μεριμᾶν τὰ τῷ κῶσμε, u. 34.

36. εἰ δὲ τις — ὑπέρακμος) *Si quis uero putat, se ignominiam subiturum esse propter filiam suam, si fiat plus quam matura.* Euripides in Hecuba u. 407. *Num uis ἀσχημονῆσαι τ' ἐκ νέεσ βραχίονος σπασθεῖσ', dedecorari iuuenili brachio auulsa?* ubi Scholia Arsenii ἀσχημονῆσαι explicant per ἀτιμασθῆναι. Praesens ἀσχημονῆσιν uicem futuri ἀσχημονήσειν sustinet. Vereri possunt nempe parentes, ne, si quid turpe pro sexus sui et aetatis fragilitate admittant filiae uirgines, id sibi commune cum filiabus adferat dedecus. Τὴν παρθένον αὐτῆ, *uirginem suam;* elegans est constructio, pro: *filiam suam uirginem.* Ἐὰν ἢ ὑπέρακμος, *si fiat plus quam matura;* nam ἢ saepe pro γένηται ponitur. Virgo ὑπέρακμος est *plus quam adulta*, primos iam supergressa pubertatis annos. Respicit Corinthiarum puellarum ingenia. Priora uerba posses etiam uertere: *Si quis putat, se aliquid indecorum committere erga uirginem suam.* Rabbinorum est sententia: *Si filia tua sit הַגֵּוֹל, ὑπέρακμος, manumitte seruum tuum, ut ipsi eum facias maritum.* καὶ ἕτως ἰφθαίμα γενέσθαι) *Si urget necessitas ex corpore aut animo puellae. Ὁ θεός, ποιῶτω) Det eam nuptum.* Ea enim res more Iudaeo-

Iudaeorum, qui et nunc obtinet, ex auctoritate patrum pendebat; nec minus more Graecorum. γαμήτωσαν)  
Nempe ipsa, et qui ipsam desiderat.

37. ὅς δὲ — καρδία) *Si quis uero animo sibi satis constat.* Opponitur phrasis animi leuitati et inconsiderantiae, cuius generis homines sibi non constare dicuntur. μὴ ἔχων ἀνάγκην) *Si nulla necessitate prematur, i. e. si praeterea tali proposito nec corpus nec anima filiae obfistit; nam intactae dura est custodia pubis; nec patitur formosa moras.* ἔξωσαν — θελήματος) e. g. si coniux non obfiter. Alii haec uerba ad ipsam uirginem referunt: *Si imperare uoluntati suae, (affectibus suis) possit.* Multis uerbis eandem rem persequitur, quia non uult nolenti filiae necessitatem uirginitatis imponi. καὶ τὸτο κέκριεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς) *Et hoc omnino animo decreuit,* nempe ante hanc meam ad uos scriptam epistolam. Κέκριεν dicunt Philosophi, ubi aliquid plane decreuerunt.

38. ὡς καὶ ὁ ἐγαμήζων — κρείσσον ποιεῖ) *Itaque et qui nuptum dat, recte agit; qui autem non nuptum dat, melius facit.* Ille non peccat; hic uero magis consulit commodis filiae suae, ob rationes u. 26. sqq. allatas.

39. γυνὴ δίδεται νόμῳ) *Vincta est lege coniugii.* Deest νόμῳ in multis, sensu eodem manente. Videntur Corinthii consuluisse Paulum de uiduis, an licitae sint nuptiae secundae? quod nonnulli negarunt. Respondet Paulus, licitas esse; sed addit: μόνον ἐν κυρίῳ) i. e. modo fit Christianus maritus, quem sibi uidua eligit. Sic Tertullianus saepe, Hieronymus aliique uetustiores. Ita et hic accepit Arabs.

40. μακαριώτερα — μένῃ) Felicior, tranquillior, securior, si ita maneat, qualis est, innupta nimirum. δοκῶ — εἶχεν) Non intelligit reuelationem, sed sincerum affectum Deo et piis seruiendi.

## CAP. VIII.

I. Περὶ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων) Verisimile est, de hac ipsa etiam re retulisse Corinthios litteris suis. De Idolothytis diximus ad Aët. XV, 20. Ad illum locum notatis addendum est, Sacerdotes partem aliquam carniū in macello uendidisse. Mos erat gentilibus, ut epulas ex sacrificiis in ipsis templis ad honorem Deorum cum amicis instituerent. Hoc factum Corinthi, patet ex u. 10. huius capituli, et X, 20. 21. Ad has epulas ueniebant multi Christiani, ab amicis ethnicis uocati. Ex sensu communi hoc aliam interpretationem uix poterat recipere, quam ab iis, qui talibus immolatiis uescebantur, approbari cultum idolorum, cf. Num. XXV, 2. at isti Corinthii, nomine Christiani, intus Graecanici Philosophi, sicut istud de incestis, ita et hoc ad dialecticas quasdam disputationes trahebant. Argumentati sunt ita: *Idolum re ipsa non subsistit; quod non est, contaminare animum non potest; nihil ergo in eo peccati, si in templo epulet.* Fortassis etiam, (quae Storrii est coniectura) ea pars Corinthiorum, quae Paulo et Apolloni adhaerebat, per ipsum ueritatis tuendae studium, uel per affectuum intemperantiam, ut in aliis, sic in eo etiam deflexit, ut huius partis exgentiles plures, Pauli exemplo moti, non modo uictimarum idolis mactatarum reliquiis uenialibus uel suae uel ethnicorum domi uesci solerent, sed sacrificiis etiam epulis in idoli cuiusdam delubro interesse non

non dubitarent. Paulus itaque Corinthios rectiora docet. Περὶ δὲ — γνώσιν ἔχομεν) De iis autem, quae idolis sunt immolata, nouimus quod omnes intelligamus, sc. quam recte iis liceat uesci. Assentior Noesselto (opusc. Fasc. 2. p. 150. sq.) qui haec uerba non Pauli esse arbitratur, sed Corinthiorum, quorum sententiam recitet, atque tum contra dicat: ἡ γνώσις Φυσιῶν κ. τ. Α. Paulus enim, qui infra com. 7. scribit: ἕκ ἐν πάντων ἡ γνώσις, aperte sibi contradixisset, si u. 1. affirmasset, ὅτι πάντες γνώσιν ἔχομεν. Sunt igitur haec Corinthiorum uerba, fortassis in ipsis litteris ad Paulum datis expressa, quibus siue sententiam suam de iure idolothytis uescendi defendebant, siue consuetudinem excusabant, quibus Paulus obiicit ea quae sequuntur. Plerique interpretes uerba ὅτι πάντες — ὅτι αὐτοὶ parenthesi concludenda putant, hac ratione ducti, quod u. 4. iisdem paene uerbis Paulus orationem persequatur. Sed non eadem est sententia u. 1 — 3. et u. 4. sqq. Nostro enim loco *uniuerse* admonet, cauendum esse, ne illo recto iudicio abutantur; sed comm. 4. sqq. examinat rationem, qua Corinthii ius suum defendebant. ἡ γνώσις — διανομή) Huiusmodi *intelligentia contemnit alios*, facit, ut nullam rationem habeamus eius quod aliis de ea re uideatur, *amor autem consulit iis*. Haec et quae u. 2. et 3. sequuntur, obiicit Paulus illis Corinthiorum uerbis, et, quoniam obiter quasi dicta sunt, uncis includi possunt. Γνώσις, ut contextus docet, h. l. neque de cognitione uniuersa, neque de doctrinae s. litterarum excellentia, sed de recti conscientia est intelligenda, siue de persuasionem, quod recte ac sine officii negligentia fieri aliquid possit. Cf. u. 7. et c. X, 28. sq. Ἡ γνώσις autem est pro ἀσχη ἡ γνώσις. Haec intel-

*ligentia φουσιῶι, contemnit alios, facit ut nullam rationem habeamus eius, quod aliis de ea re uideatur. Est nempe φουσιῶσαι eorum, qui, acquiescentes in eo quod licere putant, sibi uiuunt, non aliis; ea curant, quae sibi, non quae aliis prodesse uideantur, inprimisque non cauent quae aliis offendiculo sint, sed potius exemplo suo ad imitandum alliciunt eos, qui recte se facere, non intelligentia sua sed aliorum exemplo persuasi sunt. Sic φουσιῶσαι κατὰ τινος, contemnere alterum, commodi eius negligentiosem esse occurrit supra c. IV, 6. Rom. XI, 18. Gal. VI, 4. Ἡ δὲ ἀγάπη δικοδομεῖ.) Qui uero aliorum amantes sunt, ii curant quod aliis proficit. Haec est uis τῆ δικοδομεῖν in uniuersa hac Pauli disputatione, ut locus c. X, 23. perspicue docet.*

2. εἰ δὲ τις — δεῖ γινῶναι) *Si quis autem sapere sibi uidetur, aliosque contemnit, is nondum quicquam ita intelligit, ut intelligere oportet, summa iniuria iactat rectam recti intelligentiam. Verbo δοκεῖν significatur non aliqua simplex persuasio, sed quae cum superbia et insolentia coniuncta est, ut Matth. III, 9. εἰδένω — γινῶναι) Nondum quicquam nouit sicut oportet nosse. Geminatio negantis particulae uehementius negat. Nempe non nobis solis id prodesse debet, quod cognouimus; Deum imitari oportet, ut omnibus prodesse discamus.*

3. εἰ δὲ τις ἀγαπᾷ τὸν Θεόν) *Sc. patrem hominum omnium, qui sollicitè omnium felicitatem efficere studet, cui connexum est et illud, ut proximus diligatur propter Deum. Potest etiam in illo ἀγαπᾷν τὸν Θεόν esse significatio uniuersa pietatis in Deum, idque sic omnia in uniuersum officia*

officia complecti, quasi tu diceres: *qui uere probus est.* ut Rom. VIII, 28. ἔτος ἔγνωσαι ὑπ' αὐτοῦ) *Hic uere ab eo edoctus est,* ei recta demum atque uera diuina intelligentia potest tribui. Verbum ἔγνωσαι reddendum esse uidetur per *consecutus est ueram intelligentiam, recte edoctus est per Deum,* more Hebraeorum, qui uerba neutra adhibent pro actiuis; γνώσκω igitur, ut hebr. יָדַעַתְּ pro *docere,* γνώσασθαι pro *doceri* s. edoctum esse, ut Gal. IV, 9. I Cor. XIII, 12.

4. περὶ τῆς βρώσεως — εἰ μὴ εἷς) *Quod igitur attinet ad esum eorum quae idolis immolata sunt, scimus, idola nihil esse, et nullum alium Deum existere, nisi unum.* Refellit nunc Paulus duplicem rationem, qua Corinthii sententiam suam de iure idolothytis uescendi defendebant, siue consuetudinem excusabant, unam u. 4 — 7. alteram u. 8. sqq. Prima igitur ratio erat, Deos gentium non esse Deos, et ne existere quidem. Rem ipsam concedit quidem Apostolus, et confirmat, (u. 4 — 6.) sed falsum esse id, quod Corinthii ex hac propositione in se uera, concludebant, ostendit u. 7. ἴδαμεν — ἑβραϊστικῶς) *idola ethnicorum esse nihil, et nonnisi unum existere Deum.* ἴδαν, sc. εἷς. SANDRIN f. 63. 2. *Dixit R. Iuda, dixit Rav: Nouerant utique Israelitae, idolum nihil esse.* Ioseph. Ant. VIII, 13, 16. Ideo uocantur אֱלִילִים uel אֱלִילֵי הַבַּיִת מֵאֵתָא. Nam Iupiter, Apollo, Venus etc. homines fuerant, qui iam olim interierant.

5. καὶ γὰρ ἕτεροι εἶσι λεγόμενοι θεοὶ) *Etiam si existant aliqui, reuera qui Deorum habeant nomen, et dicantur אֱלִילִים. λεγόμενοι, i. e. νομιζόμενοι. • εἶτε ἐν ἕρανῶ) Vt*

sol, luna, astra. εἶτε ἐπὶ τῆς γῆς) Vt reges uiuentes, oceanus, tellus, Neptunus, Ceres etc. Quodsi illa astra, et illi Reges Dii nobis non sunt, multo minus ii, qui non existunt. ὡσπερ — πολλοὶ) *Dii multi*, nempe more loquendi apud gentes recepto: λεγόμενοι, ut modo dixit. *Domini multi*, דִּי רַבִּי, sic enim *Dii gentium* uocabantur. *HORAT. I. Carm. I. 4. terrarum Dominos euehit ad Deos.* Tot autem erant Domini, i. e. Baales, in Syria, quot regiones, ne dicam urbes.

6. ἀλλ' ἡμῶν — εἰς τὰ πάντα) *Nos tamen Christiani colimus unum Deum Patrem, ex quo omnia* (quae existunt) *originem habent*, qui omnia creauit. Opponitur hoc gentilibus, quibus erant θεοὶ πολλοὶ, u. 5. Particula *unus* non excludit filium et Spiritum sanctum, qui sunt unus Deus cum Patre, sed primum quidem fictos Deos spoliat Deitate, quae ipsis affingitur; deinde in genere ostendit, nulla ratione posse plures esse natura Deos. Ὁ πατήρ, omnium rerum auctor. *HEINSIUS: Unus idemque Deus, est Pater: Unus idemque Deus, est Dominus noster Iesus Christus.* Sed hoc esse durum, nemo non uider. Antiquiores Theologi statuunt, Patrem propterea uocari Deum *ex quo sunt omnia*, quia etiam Filius et Spiritus S. ab illo uno Deo patre suum hoc esse habeant. καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν) sc. ἰσμεν. *Cui et nos existentiam nostram debemus.* Ἐἰς αὐτὸν, pro: ἐν αὐτῷ, *per eum.* καὶ εἰς κύριος Ἰησοῦς χριστός) *Et unum Dominum, Iesum Christum colimus.* Opponitur opinionī gentilium, quibus erant κύριοι πολλοὶ, (u. 5.) quos pro *Diis* colebant. Itaque ex hac iam oppositione clarum est, Christum eo sensu uocari *Dominum* nostrum, ut noster sit



fit *Deus*. Illis enim temporibus appellatio domini adeo augusta erat, ut ne Imperatori quidem Romano citra adulationem tribui posset. *TACIT.* Annal. II, 87. de Tiberio: *Acerbe increpuit eos, qui diuinas occupationes, ipsumque dominum dixerant.* *SUETON.* Aug. 53. *Domini appellationem ut maledictum et opprobrium semper exhorruit.* *TER-TULLIAN.* Apologet. 34. *Augustus Imperii formator ne Dominum quidem se dici uolebat. Et hoc enim est Dei cognomen.* Recte igitur Veteres plerique contra Arianos monuerunt: Sicut Pater *Deus* est et dicitur, et tamen est *Dominus* etiam, licet hic non utrumque de Patre dicatur; sic et Christus *Dominus* hic dicitur, et tamen alibi etiam uocatur *Deus*. Vocatur autem *Dominus* noster propter redemptionem. δι' ἧ τὰ πάντα) *Per quem omnia sunt, nempe creata.* Vid. Io. I, 3. Hebr. I, 2. uel potius: *qui gubernat omnia.* Rom. XI, 36. Est nempe dominus et caput ecclesiae, iudex generis humani ex uoluntate Patris. Infra c. XV, 27. 28. 1 Tim. II, 5. καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ) *Per ipsum sumus quod sumus, nempe Christiani,* 1 Petr. I, 21.

7. ἀλλ' ἔκ ἐν πᾶσιν ἡ γνώσις) i. e. ὅ πάντες γινώσκουσιν τὸτο, καθὼς δι' ἡμῶν. *Non omnes illam ueritatem, idola nihil esse, ita cognoscunt, ut decet.* Haec igitur est responsio Pauli ad illam Corinthiorum rationem, qua sententiam suam de licito idolothytorum esu defendebant. Parcendum esse dicit imbecillitati eorum, qui hanc ueritatem, Deos gentium nihil esse, non satis recte intelligebant. Imbecilliores, quibus haec cognitio negatur, antipaulinae partis fuisse uidentur, quae iudaizantibus aduenis aures dede-

rat, uel etiam ex numero eorum, qui e paganismo ad christianam religionem transferant, nec opinionem, existere Deos, etsi falsos, statim deponere poterant. τινὲς δὲ — ἰοδίνοι) *Quidam potius iudicantes adhuc idolum aliquid esse, hactenus uescuntur tanquam immolatiis, i. e. tanquam carnibus Daemoni cuidam uere existenti dicatis.* Συναίδησις h. l. est opinio, iudicium quod de aliqua re ferimus. Schulzius intelligit ideam, obscuram cogitationem, ut Eccles. X, 20. ubi LXX. hac uoce utuntur pro hebr. יָדָה, et nertit: *wegen einer gewissen dunkeln Vorstellung eines Götzen.* Ideam nempe Iouis, Neptuni etc. tanquam Deorum uere existentiam, a pueris impressam animis suis, nunc, Christiani facti, prorsus extinguere non possunt. Vescuntur igitur ἕως ἄρτι, *hactenus*, (in se ferre,) in ea opinione, quasi huiusmodi cibi immolati essent Diis uere existentibus, quanquam falsis. καὶ ἡ συναίδησις — μολύνεται) *Et conscientia eorum, quae morbida (male instituta) est, contaminatur; i. e. contra conscientiam, quamuis erroneam, peccant.* Sic uero conscientiae uis omnis sensim perit, et talis homo facit alia etiam aperte impia. Qui igitur exemplo suo uim infertur aliorum animis, ut sine recti conscientia tamen uescantur iis, quae sacra putant esse Diis, is non uerè amat Deum, non est pius, u. 1 — 3. Schulzius: *Ita suis erroneis opinionibus commoti ad idolorum cultum redeunt.* Μολύνεσθαι, *impurum reddi, profanum fieri.* Cf. Ierem. XXIII, 11. LXX. Sed non sequitur, eos, qui contra conscientiam peccarant, statim ad paganismum rediisse, nec phrasis ἡ συναίδησις μολύνεται ex usu loquendi significat *ad idolorum cultum redire.*

8. Βρώμα δὲ — τῷ Θεῷ) *Sed cibus* (inquis,) *nos non commendat Deo.* Est haec altera ratio, qua Corinthii suam idolothytis uescendi consuetudinem excusabant, uel defendebant, ipsis Corinthiorum uerbis in litteris ad Paulum datis expressa. Hanc igitur rationem hoc u. 8. proponit, u. 9. sqq. autem refellit Apostolus. Dicebant igitur Corinthii: *Cibus nos non commendat Deo*; siue delectum ciborum faciamus, siue minus, nihil refert. Ergo licet etiam idolothytis uesci, nec in ea re peccatur. Possunt tamen haec uerba etiam connecti cum praecedentibus, ut opposita opinioni eorum inter Corinthios, qui putabant se meliores esse aliis, et acceptiores Deo, ob esum idolothytorum, quod abiectis praeiudiciis purius colerent Deum. Si hoc sumimus, ostendit Paulus hoc u. falsos esse qui ita sentirent. ἔτε γὰρ — περισσεύομεν) Sc. παρὰ τῷ Θεῷ. Ἐὰν φάγομεν, sc. omnia sine discrimine. Neque enim, si intersumus Infidelium conuiujs, ob id Deo erimus gratiores. Περισεύειν h. l. significat *praestantiam habere prae aliquo*, hebr. יתן. Hinc περισσόν, *praestantia*, יתתן. ἔτε ὑπερμεθεα) Neque si abstineamus, deteriores erimus, uel minus habebimus de Domini beneuolentia. Concedit itaque Apostolus *in se esse indifferens*, siue aliquis intersit his conuiujs, siue non intersit. Sed magna opus esse cautione in usu huius libertatis, ostendit in sequentibus.

9. βλέπετε δὲ) *Sed etiam atque etiam uidete*, i. e. caute. μήπως — ἁσθενῆσιν) *Ne haec libertatis uestrae usurpatio occasio peccati fiat imperitioribus.* Ἐξουσία per metonymiam est libertatis usurpatio. Πρόσκομμα idem quod κινδάλον, Matth. V, 29.

10. Ἐν γὰρ — ἰσθίειν;) *Nam si quis uiderit te, qui te melius edoctum existimas, in fano discumbentem uescen- temque etiam profanis cibis: nonne animus huius infirmi, h. e. qui dubitat idem sibi licere, confirmabitur ita, ut etiam uescatur his quae Diis immolata fuere?* Ὁ ἔχων γνώσιν h. l. est, qui se melius edoctum existimat. ἐν ἰδω- λείῳ κατακείμενον) Ἐιδωλεία sunt *templa idolorum*, ut patet ex 1 Macc. I, 47. X, 83. 3 Efr. II, 9. Sunt autem uaria ἰεῖδωλεῖα, Ἰσσειον, Ἀπολλώνειον, Ποσειδώνειον etc. ἔχῃ ἢ συνεί- δησις — ἰσθίειν) *Nonne opinio eius, qui imperitior est, confirmabitur, ut ipse uescatur carnibus immolatiitiis?* Ὀικοδο- μηθήσεται uarie explicatur. Grotius: *Confirmabitur*; tunc συνείδησις est opinio, ut supra n. 7. Ὀικοδομεῖν, *aedificare, reficere, firmare*. PLAUT. Trinum. I, 2. 95. *Qui aedi- ficaret suam inchoatam infamiam*. Aliis est: *incitabitur, impelletur*. Alii delent interrogationem et uertunt: *Ne- quaquam conscientia illius, qui infirmus est, emendabitur, dum idolis immolata comedat*. Wetstenius haud male intel- ligit *ironice* dictum. *Egregie aedificas scilicet!* Tantum abest, ut aedifices, quod officii tui est, comm. s. ut potius destruas ipsum. Consentit STORRIUS, (notit. histor. p. 31. not. 55.) Videntur nempe Paulini et Apollonii in epi- stola ad Paulum data uisi fuisse his uerbis ἢ συνείδησις τῷ ἄσθενῶς οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ εἶδ. Φαγεῖν, quibus significa- re uolebant, se suo exemplo alios etiam corrigere posse, ut idolothytis uesci haud recusarent. Haec igitur uerba repe- tit. Apostolus, sed ita, ut doceat, quam egregia scilicet correctio sit, quam externa solum actione metiantur, ob id ipsum perniciosā, quod interno sensui, quamuis imbecilli et falso, non respondeat; ipsam uero conscientiam et

sensum

senfum (συνείδησιν) non continuo emendari, si modo exprimatur actus uescendi.

11. καὶ ἀπολείται — ἀπέθανεν.) Sic perditur ille infirmus frater propter tuam, quam iactas, meliorem intelligentiam, ille inquam, propter quem Christus est mortuus. Cf. Rom. XIV, 14. s. 20. s. ubi eandem rem tractat Apostolus. ἀπολείται δὲ ἀσθενῶν ἀδελφός) Peribit, non iam statim, ob comestos hos cibos, sed quia sensum plura admitter, quae tandem eum a Christianismo alienum facient. Paullatim desinet esse Christianus. ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει) Occasione scientiae tuae, cuius obtentu ista defendis.

12. καὶ τύπτοντες — ἀσθενήσαν) Τύπτειν, uulnerare. Quum facitis, ut contra conscientiam peccent, et ex malis sensum fiant deteriores. εἰς χριστὸν ἁμαρτάνετε) Eripitis enim ei discipulum; fructum mortis Christi, quantum in uobis est, impeditis. Magna haec est in Christum iniuria.

13. διόπερ — σκανδαλίσω) Est exaggeratio. Potius quam occasionem dem alicui Christiano, contra conscientiam peccandi, et fratrem delicto et poenae obnoxium faciendi, nel etiam redeundi ad idololatriam, malim non epulis tantum illis immolatiis, sed omni omnino carne siue animato abstinere, et pane solo, atque oleribus, ut nonnulli faciunt, uiscitare. Hoc dicit, ut ostendat, multo grauiora, quam de quibus hic agitur, sustinenda pro proximorum salute.

## CAPUT IX.

1. **S**uum iam exemplum Paulus commendat, cuius magna ad Christianos debebat esse auctoritas, et c. X. demum ad propositum redit. Docet nempe, se in multo maioris momenti rebus abstinuisse ab usu iuris sui, ne alios offenderet, uel religioni impedimentum obiceret. Ὅυμ εἰμι ἀπόστολος;) Aduersarii iudicabant, Paulum non esse dignum nomine et honore Apostoli, quod non conuersatus esset cum Christo. Contra eos Paulus obiter auctoritatem suam tuetur, significans se omnino esse Apostolum, et liberum. εἰλεύθερος) Mei ipse iuris, non subiectus aliis, a quorum mandatis pendendum mihi, a quibus uenia sit expectanda, uictum accipiendi ab aliis. ἔχῃ — εἰράνα;) Fuisse uidentur, qui Paulum magno intervallo putarent distare ab illorum auctoritate, qui fuissent ipsi Christi socii, u. 5. Sed Paulus dicit, se nec in hac re inferiorem esse aliis; omnino se uidisse Christum, quamuis non humilem in his terris uersantem, at gloria conspicuum; cf. infra c. XV, 8. 2 Cor. XII, 1. sqq. ἔ τὸ ἔργον — κυρίῳ;) Nonne ego uos ad Christi religionem perduxi! Philo de Legat. ad Caium, p. 554; 14. εἰ μὲν εἴσι τῷ Μάρκωνος ἔργον Γαίος, μᾶλλον αὐτὸν, ἢ ἔχῃ ἤττον τῶν γονέων γεγέννηκα. Seneca Epist. 34. Affero te mihi, neum opus es. Paulus uero addit ἐν κυρίῳ, quia Corinthios in Christi religione instituerat.

2. εἰ ἄλλοις — ὑμῖν εἰμι) i. e. Si alii dubitarent, an Apostolus essem, uos certe non deberetis dubitare, quia satis me Apostolum uobis probaui. In *Palaeestina* haud dubie fuerunt *Petri* iusto studiosiores sectatores, qui Pauli auctoritatem parum uidentur commendasse. ἢ γὰρ σφρα-

γῆς — κυρίῳ) *Nam certissimum documentum Apostolatus mei, (i. e. me uerum esse legatum et Apostolum a Christo missum,) uos estis, eo ipso quod estis Christiani. Ἐν κυρίῳ, supple ὁ υἱὸς. In Christo esse significat Christianum esse. Σφραγῆς proprie notat annulum signatorium, qui litteris impressus, eis dat auctoritatem et fidem. Sic Corinthii a Paulo ad christianam religionem adducti, fidem faciebant hominibus diuinitus dati Paulo Apostolici muneris.*

3. ἡ ἐμὴ — ἐστὶ) *Haec mea est defensio aduersus eos, qui mihi detrahunt. Ἄνακρίνειν est forense uocabulum, quod de industria usurpauit Apostolus, ut obiter arrogantiam eorum notaret, qui ipsius uocationem in dubium uocabant, quasi iudices sederent de hac causa cognituri.*

4. μὴ ἕκ — τιῶν) *Nunc exemplis ostendit Paulus, se multis in rebus non uti libertate ea, qua uti potuisset. Potestatem se habuisse, dicit, edendi et bibendi, nempe ecclesiae sumtu, sicut alii facere solebant. Luc. X, 7. Inter Iudaeos res erat satis usitata, ut Doctores uictum acciperent a cunctis, qui suppeditare et possent et uellent. Paulus uero ista uenia usus non est, sed potius manuum labore uictum sibi quaesuit, ut abesset ab omni specie alienorum consiliorum. Alii intelligunt libertatem edendi et bibendi sine discrimine omnia, uetita etiam Iudaeis. Paulus, ut saepe solet, etiam hic de se loquitur in Plurali, ut et in sequentibus.*

5. μὴ ἕκ ἔχομεν — κηφᾶς) *Nonne ius habeo, ut fororem (i. e. christianae religioni addictam mulierem) possim in comitatu circumducere? nempe pro uxore. Commentatores*

tatores Graeci plerique γυναῖκα hic accipiunt de matronis talibus, quales Christum olim comitatae fuerant. Sed περιάγειν est longe aliud, quam ut de mulierum harum studiis explicari possit. Accedit, quod Paulus de publicis sumtibus tractat. Si uero ad tales mulieres prouocasset, quae sine sumtu ecclesiarum, de suo Apostolis et fratribus Domini uictum suppeditassent, plane sua causa cecidisset. Itaque et *Hilarius* de ueris uxoribus accepit. *Petrus*, ut *Clemens Alexandrinus* Lib. VII, ex traditione refert, uxorem suam comitem habuit itinerum, quae et coram ipso ad mortem ducta est. Idem fecere et alii Apostoli, et uxorum opera usi sunt ad matronas conuertendas, ut idem narrat lib. III.

6. τὸ μὴ ἐργάζεσθαι) *A labore manuum, uictus parandi causa abstinere.* Putatis forte, nos duos ius nostrum non intelligere. Intelligimus sane: sed et intelligimus, quanto utilius sit, eo iure non uti. Vid. Act. XVIII, 3. XX, 34. Erat autem Barnabas comes Pauli. Act. XI, 30. XII, 25. XIII, 1. sqq. XIV, 12. seq. XV, 2. sqq.

7. τὸς κρατεύεται — τοῖς;) *Suis stipendiis; i. e. suo aere, suo sumtu.* Ut ostendat, se ius suum intelligere, argumenta eius iuris affert, primum ex consensu gentium, deinde etiam ex lege Moysis. Ἐκ τῶ καρπῶ ἐσθίουν dicere, inusitatum est Graecis. Quare nonnulli supplent: μέρος τι. Codices pauci habent τὸν καρπὸν.

8. μὴ — λέγω;) *An putatis, me, quae dico, sola humana auctoritate abstruere, ex moribus scilicet? ἢ ἐχθρῶν — λαλοῦ) Lex ipsa, a Deo data, in qua nihil est iniqui.*



9. ἐν γὰρ — γέγραπται) Deut. XXV, 4. εἰ φμιώ-  
 σεις βῶν ἀλοῶντα) *Ne iniicias boui tritुरanti camum.* φ. μ. ἔν,  
*capistrare*, ut loquuntur Plinius et Columella; ἐπισομι-  
 ζειν, ut Hesychius, *os occludere.* Ἄλοῶν dicuntur boues,  
 quum grana, ex aristis exterunt pedibus; qui mos Orient-  
 tis, sed et Graeciae, ut ex *Theophrasto*, et aliis discimus.  
 Huius legis *Iosephus* Ant. IV, 8, 21. rationem reddit  
 hanc: εἰ γὰρ εἶναι δίκαιον ἔργειν τὰς συνειργασμένους τῷ καρπῷ,  
 καὶ περὶ τὴν γένησιν αὐτῆς ποιήσαντας, *non enim aequum esse,*  
*eos a fructu arcere, qui una laborarunt, et in eius pro-*  
*curatione sese delassarunt.* μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ θεῷ;) *sc.*  
*μόνον.* An boum curam gerit, nullam uero hominum?  
 Est argumentum a minori ad maius.

10. δι' ἡμᾶς — μετέχειν) *Propter nos scriptum est,*  
*arantem debere arare cum spe, et tritुरantem debere esse*  
*participem eius quod sperauerat.* Voluit Deus, ut a minori  
 concludamus ad maius. Si nempe bos adeo tritुरans  
 frui debet suo labore, multo magis homini, qui boue ad  
 arandum et tritुरandum utitur, licet *sperare* fructus labo-  
 rum, quum *arat* arua ope boum, et *percipere* fructus quos  
 sperauerat, quum ope boum triturat. Ἐλπὶς, altera uice  
 est id quod speratur, *fructus.* SCHULZIUS intelligit e  
 uersu praecedente τὸν βῶν ἀροτριῶντα et ἀλοῶντα, bouem de-  
 bere arare cum spe et in arando percipere aliquid de fru-  
 ctu. Non male.

11. εἰ ἡμεῖς — ἐσπείραμεν) i. e. Si uobis in rebus ad  
 animi immortalis salutem pertinentibus operam praestamus.  
 Nam *serere* h. l. est operam praestare, et τὰ πνευματικὰ  
 quae ad spiritum uel animum hominis pertinent. μέγα —  
 θείον.

ῥηρίομεν;) *Num magnum est, si nos fiamus participes bonorum uestrorum ad hanc uitam pertinentium?* Pro μέγα locutio integra foret: μήτι μέγα ἔργον ἐσίν; *num id est aliquid magnae rei?* Τὰ σαρκικὰ, alias τὰ βιωτικὰ uocantur, quae ad hanc humanam uitam sustentandam pertinent. *Metere* autem est, pro opera aliquid accipere.

12. εἰ ἄλλοι — μετέχουσιν) *Si aliis fruuntur facultatibus uestris, et sumtu uestro uiuunt.* Ἐξουσία, pro ἰσία, *facultates, opes, res familiaris.* Alii ἐξουσία ὑμῶν dictum esse putant pro ἐξουσία εἰς ὑμᾶς, quomodo ἐξουσία πάσης σαρκός, Io. XVII, 2. Ἄλλοι h. l. sunt, qui nihil ipsi operae in Corinthios contulerant, et aliunde aduenerant Corinthum. εἰ μᾶλλον ἡμεῖς;) *Supple: aequum fuit pari frui iure?* Nos, qui multam et continuam contulimus operam in uos. ἀλλ' ἐγὼ — τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ, *non usus sum hoc iure.* Nunc enim ἐξουσία est *ius, potestas.* ἀλλὰ πάντα σέγομεν) Στίγειν, *perferre, tolerare.* Themistius orat. 22. de amicit. τὸν εἰ σέγοντα ὕβριν, *qui non est patiens iniuriarum.* I Theff. III, 1. 5. Tacemus et continemus nos, nec in querelas erumpimus, quod, quae aliis praestatis, nobis non praestitistis. ἴνα μὴ — χρισεῖ) *Ne impedimentum obiciamus Euangelio Christi.* Ἐγκοπή, *impedimentum*, quemadmodum ἐγκόπτειν est *impedire*, Rom. XV, 22. Gal. V, 7. Impensae in ministros faciendae facile homines deterrere possunt a professione Christianismi. Ne igitur Corinthii etiam deterrerentur, maluit Paulus molestias, labores et egestatem sustinere, quam aliquid mercedis pro institutione in religione ab iis accipere.

13. ἐκ οὐδενος — ἐσθίσαι;) *An nescitis, eos qui Sacris operantur, uitam sustinere suam ex iis, quae in templo offeruntur?* Ἐκ τῶν ἱερῶν, ex templo, metonymice pro iis quae in templo offeruntur, ut sunt decimae, oblationes, et primitiae. διὰ τῶν θυσιαστικῶν — συμμερίζονται;) *Qui altari uacant, cum altari participant, s. ex iis quae altari imponuntur, partem accipiunt.* Προσεδρεύουσιν, *affidere, uacare, assiduum esse.* Sic apud Ioseph. L. I. contra Apion. sacerdotes uocantur: τῇ θραξείᾳ τῆς θεῆς προσεδρεύοντες. Συμερίζονται idem est quod μερίζονται, praepositione sensum non augente. Supple: τὰ δῶρα, τὰς θυσίας aut similia.

14. ὄρω καὶ — ζῆν) Matth. X, 10. quod dictum tunc per manus tradebatur. Ζῆν ἐκ τινος s. ἀπὸ τινος tam de negotio quam de bonis et cibis ex quibus aliquis uiuit, dici potest. Aristoteles Politic. L. VI, 4. Ὀβί pastores sunt, καὶ ζῶσιν ἀπὸ βοσκημάτων, et ex pecudibus uiuunt. Demosthenes cont. Theocrin. ζῶντες ἀπὸ τῶν συκοφαντιῶν, *calumniando uitam sustentantes.*

15. ἐγὼ δὲ — τέτων) *Ego autem nullo usus sum istorum.* Non usus sum ulla re uestra ad uitae meae sustentationem, quamuis iure meo uti potuissem, ut homo liber (ἐλεύθερος, u. 1.) et minister Iesu Christi. ἐκ ἔγραψα — ἑμοί) *Non tamen scripsi haec, ut sic fiat in me; non eo consilio, ut mihi in posterum praestentur, quae aliis. Amolitur a se suspicionem, quasi opter, ut sibi Corinthii in posterum de facultatibus suis communicarent.* Καλὸν γὰρ — κενώσῃ) *Mori enim mallim, quam hanc mihi gloriam a quopiam eripi: Κένχημα μὲ, gloriam meam, quod. ego solus*

de meo uiuo, quum alii omnes utantur uictu publico, nec incommodo aut molesto uitae modo.

16. εἰν γὰρ εὐαγγελίζωμαι) Si id solum ago, quod et alii faciunt; si nempe Euangelium doceo uel mercedis causa, uel ex necessitate tantum, quia munus hoc mihi est impositum. εἰ ἐς μοι κἀνχημα) *Non habeo gloriandi causam*; id mihi non ducendum est honori. ἀνάγκη — ἐπίκειται) i. e. nonnisi id, quod officii mei ratio postulat, facio. Liban. O. V. δικασῆ δ' ὑπηρετημάτε νόμοις εἰ ἄν ὀφείλοιστο χάρις. ἃ γὰρ ἦν αὐτῷ κατ' ἀνάγκην πράττειν, ἔπραξε. καὶ — εὐαγγελίζωμαι) *Poenis diuinis dignus adeo essem, ni Euangelium docerem.*

17. εἰ γὰρ — μισθὸν ἔχω) Si nempe uoluntarius hoc facio (non coactus necessitate, sed lubens et uolens Euangelium doceo,) praemium sperare possum. γὰρ h. l. ualet nempe. Declaratur enim, quod dictum erat u. 16. Μισθὸν autem intelligit praemium a Deo expectandum. Qui nonnisi necessitate coactus, et metu poenae facit quod suum est, is nec laude nec praemio est dignus. εἰ δὲ ἄκων, δικονομίαν πεπίσειμαι) *Sin autem inuitus hoc facis, concreditum tamen mihi est munus*, proptereaue faciendum id quod muneris ratio postulat. Ἐι δὲ ἄκων, sc. πρᾶσσω τῷτο. Sin inuitus facio quod meum est, eo tantummodo consilio, ut poenas effugiam. Supple: Faciendum tamen est mihi quod muneris ratio postulat, quia δικονομίαν πεπίσειμαι, i. e. δικονομία ἐπίσειυθι μοι, *munus mihi creditum est*. Constructio- nis huius exempla non sunt rara, e. g. quum Diogenes Laërtius dicit Lib. VII, c. I, §. 29. τισευθειντος τῆν ἐν Περγάμῳ βιβλιοθήκην, *cuius curae bibliotheca Pergamena*

gamena commissa erat. Ὀικονομία h. l. est munus Apostolicum. Supra IV, 1. Semlerus ita iungit orationem: εἰ δὲ ἄκων δίκονομίαν πεπίστευμαι, τίς ἔν μοι ἔστιν ὁ μισθός; Si uero inuitus quasi eam prouinciam gero, quae tandem hic esse potest merces mea? Sed nexus sermonis priori interpunctioni et interpretationi fauere uidetur.

18. τίς ἔν μοι ἔστιν ὁ μισθός;) *Quidnam igitur est, cur praemium expectare queam?* sc. a Deo et Christo. Ὁ μισθός per metonymiam h. l. uidetur esse *caussa* mercedis uel praemii. ἴνα — τὸ χάρις) Haec imprimis est *caussa*, cur praemium expectem, *quod Euangelium ita annuncio, ut nullas impensas ab iis postulem, quibus id praedico.* Argute dictum, ut *Wetstenius* notat. *Nullam mercedem accipere, haec mea merces est.* Quoniam enim *uoluntarius*, (ἐκὼν, u. 17.) nullius commodi uel uanae gloriae *caussa*, tantummodo ad Deum et utilitatem hominum respectu habito, Euangelium doceo, eam ob *causam* opera mea Deo est grata et accepta. Is mihi mercedem tribuet, quam ab hominibus expectare nec possum, nec uolo. Τί θέναι hic ponitur pro ποιεῖν, *facere.* Plutarch. discrim. adul. et am. *Vt εὐκλεῆ θήσει τὴν ἀκαδημίαν, inelytam redderet Academiam.* Ἀδάπανον dicitur *gratuitum, quod gratis datur, quod nullis constat sumtibus.* εἰς τὸ μὴ — εὐαγγελίῳ) *Dum nempe non utor iure meo (mercedem postulandi) pro institutione in religione christiana.* Καταχρησασθαι, h. l. iterum est *uti, aut peruti, ut supra VII, 31.* Ἐξουσίαν autem intelligit ius postulandi uictum ab aliis, quo iure ipse non utebatur, ut alii faciebant.

19. ελευθερος γαρ ὢν ἐκ πάντων) i. e. ab omnibus hominibus liber; nemini obnoxius. πᾶσιν ἑμαυτὸν ἐδέξα-  
 λωσα) Sponte me ut omnium feruum gessi, nullum laborem, nulla incommoda ipforum causâ defugiens. Videtur autem et hoc innuere, se hominum moribus ingeniisque inferuire, aliorumque uel molestos mores perferre, serui instar. ἵνα τῆς πλείονας κερδήσω) *Vt eo plures ad bonam frugem reuocem*, ac proinde in salutis uiam reducam; nam hoc est h. l. *lucrifacere*.

20. καὶ ἐγενόμην — Ἰσραήλῃς κερδήσω) i. e. In Iudaeorum gratiam iudaico more uiuo, ut Iudaeis religionem christianam persuadeam. Sciebat nempe Paulus, legem Moisaicam post Christi in coelos ascensum non amplius ualere; quia uero plurimi ex Iudaeis adhuc magni faciebant legem Mosis, et facilius admittere uidebantur doctrinam Christi, si Mosis suus seruaretur honos, ideo Paulus, horum causâ, rediit quasi ad Iudaicam uitae externae indolem; admisit circumcisionem aliaque, ut tandem discerent ultro, non opus porro esse circumfisione. Huc referri potest etiam docendi et oracula V. T. explicandi ratio, quam ingenio Iudaeorum accommodauit Paulus. τοῖς ὑπὸ νόμον (Θελοῦσι εἶναι, ἐγενόμην) ὡς ὑπὸ νόμον) Erga eos Christianos, qui adhuc legis Moisaicae auctoritatem agnoscunt, ita me gero, quasi et ego huic legi essem adstrictus. Post haec uerba multi Codices uetusti, Vulgata et Patres nonnulli addunt: μὴ ὢν ἀντὶς ὑπὸ νόμου, *quum tamen ipse non adstrictus sim legi Moisaicae*.

21. τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος) Erga eos, quibus lex Mosis data non est, ita me gessi, et gero, quasi nec mihi

ea lex esset data. Ἄνομοι hic dicuntur, δι νόμον μὴ ἔχοντες, Rom. II, 12. 14. οἱ μὴ ὑπὸ νόμον ὄντες, *Ethnici*. In Ethnicorum gratiam abstinuit a ritibus iudaicis, usus est cibus lege Mosaica uetitis etc. μὴ ὢν — χριστῷ) *Qui non sum ex lege Deo, sed uiuo secundum legem Christi*. Hanc parenthesis addidit, ne quis uocem ἄνομος male interpretetur; nam alio sensu dicuntur ἄνομοι, qui pro animi iubitu uiuunt. Dicit ergo, se legem habere, nempe Christi, et secundum eam uiuere.

22. τοῖς ἀσθενέσιν) *Imperitioribus*, de quibus Rom. XV, 1. sqq. τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα) *Propter omnes in omnes me mutauī formas*. Sic apud Achillem Tatium L. V. Clitophon dicit: τέτοις ἐντυχὼν πάντα, ἐγὼ νόμην, δὲ μὲ ἀνεφλεγόμην, ὠσχρίων, ἐθάυμαζον, ἠτίσεν, ἔχαιρονες ἠχθόμην, haec quum legerem, omnes induebam formas, amore incendebar, expallesebam etc. Afferit igitur Apostolus, se ἐυτράτηλον fuisse bono sensu.

23. ἵνα συγκοινωνῶς αὐτῷ γένωμαι) *Metonymia*: Vt particeps Euangelii fiam, i. e. praemii eius, quod in Euangelio promittitur. Est igitur τὸ εὐαγγέλιον h. l. praemium, iis expectandum, qui propagandae religioni diligentem operam nauare solent, et quidem praemium coeleste, aeternum. Cf. supra u. 17. f.

24. Suum exemplum iam Paulus' comparatione quadam Corinthiis commendat luculentius, et quidem similitudine a re ipsis maxime nota, desumpta. Se omnes uiros intendere, ait, ut consequatur illud praemium, de quo modo u. 23. et supra u. 17. 18. dixerat, et monet Corinthios, ut hoc suum exemplum imitentur. δι ἐν καρδίᾳ τῶν

χοντες πάντας μὲν τρέχουσιν) Respicit Paulus ad solennia certamina, Graeciae olim valde usitata, in quibus praemio proposito, certabatur cursu, lucta, cestu, gladio etc. Inter hos ludos, de quibus consulendi Antiquitatum Graecarum Scriprores, erant etiam Isthmii, qui Corinthi, innumera spectante hominum multitudine, celebrabantur. Est autem in uerbis nostris traiectio, pro : πάντας μὲν δι' ἐν σταδίῳ τρέχοντες, τρέχουσιν. Et prius illud τρέχοντες est participium pro nomine σταδιοδρόμοι, more Hebraeo. *Omnes Stadiodromi currunt. Alle Wettläufer laufen*, eo nempe consilio, ut palmam ferant. εἰς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον) Etymol. βραβεῖον λέγεται ὁ παρὰ τῶν βραβευτῶν δίδόμενος σέφανος τῷ νικῶντι. Hefychius : βραβεῖον, ἔπαθλον, νικητήριον, ἀμοιβή. *Palma. ἔτω τρέχετε, ἵνα καταλάβητε*) Sc. τὸ βραβεῖον. Ita currite, ut primi sitis in curia, et sic praemium possitis assequi. Ne uobis sit factis, utcumque uestro fungi officio, ac poenam effugere : ad summa pro uiribus enitendum est, atque ita currendum in stadio christianarum uirtutum, ut laudem apud agonothetam Deum assequamini.

25. πᾶς — ἐγγρατεύεται) *Omnis autem athleta ab omnibus abstinet*, quibus sc. uires corporis debilitari possint. πάντα, pro κατὰ πάντα. *Epiβetus* 35. θέλεις ἐλύμπια νικῆσαι; — Δεῖ σ' εὐτακτεῖν, ἀναγκοτροφεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην ἐν ὄρᾳ τεταγμένη, ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἶνον, ὡς ἔτυχεν ἀπλῶς, ὡς ἰατρῶ, παραδεδοκίνας σαυτὸν τῷ ἐπιστάτῃ, εἶτα εἰς τὸν ἀγῶνα παρέχεσθαι. Aelian. V. H. XI, 3. Horat. de Arte poët. u. 142. *Qui studet optatam cursu contingere metam, Multa tulit fecitque puer, sudauit et alfit, Abstiniuit Venere et uino.*

Sic



Sic multo magis nobis, laudis apud Deum assequendae gratia multa toleranda, licet dura, modo conducant ad hoc praemium; a multis temperandum, licet alias licitis, si palmam remorentur.

ἐκεῖνοι — λάβωσιν) Ἐκεῖνοι μὲν, sc. τρέχουσιν, καὶ ἐγγρατεύονται, illi quidem currunt, atque ut currendo optatam contingere metam possint, a multis licitis abstinent, ut consequantur coronam mox perituram, nempe ex oleastro, aut picea, aut lauro. Fruebantur uero etiam aliis honoribus et emolumentis, ut patet ex Vitruvii Praef. ad Lib. IX. de architectura.

ἡμεῖς δὲ, ἀφθαρτον) i. e. ἡμεῖς δὲ τρέχομεν καὶ ἐγγρατεύομεν, ἵνα λάβωμεν ἀφθαρτον σίφαινον. Non perituram gloriam, non praemia per breue tempus percipienda assequi studemus, sed aeternae duraturae coronam. Vitam aeternam atque coelestem uocat metaphoricè coronam ἀφθαρτον. I Pet. V, 4.

26. ἐγὼ — ἀδήλωσ) Ego igitur non ita curvo, quasi incerta sit uictoria. Ἀδήλωσ, obscure, incerte. Ex Stadiodromis nonnisi unus reportare poterat uictoriam; ergo semper dubia erat spes. Sed aeternam illam gloriam et felicitatem omnes possunt consequi, et certissime sperare, qui recte uirtuti student.

ἔγω πυκτεύω, ὡς ἐκ ἀέρα δέρον) Sic pugilem quasi ago, non uerberantem ictibus auras. Aliis uerbis repetit, quod modo dixerat. Certa est mihi uictoria, certum praemium.

Solebant interdum pugiles, quum aduersarium primis ictibus uincere possent, artis ostentandae gratia, in inane brachia iactare, et aduersario parcere, ut illum sine uulneribus, sine ὑπωπίσ, ipsius certaminis longitudine, et aestus molestiis fatigarent, et uictas dare manus cogerent. Fabri Agonisticon L. I, c. 14.

*Vibrabant* etiam aërem pugiles, dum in ipso certamine cum aduersario agiliori et exercitatori conflagabant, qui ictus eorum apta corporis contractione, incuruatione, declinatione euitabat. Virg. Aen. V, 443. Ostendit dextram insurgens Entellus, et alte Extoluit: ille ictum uenientem a uertice uelox praeuidit, ceterique elapsus corpore cessit. *Entellus uires in uentum effudit.* Dicit igitur Paulus, se pugilatu certare, conatibus non temerariis aut incertis, neque cum hoste, qui ictus hos declinare et effugere possit, sed pugnare se cum semet ipso, ita ut non minori cum effectu quam nisu corpus suum *ἢ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον* obtundat atque subigat.

27. ἀλλ' ὑποτιάζω — δειλαγωγῶ) *Sed duriter habeo corpus meum, et seruituti quasi illud ipse subiicio.* Opponuntur sibi ἀόρα δέρειν, aberrare, et ὑποτιάζειν, certos ictus insligere. Persequitur postremam similitudinem a pyctā desumptam; nam pyctarum est, aduersarium ὑποτιάζειν. Cic. Tusc. II. *Pugiles caestibus contusi, i. e. ὑποτιαζόμενοι.* Cum aduersario comparat ipsum corpus suum, quod multis afficiebat incommodis, supra IV, 11. Dicit, se minime adsuefieri molli et iucundo uitae generi, sed quasi seruilem conditionem corpori imponere; serui enim mediocri uictu et exili commoditate uiuendi utebantur, quibus a labore uix licebat respirare. Sic Paulus adsuefaciebat corpus, ut, quotiescunque postularet Euangelii negotium, facile temperaret a licitis, neque grauate ferret, si quid esset molestum. μήπως — γένομαι) Et haec desumpta sunt a certaminibus Graecorum, in quibus uoce praekonis et nomina eorum qui uicerant, et praemia eorum declarata

declarata sunt. Sensus igitur est: *Ne praeconem agens, ipse sim praemio indignus*, i. e. ne ego, qui alios docui uiam salutis, ipse ea salute indignus fiam.

## CAP. X.

I. **Ο**υ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἀγνοεῖν) *Nolo igitur uos immemores esse.* Ἀγνοεῖν hic ualet immemorem esse. Nam legerant isti Corinthii libros V. T. sed non omnia memoria retinebant. Ἐὰρ, pro quo alii habent δὲ, omnino uera est lectio. Redit Apostolus ad rem, quam c. VIII. tractare coeperat, et dehortatur Corinthios a leuitate animi, qua multi eorum epulis sacris Ethnicorum interesse solebant. Proponit iis triste Israelitarum exemplum quibus incauta familiaritas cum idolorum cultoribus magnae pernicietis fuit. ὅτι οἱ πατέρες — νεφέλῃν ἦσαν) *Omnes maiores nostros sub nube fuisse*, i. e. nubis quasi ductu iter fecisse, quum educerentur ex Aegypto, Exod. XIII, 21. sq. Ἔπεδ τῆν νεφέλῃν, pro ὑπερ τῆν νεφέλῃν, et ὑπερ τινι Graecis est *alicuius ductu, auspiciis, comitatu.* καὶ πάντες — διήλθον. Exod. XIV.

2. καὶ πάντες — θαλάσσην) His miraculis, a Mose uel diuina sibi concessa patris, quod nubes ipso committatur in itinere, et ipsi incolumes per mare transissent, baptizati sunt quasi et obligati ad obsequium, Mosis praestandum. Considerat itaque Paulus columnam nubis, quae comitabatur Israelitas, et transitum eorum per mare, tanquam Symbola baptismi. Bene illustrauit totum hoc caput b. *Strothius* in *Repertorio für biblische und morgenländische Literatur* Tom. XIV. p. 211. sqq.

3. τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν) Vnum eundemque uirtute diuina suppeditatum cibum, per miraculum quasi e nubibus pluentem, nempe *Manna*, Exod. XVI, 14. f. Πνευματικὸν ex hebr. significatione τῷ πνεύματος, ΠΠ est in suo genere *perfectum, eximium, extraordinarium* e. g. Rom. VII, 14. I Cor. III, 1. Praecipue uero huc pertinet Gal. IV, 29. ubi ὁ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς, uī naturali progenitus, et ὁ κατὰ πνεῦμα uī diuina progenitus sibi opponuntur. *Iosephus* Antiq. III, 1. θεῖον βρῶμα καὶ παράδοξον. Alludere Paulum ad sacram coenam Christianorum, uix dubitandum esse uidetur. Sicuti, inquit, uos Christiani in s. coena corpore et sanguine Christi fruimini: ita etiam illi Israelitae βρῶμα κ. πόμα πνευματικὸν ἔφαγον καὶ ἔπιον.

4. πόμα πνευματικὸν) Potum, qui datus est per miraculum ex petra percussa, ut modo u. 3. ἔπιον — ὁ χριστός) *Hunc potum uero acceperunt a petra summa eos comitante, nempe Messia.* Sic intelligo cum nonnullis haec uerba. Messias nempe, sicut alibi saepe Deus, comparatur cum petra, ad quam securitatis causa confugitur. Cf. Deut. XXXII, 4. 15. 18. 31. Ἄκουε θεῖν h. l. est *comitari.* Ἐκ uero denotat causam efficientem, ut Matth. XXI, 25. Io. I, 13. Rom. V, 16. etc. Aliis πότρα e qua Israelitae biberunt, est ea petra, e qua profluxerunt aquae. „Indaeis, (uerbis utor Wetstenii,) qui aquas Nili biberant, et in Agypto fontium scaturigines nullas uiderant, non potuit non ualde mirum uideri, quum aquas ex petra profluentes aspicerent; quod tamen etiam φυσικῶς fieri experientia testatur, et *Aristoteles* obseruat. Meteor. I, 2., Adde,

in populari sermone facile dici potuisse, petram illam comitatam esse Israelitas, quia saepius hoc beneficium illis contigit, ut in uariis locis petra illis praeberet potum. Quum igitur petra dicitur Israelitas esse secuta, sensus est: eos ubique reperisse aquam, qua sitim restinguerent. Causam uero huius miraculi efficientem fuisse Christum. Sed Rabbini, ad quorum fabulas Paulum respexisse uerosimile est, mira excogitarunt de hac petra, e. g. R. Salomo in Psalm. LXXXVIII, 16. *et principes faciebant bacuis suis sulcos, et aquae trahebantur post illos per tota castra ad singulas tribus.* In uerbis: ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ χριστός, est correctio. Non illa petra, ex qua biberunt Israelitae, comitata est eos, ut Iudaei fabulantur, sed Christus intelligendus est nomine eius petrae, quae illos est comitata. Duplici igitur sensu hic sumitur uox πέτρα, nempe proprio, quatenus Israelitae ex ea biberunt, in proprio uero sensu, quatenus πέτρα quaedam comitata est Israelitas, *Chryso- stomus*: ἡ γὰρ ἡ τῆς πέτρας φύσις τὸ ὕδωρ ἠφίει, ἀλλ' ἑτέρα τις πέτρα πνευματικὴ τὸ πᾶν ἐργάζετο, τυτέσιν, ὁ χριστός ὁ παρῶν αὐτοῖς πανταχῶς, καὶ πάντα θαυματουργῶν. διὰ γὰρ τῆτο εἶπεν, ἀκολεθύσης.

5. ἀλλ' ἕκ — ὁ θεός) *Sed plerosque illorum non approbavit Deus; affecit potius poenis.* Ἐυδόκησεν, ΠΣΓ. Idem eueniet multis Christianis, qui acceptis magnis beneficiis non bene utuntur.

6. ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν) *Haec autem exemplo nobis facta sunt.* Τύπος h. l. denotat *exemplum, exemplar*, ut I Theff. I, 7. I Tim. IV, 12. Tit. II, 7. Ταῦτα referendum est ad poenas, quibus Deus affecit

affecit ueteres illos Israelitas. Quod Deus illos tam feure puniuit, id factum est, ut nos exemplis istis sapiamus. εἰς τὸ μὴ — ἐπεθύμησαν) Illi nempe appetebant carnes Aegyptiacas; uos autem caueatis uelim, ne concupiscatis epulas sacras gentilium.

7. μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε) i. e. Nolite ullo modo participes fieri idololatriae. Nam tangit eos, qui idolothytis uescebantur, quod aut idoli cultus erat, aut gradus ad cultum idoli. ἐκάρθισεν — παλῆεν) Exod. XXXII, 6. *Sedit populus*, nempe sicut uos accumbitis in conuiujs sacris gentilium. Παλῆεν nonnulli de *re ueneraea* interpretantur. Sed dubium esse non uidetur, quin de *saltatione* intelligi debeat, quum Exod. XXXII, 18. sqq. expressis uerbis saltationis circa aram uituli aurei fiat mentio. Virgil. Ecl. VI, 27. *Tum uero in numerum Faunosque ferasque uideres Ludere.* Horat. 3. od. XV, 11. *Illam cogit amor Nothi Lasclinae similem ludere capreae.* In sacris uero solemnibus gentilium consuetas fuisse saltationes circa aras, notum est; cuius moris etiam meminit *Callimachus* in Dian. extremis uerbis: περι βωμῶν κυκλώσασθαι.

8. μηδὲ — ἐπόρευσαν) De Israelitis uide Num. XXV, 1. qui per filias Moabitarum etiam ad sacrificia peregrina pertracti fuerunt. In simili periculo fuerunt Christiani Corinthi, ubi scortatio sequebatur plerumque conuiuia sacra et saltationes, et grata Diis habebatur. καὶ ἕπεσον — χιλιάδες) Πίπτειν, *fatali morte perire.* Textus hebraicus habet *uiginti quatuor* hominum millia, quem numerum tuentur etiam LXX. Interpretes, Iosephus et Philo Iudaeus. Commodissima ratio Paalum cum his conciliandi haec est, si dicamus, uiginti

uiginti tria millia hominum ui diuina, mille hominum autem gladio Zelotarum, Phinees et sodalium eius interiisse.

9. μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν χριστὸν) Pro τὸν χριστὸν alii legunt θεὸν, alii κύριον. Πειράζειν, i. e. πείραν λαμβάνειν τινος, *explorare aliquem, uires eius tentare, an hoc uel illud facere possit.* Christum seu Deum tentare dicuntur qui spretis beneficiis praesentibus, alia et maiora expetunt; nam experiri quasi uolunt, an Deus maiora facere possit. Sic Israelitae olim spretis Manna, (Num. XI, 4. sq.) alia miracula optabant; Corinthii autem, non contenti suis donis miraculosis a Deo acceptis, maiora desiderabant. *Theodoretus*: ἕκαστον τῶν ἐιρημένων ὡς συμβαῖνον τοῖς Κορινθίων πλημμελήμασι τέθεικε. — ἐγγύζον δι τῶν ἐλαττόνων χαρισμάτων τετυχηκότες, εἰσεὶδὴ μὴ πάντων ἦσαν ἤξιοι etc. Sed eo etiam sensu Corinthii *prouocarunt Christum*, quod uitii, quae notauerat Apostolus, fouendis, uelut experiri uoluerunt, an causam Pauli adiuuare Christus uelit et possit, similes Israelitis, qui fastidio cibi, diuina uirtute suppeditati, aliorumque miraculorum, quibus adhuc iuabantur, profano contemptu Deum *prouocarunt* ad auctoritatem Moysi, legati sui, miraculo tuendam, (Num. XXI, 5.) quod uero nunc, quum tot et tanta miracula per Mosen edita fuissent, non beneficium fuerat, ut in superiore *πειρασμῷ*, (Exod. XVII, 6. coll. 7.) sed terribile, Num. XXI, 6.

10. μηδὲ γογγύετε) Γογγύζειν, *obmurmurare, obloqui* ingrati animi et indignationis est indicium. Hoc faciebant Israelitae, Num. XIV, 2. 3. 4. XVI, 1. 100. Corinthi etiam erant factiones *obmurmurantium* Paulo uel aliis doctoribus. καὶ ἀπόλωτο ὑπὸ τῷ ὀλοθρευτῷ) Ὁλοθρευτῆς, qui Hebr. XI, 28.

ἡ δολοφροσύνη, pro hebr. **תִּיָּשָׁם** Exod. XII, 23. denotare uidetur *pestem*, sub persona angeli, mortem subitam populo inferentis, repraesentatam. Nam *fulgura*, *pestem*, et similia fatalia hominibus, tribuebant Iudaei angelo, fati ministro.

11. τύποι) Tanquam poenarum exempla, ut u. 6. Alii legunt τυτικῶς, eodem sensu. εἰς ἕς — κατήντησεν) *Qui tot seculis post uiuimus*. Τὰ τέλη τῶν αἰώνων, *ultima tempora*, siue tempus illud, post quod nulla noua lex, aut noua religionis forma a Deo reuelanda, erat expectanda, Gal. IV, 4. Eph. I, 10. Cel. Semler cui b. Strothius accedit, ex Iudaico more computandi annos durationis mundi, hanc phrasin explicandum esse putat. Credebant nempe Iudaei, 6000 annos duraturum esse mundum. Hellenistis αἰὼν erat spatium mille annorum. Pauli autem aetate fere 5600. a mundo condito anni numerabantur.

12. ὡς ἡ δοκῶν ἰσάναι) i. e. Qui putat, se firmum esse in religionis confessione, ut nihil periculi sibi metuendum sit a tentationibus. Ἰσάναι h. l. est firmum perstare in religione, quemadmodum statim πίπτειν, *labi*, deficere a Christo.

13. πειρασμὸς — ἀνθρώπινος) *Nonnisi leuem tentationem experti estis*. Ἀνθρώπινος, *leuis*, quae uinci facile potest, quia uires humanas non superat, siue etiam *uulgaris*, frequens inter homines, 2 Sam. VII, 14. Ies. VIII, 1. Chrysostomus: ἀνθρώπινος, τριτίσι, μικρὸς, βραχὺς σύμμετρος. Πειρασμὸς h. l. plerisque interpretibus est *calamitas*, *afflictio*. Equidem accedo b. Strothii sententiae existimantis, πειρασμὸν hic esse sollicitationem ad peccatum.

Sic



Sic Iac. I, 13. *πειράζεσθαι* est *in peccatum impelli*, inprimis ad defectionem a religione christiana. Respicit Paulus ad id, quod Christiani ab Ethnicis ad conuiuia sacra inuitabantur, quae tentatio erat leuis, quia tantum ad edendum, bibendum etc. inuitabantur, et nihilominus iam concefferant, et uictos se dederant. Sed instabant grauiora, e. g. tentatio in honorem Deorum thurificandi, iurandi etc. *τις δὲ δὲ θείας*) Dixerat, maiora mala posse euenire, ut eo magis cautos redderet. Nunc, ne nimium consternarentur, solatium addit, significans, Deum, modo ipsi negligentes non sint, daturum uires pares tentationi. *Πίστες, fidelis in praestanda ope. ὑπὲρ ὃ δύνασθε*) Sc. *ὑπενεγκεῖν*, quod addunt nonnulli Codd. et Augustinus aliquoties. *ἀλλὰ — τὴν ἔκβασιν*) *Sed largietur cum tentatione uincendi facultatem*, i. e. si permittat tentationem, dabit etiam uires ut uincere possitis. *Ἐκβάσις, euasio*; euadit autem, qui tentationem uincit.

14. *διόπερ — εἰδωλολατρίας*) i. e. Fugite occasionem omnem, quae uos in idololatriae societatem trahere possit. Bene hoc cohaeret cum paullo ante dictis. Si uosmet ipsos assuefaciatis epulis in idolio, facile, ubi grauior persecutio incubuerit, ad plenissimam idololatriam deoluemini.

15. *ὡς φρονήμοις λέγω*) Attentionem Corinthiorum excitat, quum ipsis ingenium tribuit. *κρίνατε ὑμεῖς, ὃ φημι*) Quasi dicat: Adeo aequa adferam, ut non alios quam uosmet ipsos sumam iudices.

16. *τὸ ποτήριον — τῷ αἵματι τοῦ χριστοῦ ἕως*) Sensus est: *Nonne bibitione eius uini consecrati, quod haurimus e poculo, participes reddimur sanguinis Christi?* i. e. profitemur  
ad

ad alios, nos religione esse Christianos, uel: declaramus, nos esse cultores Christi, qui pro nobis mortuus est? Ποτήριον, pro eo, quod in calice est, nempe uino, et per nouam metonymiam pro bibitione uini; nam sine usu non posse locum habere, quod statim dicitur, per se patet. Est autem τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, כַּכֵּר כּוֹס, pro τὸ ποτήριον εὐλογητὸν uel εὐλογημένον, poculum pro quo gratias egimus Deo, uel quod gratiarum actione consecratum est usui sacro. De significatione uerbi εὐλογεῖν uid. dicta ad Matth. XXVI, 26. Κοινωνία per meton. h. l. est id, per quod fit ipsa communio, ut fit sensus: omnes bibentes ex hoc sacro poculo sunt κοινωνοὶ τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ. Sanguis Christi uero pro toto sacrificio Christi in cruce peracto. Ostendere uult Apostolus, ut ex sequentibus et praecedentibus patet, Christianos, qui epulis sacris Gentilium interesse solerent, ab aliis Ethnicis considerari tanquam homines idololatricae religioni fauentes, atque ab ea non ualde abhorrentes, quemadmodum qui Christianorum sacris epulis intersunt, censentur profiteri mortem Christi expiatoriam, adeoque se pertinere ad Christianorum religiosam societatem, publice declaramus. Vid. Stroth. ad h. l. qui bene monet, contextum esse attendendum. Ita etiam ueteres interpretes intellexerunt locum hanc, e. g. Theodoretus: τῶν ἱερῶν ἀπολάουστος μυστηρίων, ἐκ αὐτῶν κοινωνῶμεν τῷ Θεοπότῃ, ἢ καὶ τὸ σῶμα εἶναι καὶ τὸ αἷμα φαμέν: τὸν ἄρτον ὅν κλώμεν) Pro ὁ ἄρτος ὅν κλώμεν. Sic: Urbem quam statuo, uestra est, pro urbs. Esus panis consecrati iterum hic intelligitur. ἐχὶ — χριστοῦ ἔσθι;) Nonne (esū panis sacri) declaramus nos esse membra corporis Christi, i. e. societatis Christianae? τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ, h. l. esse

esse societatem christianam, ut infra c. XII, 27. et alias saepe, ex u. 17. patet.

17. ὅτι εἷς — ἴσμεν) Nam unus quasi panis, unum corpus sumus: licet simus multi, i. e. unam constituimus societatem arctissime coniunctam, sicut ex multis granis et farinae particulis factus est unus panis, et plura membra inter se coniuncta constituunt corpus. Hoc addit Apostolus, ne quis ob ambiguitatem uocabuli σῶμα putet, τὸ σῶμα τῷ χριστῷ u. 16. esse ipsum Christum, uel corpus Christi pro nobis in ara crucis immolatum. Explicationis igitur causa addidit, omnes Christianos efficere unum quasi panem, unum corpus. οἱ γὰρ — μετέχομεν) Ἐκ τῆς εἰδός, i. e. ὅκ τῆ αὐτῆ ἀρτῆ. Sensus est: Dum omnes participamus eundem panem, eo ipso declaramus, nos huius societatis christianae membra esse.

18. βλέπετε — σάρκα) Alio exemplo utitur, ut ostendat, Christianos, qui Gentilium sacris epulis interessent, in societatem uenire cultus idololatriæ. Considerate, inquit, Israelitas, Iudaeos. Addit κατὰ σάρκα, ut distingueret Iudaeos nondum ad Christum conuersos a Christianis, ex Iudaeis, seu Israelitis κατὰ πνεῦμα. ἔχθ — θυσιασθησὶν εἰς) Nonne, qui de uictimarum carnibus edunt, etiam in altari obtulisse censentur? Τὰς θυσίας, ἁμύτω, carnes uictimarum, quibus uescebantur cum amicis, qui eas obtulerant. Sunt participes altaris, adeoque Dei, cui in altari offertur, uel cultus qui in altari exhibetur; fatentur publice, se eum Deum colere, cuius et altare. Conclusio ex duobus exemplis, u. 16. sqq. allatis, tam facilis erat, ut uerbis eam exprimere non fuerit opus. Est autem haec;

Sicuti qui sacrae Christianorum coenae interfunt, eo ipso declarant, se esse Christianos; sicuti porro, qui sacris epulis Israelitarum uestuntur, eo ipso ostendunt, se esse Iudaeos: ita etiam ii, qui ad conuiuia sacra gentilium inuitati accedunt, eo ipso declarant, se esse idolorum cultores.

19. τί ἐν — τί ἐστίν;) *Quid igitur dicere (ex haecenus dictis concludere) uolo? Hoc fortassis, quod idolum aliquid sit (et efficere possit?) uel quod idolothytum aliquid sit (et ab aliis carnibus differat?)* Haec non est mea sententia, Paulus inquit. Concedo idolum nihil esse, et carnes Diis immolatas nihil differre ab aliis carnibus. Sed licitum esse Christianis interesse epulis sacrificialibus gentilium, id non concedo. Refutat eorum sententiam, qui putabant, licere Christianis uesci idolothytis eam ob causam, quod idola et idolis immolata nihil sint, uel efficere possint, supra c. VIII, 4. Respondet, his etiam concessis, non sequi, quod illi inde inferre uoluerunt. Verba: ὅτι — τί ἐστίν Semlerus e textu in marginem reicienda esse putat; esse enim glossas, in uariis regionibus uarie adscriptas. Alii uero retinenda esse uerba, recte censent.

20. ἀλλ' ὅτι — δαίμονις θύει) Plena oratio esset: ἐχθ, ἀλλὰ τὸτο φημι ὅτι κ. τ. λ. *Minime hoc inde consequitur; sed hoc tantum uolo dicere: Quod gentiles sacrificant, id sacrificant Daemoniis, non autem Deo.* Sensus est: Quamquam gentilium Dii nihil sunt, ipsi tamen gentiles eos pro uere existentibus habent, et pro certo sumunt, nos etiam in hac esse sententia. Quodsi ita esset, statuere deberemus, Daemonia mala esse, quibus gentiles sacrificare solent tanquam Diis. καὶ ἐ θύει) Non autem uero Deo, quem  
nos

nos Christiani colimus. εὐθέλω — γίνεσθαι) Nolim autem, uos uel in speciem confortes fieri malorum daemonum, cultusque qui illis praestatur.

21. κ' δύνασθε) Non conuenit, non decet. Ipsi facile cognoscetis, hoc non licere. ποτήριον δαιμονίων) i. e. Vinum daemoniis libatum, quod praecipue in conuiujs sacris bibere solebant Gentiles. Aen. VIII, 273. *Quare agite, o iuuenes, tantarum in munere laudum, Cingite fronde comas, et pocula porgite dextris, Communemque uocate Deum, et date uina uolentes.* τραπέζης κυρίας — τραπέζης δαιμονίων) Mensae Domino sacrae — daemoniis sacrae.

22. ἢ παραζηλώμεν τὸν κύριον;) Deum ad indignationem prouocare eminenter dici solet de iis, qui idolis honorem exhibent, ut Deut. XXXII, 21. μὴ ἰσχυρότεροι αὐτῷ εἴσμεν;) Vt nempe poenas euadere possimus, quas iratus Deus nobis uelit infligere.

23. πάντα — συμφέρει) Omnia licent, (omnibus cibis per se spectatis uesci licet;) sed non omnia profunt, iis nempe, qui in his rebus libertate sua abutuntur; nocent potius sibi ipsis, qui e. c. epulis sacrificialibus gentilium interfunt. His uerbis, (ut recte monet STORRIUS p. 33.) concludere uidetur Paulus explanationem noxae, ad licentiosos pertinentis, de qua dictum erat u. 6 — 22. Nimirum noxae sibi fuerunt licentiosi Corinthii, dum diuinas poenas per amoris neglectiorem et idololatriae crimen in se concitabant, (u. 22. 6. 11.) atque per nimiam cum idololatriae familiaritatem pristinis moribus, tum animi uitiiis uniuersae, tum maxime solempni in delubris lasciuia denuo, et tanto quidem facilius implicabantur; quanto magis adueti fuerant

huic scelerum generi, quod Corinthi praefertim regnasse constat. A uerbis πάντα ἔξουσιν, ἀλλ' εἰ πάντα δικοδομεῖ ποῦα tractatio incipit, qua (u. 24 — 33.) ea quoque noxa commemoratur, quae ad alios redundet. Quanquam igitur utraque uox συμφέρον et δικοδομεῖν in utramque partem dicitur, per *contextum* tamen altera pars commatis de sua *cuiusque*, altera, ne idem bis dicatur, de *aliorum* utilitate accipi potest, ut συμφέρον ad *agentem*, δικοδομεῖ ad alios trahatur.

24. μηδὲς — ἐτέρῳ) Plena oratio esset: μηδὲς τὸ ἑαυτῆ συμφέρον (ex u. 23.) μόνον ζητεῖτω, ἀλλὰ καὶ τὸ συμφέρον τῷ ἐτέρῳ, *nemo suis tantum, sed et aliorum hominum commodis studeat. Ζητεῖτω τὸ ἑαυτῆ, suis commodis seruire.* Licet nobis omnino uti nostro iure; sed si id cum fratris periculo futurum fit, magis perpendere debemus, quid illi expediat, quam quid nobis liceat.

25. πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλέμενον ἐσθίετε) i. e. *Licet uobis edere quicquid uendi solet in macello.* Μάκελλον uox est graeca ex latina, ut φλαγελλῶν, κερσῶδια et similia. Plutarchus quaest. Rom. explicat per κρεωπώλιον, *locum ubi carnes uendantur.* Aedificia erant, in hunc finem extracta, uel spatia quaedam in foro, s. fora carnaria. μηδὲν — συνείδησιν) *Nihil inquirentes, ne conscientia (uestra) perturbetur.* Fieri poterat, ut macellarius, antequam ad macellum carnes ferret, aliquid de iis in aram dedisset, uel ut sacerdotes partes, quae ipsis cedebant, uenderent. De eo non uult sollicite inquire; licet nescire talia, et nescisse se dicere, sine scrupulo. Strotbuius et Schulzius τὴν συνείδησιν intelligunt ideam siue imaginem, quam quis sibi de aliqua re formauit.

26. τὸ γὰρ — πλήρωμα αὐτῆς) Ex Pf. XXIV, 1 Πλήρωμα, **ΝΙΒΩ** est omne id, quod super terram uersatur, animalia, herbae etc. Non potest autem impurum esse, quod a Deo conditum est in usus hominum.

27. εἰ δὲ τις καλεῖ ὑμᾶς τῶν ἑτίμων) sc. ad conuiuium; nam καλεῖν est ad conuiuium uocare. Non loquitur de conuiuio sacris in idoleis, nec concedit, porro a Christianis frequentari posse idoleia.

28. εἰν δὲ — εἰδωλόθυτόν ἴσι) De conuiuatore loquitur, qui putaret Diis consecrata fas non esse Christiano comedere. καὶ τὴν συνείδησιν) *Ne offendatis conscientiam*, sc. alterius, ut statim explicatur. Ven. *Schulzius* uerba δι' ἐκεῖνον — συνείδησιν per Hendiadyon posita esse, putat pro: διὰ τὴν συνείδησιν τῆ μηνύσαντος, propter opinionem (ideam) eius, qui hoc uobis indicauit; quia nempe alter putat, esse Deos, et agnosci pro Diis a uescitibus. Sic etiam comm. 29. uocem συνείδησις explicandam esse putat *Schulzius* et *Strothius*. Verba: τὸ γὰρ κυρίως ἢ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς absunt a melioribus codicibus, *Versionibus* nonnullis et *Latinorum* multis citatis.

29. συνείδησιν — ἐτέρως) Consulendum est nempe conscientiae alterius, et cedendum ad tempus errori, quem non possis tollere. Tibi autem, qui meliorem cognitionem habes, licet uesci omnibus carnibus, si nemo offendatur. *ἵνα τί — συνειδήσεως*) *Qui enim condemnari (et eripi mihi) possit libertas mea, a conscientia aliena?* Omnino licet mihi uti libertate mea, si solus sim, uel alios non offendam, quamuis alii aliter sentiant. Ἄλλος est quiuis alius,

quicum negotium nobis non est; ἕτερος ἰς, quicum negotium est.

30. χάριτι) i. e. ἐν εὐχαριστίᾳ, cum gratiarum actione. Alii uertunt: per Dei beneficium; Deo dante et id concedente.

31. εἴτε ἔν — εἰς δόξαν Θεοῦ) Ne ullo uestro facto Dei honor laedatur; ut potius omnes intelligant, uos duci Dei sensu et numine, nihilque agere tantum uoluptatis uestrae causa. *Aboth* II, 12. R. Iose inquit, omnia opera tua fiant in nomen Dei. *Schol. Bartenorae*: etiam si edas et bibas, non cogitabis de deliciis corporis, sed haec omnia facies ad acquirendas uires, quibus uoluntatem Dei omnimode implere possis.

32. ἀπρόσκοποι — τῷ Θεῷ) Ἀπρόσκοποι hic actiue sumitur, pro eo, qui neminem offendit, i. e. deteriorem facit. Cauete, ne *Iudaei* dicere possint, uos haud sincero studio Deum uerum colere; ne *Graeci* dicant, uos nihil in idololatria mali esse censere; ne *Christiani* adhuc teneri, impendentibus malis aliquibus ad defectionem impellantur.

33. πάντα πᾶσιν ἀρέσκω) Πάντα, pro κατὰ πάντα, in omnibus rebus. Ἀρέσκω, uulgo explicant: placere studeo, in iis nempe rebus, de quibus haecenus fuerat sermo, uescens, non uescens; accipiens, non accipiens, ut multis persuadeam christianam religionem, nulla impedimenta ipse inferam. *Schulzius* ἀρέσκωιν uertit: seruire, aliorum inferuire commodis. Sic LXX. Pf. XXXV, 14. et CXVI, 9.



## CAP. XI.

1. **M**ιμηταί μου γίνεσθε) Hunc uersum perperam Latini a superiori capite absecuerunt, cum quo potius cohaeret, ita tamen, ut singulari quodam Pauli artificio sit simul et superioris disputationis conclusio, et transitio ad ea quae sequuntur. καθώς καὶ ἡμεῖς) Ne suum exemplum laudare uideatur, ad Christum refert, cuius modum et docendi et uiuendi imitabatur 1.

2. Ἐκαίνω — μέμνησθε) *Laudo uos, fratres, quod in omnibus mei memores estis.* Πάντα, pro κατὰ πάντα, in omnibus rebus, ad religionem et instituta in ecclesia pertinentibus. Ipsae Corinthiorum litterae quaestionem de cultu feminarum cum altera de Idolothytis coniunxisse uidentur; quare Paulus hanc tractationem superiori annectit. Iidem nempe, qui templa idolorum denuo frequentare solebant, ex fano in ecclesiam translatum uoluerunt morem, ut mulieribus liceret in concione sacra orare remoto uelamine, u. 5. Quum autem ipsius etiam antiiudaicae partis complures (Paulini et Apollonii) christiani a iudaico ritu, quem ab ipso Paulo et Apollo, quum inter Corinthios uersarentur, teneri uidissent, recedere dubitarent, quaestionem hanc in epistola partis antiiudaicae communi nomine exarata, ad Paulum retulerunt. Is igitur laudat Corinthios, quod inconsideratae certorum sociorum cupiditati non statim obsecuti fuerint, sed *memores Apostoli*, moribus ab ipso ut alibi, ita etiam Corinthi seruatis, uim facere noluerint, uerum ex ipso prius *percontari* maluerint, num in ueteri instituto nouare aliquid liceat. Ceterum totum hunc locum egregie illustrauit *Storrius*, l. c. p. 35. sqq.

καὶ καθώς — κατέχευε)

τέχετε) *Et praecepta quae ego uobis tradidi, retinetis.* Παράδοσις nomine uocatur omne id quod docetur, (cf. Matth. XV, 2.) hic autem significatur *praeceptio* de ritibus et moribus publicis, ad ordinem et decorum in ecclesiis seruandum institutis. Multa erant in hoc genere per se non ita magni ad pietatem momenti, sed in quibus utile erat aliquid in commune constitui, ne discrepans usus dedecoraret ecclesiam, uel disputationes, et ex disputationibus schismata fereret.

3. Vt efficiat Paulus, uxoribus christianis in concione sacra uelandum esse caput, (u. 5.) praemittit rationes decidendi, si ita loqui fas est. Et primo quidem ponit, uxorem in mariti potestate esse, maritum autem in rebus ad religionem et cultum diuinum pertinentibus, nemini nisi Christo subiectum esse. ὅτι παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστι) Κεφαλὴ improprie est *dominus*, aut qui maiori utitur auctoritate. Dicit igitur Apostolus, in rebus ad religionem pertinentibus uiros nullum alium super se dominum agnoscere, nisi solum Christum. Sunt autem istae rationes, quas Paulus hic affert, *ad hominem*, quae alio tempore, aliis locis, apud alios homines porro non ualent. κεφαλὴ δὲ γυναικὸς, ὁ ἀνὴρ) i. e. Mulieres uero praeter Christum etiam suos maritos pro dominis agnoscere debent. κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ ὁ Θεός) Quum hic dicitur, Deum, *patrem*, Christi esse caput, hoc referendum est ad regnum Christi, uel nouam eam Christianorum societatem, quam Christus Dei patris auctoritate instituit, quare et alibi ecclesiae caput dicitur Christus, Eph. I, 22. Non igitur hoc loco disputandum de essentiali Christi diuinitate, de qua Paulo non est sermo, sed

sed de *Christo* loquitur, quod nomen praecipue hominem, Dei illum legatum indicat; nam quod uulgo dici solet, *Christum* esse nomen utriusque naturae, non simpliciter est uerum, nec usui plerorumque antiquorum conueniens.

4. πᾶς ἀνὴρ — τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ) Προφητεύειν h. l. ut hebr. נבנתה est *diuinās laudes canere, sacris hymnis celebrare Deum*, ut Exod. XV, 20. Num. XI, 25. 29. I Reg. XVIII, 29. Κατὰ κεφαλῆς ἔχων, sc. κάλυμμα, *uelamen*, puta pileum uel galerum. Καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, nempe *Christum*, qui solus est caput uiri, uel etiam *seipsum*. *Dedecorat uir caput suum*, orans aut diuinās laudes canens, *operto capite*, quia more Graeco *caput tegere* erat seruorum, et signum subiectionis. Non decet ergo uirum, quum soli *Christo* subit, publice quasi se seruum aliorum profiteri. Alii ita intelligunt: *Dedecorat caput suum* — quia ratione uestitus imitatur sexum sequiorem. Haec omnia, ut et proxime sequentia ex moribus illorum temporum. Ceterum (ut Storrius monet p. 38.) hoc comma non in eam partem accipiendum uidetur, ut certorum opinionioni contradicatur, *qui uiros operto capite orare uoluerint*, sed in hanc potius sententiam, ut *Apostolus concedat*, uiros *quidem* (μὲν, u. 7.) non debere caput operire, *sed* mulieres *idem* decere *neget*. Credibile nonnullis uisum est, Corinthios christianos uiris christianis *Iudaicum* morem *contra graecam consuetudinem* obtrudere uoluisse. Sed ne constat quidem *illius temporis* Iudaeos recentiorum ritu operto capite precari consueuisse.

5. πᾶσα δὲ γυνὴ — τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ) Προφητεύειν eodem sensu quo u. 4. Vsu fuit receptum apud multas

gentes cultiores, ut uirgines et mulieres uelarent caput; contra uero turpe et indecorum est habitum, mulieris nuptae uultum in publico adspici et oculis aliorum usurpari posse. Apud Iudaeos certe hic mos obtinuit. Hunc autem uelaminis muliebris usum *Christi et Apostolorum aetate* sensim inter Iudaeos exoleuisse, tanto incredibilius est, quanto certius constat etiam *seriori tempore* priscam consuetudinem a mulieribus hebraeis religiose seruata[m] fuisse. Vid. *Schroederus* de uestitu mulierum hebr. p. 87. 89. sq. Videtur potius *graeca* consuetudo fuisse, ut mulieres uelamina, alias usitata in templis tantisper seponerent, quam consuetudinem nonnulli Corinthii odio *Iudaismi* et cupiditate partem ecclesiae iudaizantem omnibus modis laeessendi, in ecclesiam inuehere uoluerunt. Paulus uero de ea muliere, quae haud uelata sacris christianis interfit, dicit: *καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, debonestat caput suum, i. e. suum ipsius corpus, seipsam. Caput* nempe intelligitur, quod radi poterat, ut statim dicitur. Negligentia uelaminis in publico, quam Rabbini inter caussas repudii retulerunt, (*Seldeni* uxor hebr. L. III, c. 17.) ipsa etiam Pauli aetate suspicionem impudicitiae habuit. Contra uero capitatis tegumentum *modestiae* signum fuit, de capite uxoris *adulterii suspectae*, ex prisco Iudaeorum more detrahi solitum, Num. V, 18. Vbi igitur hoc in more positum fuit, ut *honestae* mulieres uelarentur, *ceterae* aperto capite in publicum prodirent, ibi uel eae feminae, quarum castitati nullum periculum creauit uelaminis negligentia, suam certe famam abiecerunt. Alii τὴν κεφαλὴν ut u. 4. ita etiam hic sumunt improprie, ut sensus sit: mulier orans haud uelato capite dedecorat maritum suum, publicae quasi ostendens,

se maritum pro domino non agnoscere. Sed durior est haec expositio. *ἔν — τῇ ἰξυρημόνῃ*) *Vnum enim idemque est, ac si rafa esset.* Proprie tamen *ἔν καὶ τὸ αὐτὸ* positum est pro *μία καὶ ἡ αὐτῆ*, uti *ταῦτα* pro *ἔτοι* supra c. X, 6. VI, 11. Feminae tonderi non solebant, nisi quum turpes uideri uellent, ut in luctus Deut. XXI, 12. Apud profanas etiam gentes *rafa coma* mulieribus *ἁισχύνη* esse, et formam extinguere credebatur. Praeterea rafa coma erat poena adulterarum. Multa loca *Westenius* ad h. 1. congeffit.

6. *ἔι δὲ ἁισχρὸν — ξυρᾶσθαι*) *Κείρασθαι* referre solent ad occiput: *ξυρᾶσθαι* uero ad finciput. Germani feminis adulteris crines accidebant. *Tacit.* Germ. 19. *paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum poena praesens et maritis permessa. Accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus.* Apud Hebraeos autem *uxori adulterii suspectae* uelamen detrahi solitum, (Num. V, 18.) iam monuimus ad u. 5. Haec igitur prima ratio est, quam Paulus pro retinendo uelamine affert, quod nempe feminae fecus facientes, famae suae noceant. Ceterum Paulus de *uxoribus* solum praecipit (u. 3.) siue quod Corinthi, quemadmodam in alia Peloponnesi parte, Laconicam puta, *uxoribus* tantum necesse fuerit uelari (uid. *Schroederus* l. c. p. 93.) siue quod consuetudinem latissime per omnes regiones, ubi Christianorum ecclesiae essent, patentem, (u. 16.) defendisse satis haberet, confusus, in iis locis, ubi ad communem et antiquissimum morem recentior consuetudo etiam uirginum uelandarum necessitatem adiunxerat, matres, uelo adfuetas, sua sponte inuigilaturas esse, ne filiae negligentia uelaminis suo honori male consulant.

7. Ἄνὴρ μὲν — τὴν κεφαλὴν) Redit Paulus ad disputationem, quam u. 3. inceptorat, et secundam rationem explicat, cur uxor christiana caput uelare debeat, quia nempe mariti imperium agnoscere teneatur, nec seruitutem muliebrem exuere possit. Vir, inquit, caput obtegere non tenetur. εἰκὼν καὶ δόξα θεῶ ὑπάρχων) *Similitudinem et maiestatem Dei referens.* Est enim uir in supremo gradu collocatus in hoc mundo, et tanquam secundarius aliquis Deus, ipsius etiam mulieris respectu. Quapropter in *communi uirorum et mulierum coetu* non decet eum esse capite uelato, quia signum hoc est subiectionis et seruitutis. *Augustin.* Serm. IV, in octaua Paschae: *Reuelanda sunt capita eorum, quod est indicium libertatis.* *Imago Dei* h. l. non sumitur illa notione consueta de morali quadam praestantia et perfectione, sed de dominio. Ne *Epiphani* quidem tempore conuenerat ecclesiasticis doctoribus, quid sit imago Dei; et fuerunt ex antiquioribus, qui negarent, imaginem Dei pertinere ad sexum muliebrem, quod de dominio ualet, non uero similitudine Dei morali. γυνὴ δὲ δόξα ἀνδρός εἶς) *Mulier uero mariti auctoritatem refert.* Imperat enim materfamilias suae familiae, sed niri nomine. Itaque respectu uiri debet gestare signum subiectionis in capite in communi uirorum et mulierum coetu.

8. εἰ γάρ — ἀνδρός) Ostendit, quo iure mulier cogatur subdi uiro; non contra. Prior conditus est Adam, ex eius uero latere subducta est Eua, ceu uiri portio quaedam.

9. γυνὴ διὰ τὸν ἄνδρα) In uiri solatium, et generationis adiumentum. Igitur per creatoris uoluntatem uxor in marito

riti potestate est. Ceterum comparatiue hic locus intelligendus est: Non tam — quam —

10. διὰ τῆτο — τὸς ἀγγέλους) Locus, ut omnes sciunt, uexatus. Verterim: *Quapropter uxor debet signum potestatis (uelamen) habere in capite propter exploratores.* Ἐξουσία nempe hoc loco uidetur esse ipsum uelamen, ut etiam Vulgatus transtulit: proprie potestas, i. e. signum potestatis, sc. maritalis in uxorem. Sic Matth. V, 31. ἀποσάσιον est pro signo ἀποσασίς, siue litteris diuortii facti indicibus, βιβλίον ἀποσασίς. Cohaeret hoc comma cum praec. u. 7 — 9. Quia uxor in mariti potestate est, ergo (διὰ τῆτο) habere debet capitis tegumentum, quod agnitae maritalis in ipsam potestatis signum haberi possit. Ne quis uero obiiceret, licere uxoribus exuere uelamen, si mariti permittant et consentiant, addit Paulus, hoc non decere propter *exploratores et speculatores.* Poterat nempe nouae consuetudinis notitia per ἀπίστους speculatores in publicum emanare, christianasque uxores tum Iudaeis, de isto mulierum habitu pessime existimantibus, tum Graecis quoque in suspicionem rei christianae probrosissimam adducere. Ἄγγελοι h. l. ut Iac. II, 25. uidentur esse *exploratores*, quo sensu hoc uocabulum accepit *Heumannus*, (Erklaer. des N. T. P. X. pag. 439. sqq.) quem et alii nonnulli secuti sunt. Sed alios etiam audiamus. Quod igitur attinet ad uocem ἐξουσία, nonnulli mutationem lectionis tentarunt. Varias coniecturas uide apud *Bowyerum* ad h. l. *Io. Toup*, in opusculis criticis p. 26. edit. 2dae rescribendum putat una literula amota: ἐξουσία. *Quapropter oportet mulierem, quum prodit in publicum, uelato esse capite.* Pro hac ope et medela certissima

tissima iam tandem Apostolo allata, omnes sacrarum litterarum studiosos gratias sibi habituros sperat uir doctus. De quo equidem ualde dubito. Graecorum Theologi ita explicarunt: Ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ὀφείλει ἔχειν, τῷ τῷ ἄνδρῳ ἐξουσίαν καὶ κυριότητα, ἥτερ ὑπόκειται, ὀφείλει ἔχειν, καὶ ἐπιδείκνυσθαι ἐπ' αὐτῆς τῆς κεφαλῆς. Et deinde: Διὰ καὶ αὐτὸ τὸ κάλυμμα ἐκώτως ἂν ἐξουσία κληθεῖη, ὡς τῆς τῷ ἄνδρῳ ἐξουσίας καὶ κυριότητος ἐνδεικτικὸν ὑπάρχων καὶ παρασατικόν. Ἐξουσίαν igitur *uelum* metonymice, quod ἐξουσίας siue *potestatis* eius quam in feminam uir habet, indicium fit, dici uolunt. Haec sententia plurimis recentiorum interpretum placuit, quorum nonnulli etiam statuunt, *hellenisticum* esse significatum, pro hebraico מַלְאָכִים, quod erat et ipsum aliquod tegumentum, Cant. V, 7. Ies. III, 23. Dignus etiam qui hic conferatur *Michaelis*, Introductione in Libros N. F. p. 165. edit. recentiff. Διὰ τὰς ἀγγέλους nonnulli de angelis proprie sic dictis intelligunt, uel de bonis, uel de malis, e. g. *Ne angelis, qui solent praesentes esse, et qui obseruant cultum nostrum diuinum, displiceamus; aut ne eos quasi pulchritudinis specie auertamus a suo officio; aut ut tutae sitis a malorum angelorum uexatione.* Wetstenius: *Mulier, quae caput tegit, illud protegit, defendit, et habet in sua potestate: quae caput aperit, illud in potestatem malorum angelorum tradit, qui eam uexant.* Aboth R. Eliezer, cit. Wagenfeil Sota p. 43. *malus est angelus, qui uocatur Vziel, si uideat, mulierem esse nudato capite.* R. Simeon, f. Iochai: *Si mulieris capillus nudus est, ueniunt mali spiritus, eique infident, et omnia, quae in domo sunt, perdunt.* Secundum Semleri sententiam igitur Paulus Iudaicam ἔννοιαν hic informat.



mat. Sed contra istas sententias multa docte monuit *STORRIUS* p. 40. not. 72. Addo *HEINSII* sententiam, qui κεφαλὴν improprie sumit, ut u. 3. de uiro, et ἐπὶ uertit *a*, uel in cum Abl. Dixerat Apostolus u. 9. non uxoris causa uirum, sed ipsam uiri, hoc est, sui capitis causa creatam esse. Aequum itaque esse, ut ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, in suo capite, non in se, potestatem suam habeat ac gerat, uel ab illo dependeat, idque ut tecto capite aut inuoluto, quod submissionis signum est, testetur. Quemadmodum nempe uir ἐξουσίαν ἔχει ὀφείλει ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, qui est Christus, ita femina ἐξουσίαν ἔχειν ὀφείλει ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, qui uir est. Dandam ergo imprimis feminae operam hanc, ait Apostolus, ut in uiri potestate sit ac maneat, omnemque habeat in capite, utque id ipsum signo hoc submissionis publice testetur, iubet. Διὰ τὰς ἀγγέλους inquit, quos et testes hic et praeuertes habetis. Omnis enim angelorum cura, seruire Christo, quem ut caput, ita potestatis suae fundamentum habent simul et agnoscunt. Idem hic agendum feminis. Cauendum quippe, ne si impudenter et licentiosè nudo ac detecto capite in ecclesia uersentur, non modo Christum sed et angelos habeant testes impudentiae illius licentiaeque, qua capitis obedientiae licenter, publiceque renuntiant. Sed nimis artificiosa uidetur haec expositio; quare equidem primam a me propositam, utpote facillimam, omnibus reliquis praetulerim.

II. πλὴν ὅτε — ἐν κυρίῳ) *Veruntamen neque uiri separatim a mulieribus nec mulieres exclusis uiris Domini sunt, efficiunt societatem christianam. Quanquam uxor agnoscere debet uiri in se potestatem, de reliquo tamen mulier christi-*

christiana pari cum uiro christiano iure gaudet. Vtrique cum Christo coniunguntur, et per eum beari possunt. Gal. III, 28. Ἐν κυρίῳ εἶναι, *Domini esse*, ad societatem christianam pertinere.

12. ὡς περ γὰρ — τῆς ἑστῆ) *Sicut enim prima mulier (Eua) e uiro (Adamo) desumpta est; sic (nunc) mares per feminas in lucem eduntur; haec omnia autem a Deo sic instituta sunt.* Et mares et feminas per Christum beari posse (u. 11.) confirmat Apostolus hoc argumento, quod humanum genus utroque sexu contineatur, mares igitur et feminae pariter homines, eiusdemque beatitudinis humanae capaces sint, Deumque creatorem habeant, qui proinde beneficia per Christum data neutri parti inuideat. Rom. III, 29. f.

13. ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε) Al. ὑμεῖς αὐτοί. Ex suo quisque sensu animoque rem expendat.

14. ἢ φύσις διδάσκει) *Sicut Iurisconsulti iuri gentium saepe dant nomen iuris naturae, ita et naturalia dicuntur, quae non sine probabili ratione longe et late recepta sunt.* Apud Lacedaemonios quidem liberi homines *alabant comam*, quod pulcrum habebatur. *Aristot. Rhet. I. ἐν Λακεδαιμόνι κομῶν καλὸν, ἐλευθερίας γὰρ σημεῖον, ἢ γὰρ ἔστι κομῶντα βῆδιον ἔδεν ποιεῖν ἔργον θητικόν.* *Eustathius* uero ad Il. γ. p. 288. κῆμην δὲ ἔχειν καὶ ἔυκομον εἶναι γυναικικώτερον ἔστι. Bemidbar R. XI. p. 209. I. Nonne comam alere turpe est uiro, qui caput non peccit?

15. δόξα αὐτῇ ἔσιν) Aliquid eī ad decus et ornatum accedit. *ἄτι ἡ κόμη — δόδοται*) *Coma pro uelamine data est ei*, i. e. indicat mulieris caput uelamine indigere. Natura enim uiro breuiores capillos, etiamsi quis sinat excrefcere; mulieri prolixiores et capiti obuoluendo idoneos tribuit. *Galenus de Usu part. XI. κεφαλῆς μέντοι κομῶσῃς ἐδείτο (τὸ θῆλυ γένος) καὶ σκέπτῃς ἔνεκα, καὶ κόσμῳ, καὶ τῆτ' αὐταῖς ἦδη καινὸν πρὸς τῶς ἀνδρας.*

16. εἰ δὲ — εἶναι) i. e. εἰ τις φιλόνομος ἔσιν. *Si cui libeat contra haec disputare.* *Λοκῆ* h. l. ut saepe, abundat. Cf. *Κυρκε* ad Marc. X, 42. Luc. VIII, 18. Omnino contentiosi hominis nomine dignus est, qui in rebus per se liberis lubentissime id praefert, quod moribus ciuium minime conuenit, et uoluptatem capit ex aliorum offensione, immemor amoris proximo debiti. Tales erant ii ex Corinthiis, qui non curabant perturbationes coniugiorum et rei christianae dedecus, dummodo haberent, quo partem aduersariam laceffere possent. *ἡμεῖς τοιαύτην συνέθειαν ἔκ ἔχομεν*) Nos Apostoli eo more non utimur, ut scilicet in conuentibus sacris mulieres sinamus esse capite aperto. Alii explicant: Nos non solemus *contendere* et pertinaciter sententiam nostram defendere. Sed quum statim *ecclesias* etiam nominet, prima expositio recte praefertur. *ἔδὲ αἱ ἐκκλησίαι τῶ θεῷ*) Sc. ἄλλαι. Neque ecclesiae illae, quae ubique sunt terrarum, ita faciunt. Quod uero per omnes ecclesias receptum est, disputando uelle in controuersiam uocare, est *φιλονείκων*.

17. τῆτο δὲ παραγγέλλων ἔκ ἑταιρῶ) *Dum uero hoc praecipio, non laudo quod etc.* Quae huius cap. u. 3. sqq.

praecepta fuerunt, eorum tractatio per epistolam Corinthiorum, ad cuius capita respondere uoluit Apostolus, (c. VII, 1.) necessaria facta fuerat; sed *per huius quaestionis occasionem* (τῆτο παραγγέλλων) incidit demum ad alia conuentuum sacrorum uitia notanda, quae non per litteras Corinthiorum, sed *fama* acceperat. u. 18. ΑΙ. παραγγέλλω ἕκ ἐπαινωῶν, quae lectio non est contemnenda. *Hoc uero minime laudare possum*, κατὰ λιτότητα, significat enim sibi hoc ualde improbari. ὅτι ἕκ — συνεχροσθε) i. e. Conuentus uestros sic instituitis, ut in iis non faciatis novos profectus in christiana uirtute, sed fiat deterior. Ἐἰς τὸ κρείττον referendum est ad novos profectus in christiana uirtute et perfectione.

18. πρῶτον — ὑπάρχειν) *Primum enim audio uos in ipsis conuentibus uestris sacris diffidia exercere, secessionem facere.* Ἀκῶω, *ex fama percepi.* Ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, *in ea domo, in qua conuentus habentur;* nam sicut συνεχροσθῶ proprie est ipse conuentus, improprie locus, in quem conuenitur, ita et nomen ἐκκλησίας utrumque habet significatum. Ergo diuersarum partium Christiani in eundem locum ad sacram coenam celebrandam conueniunt, nec diffidium Corinthiorum eo ualuit, ut una uel altera pars plane secessionem faceret. Sed diuersarum partium homines ne in ipsis quidem conuentibus sacris a mutuis odiis abstinabant. *Audio*, inquit Paulus, *diffidia inter uos esse*, quum conuenitis in ecclesia. Videntur illi, qui dicebant se esse Cephae, se esse Apollonis, c. I, 12. etiam in publicis conuentibus partes fecisse, ita ut in sacris conuiujs instituendis res suas sibi haberent hi, suas illi, quod patet

ex u. 21. Nonnulli nempe conuiuium sibi et suis proprium, non commune cum ceteris instituebant. καὶ μέρος τε πίσιου) *Et aliquam partem* (eorum quae mihi de uobis referuntur) *credo.* Al. *aliqua ex parte credo.*

19. δὲ γὰρ — εἶναι) *Non enim aliter fieri potest, quam ut diffidia inter uos sint.* I Causam exprimit Paulus, cur partem eorum, quae de Corinthiis fama accepisset, credat. Δεῖ, oportet h. l. significat id, quod propter hominum ingenium et mores non aliter euenire potest, ut Matth. XVIII, 7. Tales quum sitis, inquit Paulus, quales uos esse scio, credibile est uos etiam in ipsis conuentibus sacris uestris mutua odia exercere. ἵνα — ἐν ὑμῖν) *Quo fit ut probi inter uos manifesti fiant.* Ἵνα h. l. ut saepe, est ἐμβατινδν. Habet tamen haec res utilitatem eam, ut cognoscatur, quinam inter uos sint ueri Christiani. Nam erant etiam inter Corinthios, quibus haec diffidia displicebant; iique erant δόκιμοι. Alii explicant prius membrum huius commatis: Bene est, quod orta sunt inter uos eiusmodi diffidia, et habet ea res usum aliquem, ideoque iudicat Deus, eam non esse ui sua omnipotente impediendam. Quod u. 18. uocarat σχίσμα, iam molliori uocabulo appellat αἵρεσιν. Alias *Schisma* est discessus mutuus; *haerefs* discessus unius partis, quae uero distinctio hic non, habet locum.

20. ἐπὶ τὸ αὐτὸ) Hesy chius: ἐπὶ τῶν αὐτῶν τόπων. ἐκ  
ἐστὶ κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν) Κυριακὸν, i. e. κυρίῳ δεῖπνον, coenam in honorem et memoriam Domini. Conueniebant quidem eo consilio, ut coenam dominicam peragerent, sed reuera hoc non erat coenam sacram peragere, quia multi e Co-  
K 2 rinthiis

rinthiis epulandi causa ueniebant, usurpato ad eam rem Christi nomine et instituto.

21. ἑκαστος γὰρ — φαγεῖν) *Vnusquisque enim fere propriam coenam praeoccupat in uescendo*, i. e. de suis cibis, quos afferri iussit, prius ipse edit, quantum lubet, atque deinde ex iis quae superfunt, aliis aliquid concedit. Vt hoc recte intelligamus, notandum est, post commune conuiuium celebratam esse coenam dominicam, quemadmodum Christus post epulas Paschales instituit hanc sacram coenam. Fuit autem moris Athenis Socratis aetate, ut, qui ad coenam conueniebant, ipsimet singuli aliquid obsonii afferrent, quod non semper in commune apponebant, sed plerumque quisque suo uescabatur. Xenoph. Memorab. L. III. init. Quem morem indicio est hic ipse Apostoli locus, illa etiam tempestate a Corinthiis, iam Christianis, eatenus seruatum fuisse, ut celebraturi S. coenam, si non alios etiam cibos, panem certe et uinum in Ecclesiam afferrent, ex quibus deinde partes sumebantur, quae consecrabantur in Eucharistiam. Paulus igitur ἰδίον δεῖπνον sine dubio uocat, quem quisque cibum domo attulerat, in quem quasi suo iure irruerat, non expectatis ceteris. ἑκαστος hic de multis dicitur. καὶ ὅς — μεθύσει) Pauperes nempe esuriebant, uel quia non habebant, quod ederent, uel quia non in tempore ueniebant, quum interea diuites ad temulentiam uino implerentur. Haec turpitudine haud dubie propria erat Graecis, qui similibus conuiuiis fere adfueti erant, eoque facilius talem solemnem coenam modo parum salubri peruertebant.

22. μή γὰρ — πίνειν;) Exinde uidetur apparere, cibos uarii generis allatos esse a Corinthiis in eam domum, quae postea dicta est *ecclesia*; qui enim solo pane uescitur, uix edendi *uoluptatem* sequi dicendus est, quae tamen Corinthiis hic obicitur. ἡ τῆς — καταφρονεῖτε) Ἐκκλησία hic uidetur locum conuentuum designare. Edere et bibere in *Idoleis* locum habuit apud Graecos, sed in eo loco, ubi religionis uerae exercendae causa conuentus habentur, uoluptati corporis indulgere non licet. Aliis ἡ ἐκκλησία τῷ Θεῷ est societas Christianorum, quam contemnere uidebantur diuites. καὶ κατασχόντες τὰς μὴ ἔχοντας;) Hoc uero est, inquit, pauperibus exprobrare paupertatem. Durum est, quod interim esuriant.

23. ἐγὼ γὰρ — παρέδωκα ὑμῖν) *Ego enim a Domino* (Iesu) *edoctus sum, quod uos docui.* Rationem affert Paulus, cur tales mores et abusus laudare non possit. Quia Dominus ipse instituit S. coenam, fas non est, mutari aut corrumpi eius uerum consilium, atque illud, quasi epularum aliarum exemplo, in uoluptatis opportunitatem conuertere. ἐν τῇ νυκτὶ ἣ παρέδωκε) Quum ei mors uelut praesens esset ante oculos. Et uos, quum memoria talis rei celebratur, ob diuitias uestras intumesceatis, et laute uiuitis. Ad sequentia cf. Matth. XXVI, 26. 27. 28.

24. εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν) Haec memoria, cum gratitudine et amore coniuncta, non referenda est solum ad mortem Christi, sed et ad ea quae docuit, et beneficia

ingentia quae nobis parauit, omniumque rerum, quarum tandem morte sua fidem fecit.

25. τὸ το ποτήριον — αἵματι) Vid. Luc. XXII, 20. Potest tamen sensus esse: *Bibere ex hoc calice est ingredi nouum foedus*, associare se nouae religioni, quam sancio meo sanguine, morte cruenta. Dum uos bibitis ex hoc calice, reddo uos participes foederis noui, et antiquo foedere soluo. Hoc sensu τὸ ποτήριον habuimus supra c. X, 16.

26. καταγγέλλετε) Nonnullis est Indicatiuus, et ualet loco Imperatiui. Alter alteri quasi dicat, nostro commodo Dominus mortuus fuit; itaque magna illa beneficia non licet obliuisci aut negligere. Alii rectius uertunt in Indicatiuo, et καταγγέλλειν, pro hebr. נִאֲמַר uertunt *profiteri*, ut Deut. XXVI, 3. Pl. L, 6. Ipsa huius coenae sacrae celebratione publice profiteremini, Christum pro uobis esse mortuum. ἄχρις ἢ ἰλθῆ) Nempe ad iudicium. Vid. Act. I, 11.

27. ὡς) Ratio ex praecedentibus. Quum ex institutione Christi ipsius consilium huius sacrae coenae sit, ut in memoriam nobis reuocemus Christum, doctrinam eius atque beneficia, quae nobis parauit etc. ὡς ἄν — ἕνοξίως) Ἄναξιως, *indigne Domino*, i. e. modo non conueniente magnitudini beneficiorum, quorum in S. coena reddimur participes, nec maiestati Christi offerentis. Sic ἕξίως τῷ Θεῷ, ut dignum est Deo eiusque cultu. 1 Thess. II, 12. Quod attinet ad particulam ἢ, (in uerbis ἢ τίνῃ) uanum est, quod Pontificii quidam in ea aliquid praesidii ponunt quasi



quasi indicet, non simpliciter *utramque speciem* esse necessariam. Nam et uariat lectio, (alii καὶ habent,) et frequentissimum est apud interpretes graecos V. T. pro καὶ ponere ἢ, ut Gen. III, 22. Symmachus habet καλὸν ἢ πονηρὸν, alii interpretes καὶ πονηρὸν. Tum uero aliquis ex Corinthiis indigne sumere *calicem* poterat, si nempe ad ebrietatem usque bibebat, u. 21. licet in *edendo* nihil inhonesti accidisset. εὐνοχος — κυρτε) Poenas dabit tanti facinoris, quod ipsum Christum quasi ignominia affecit. Utuntur phrasi εὐνοχος εἰς αὐτὸν, LXX. Leuit. XX, 9. sqq. Theodoretus et alii locum nostrum sic explicant: Homo, qui epulis et crapulae hic dat operam, nihil differt a Iuda, aut a militibus istis, qui Domini ipsius adeo nullum ad ipsos pertinere putarunt beneficium, ut eum occiderint, nulla tristitia, nullo grati animi sensu tacti.

28. δοκιμάζετε δὲ ἑαυτοὺς ἄνθρωπος ἑαυτὸν) Ἄνθρωπος, hebr. אִישׁ, pro ἕκαστος, *unusquisque*. Δοκιμάζετε, exploret, an animo eo, quo decet, erga Christum eiusque beneficia praeditus accedere possit, an istud consilium (u. 24. 25.) spectet, hanc rei naturam et uim reputet. Non praecipitur, ut alius de aliis sententiam ipse dicat, sintne digni an indigni, sed ut unusquisque de se satis certus sit, quo consilio hac coena uti uelit.

29. κρίμα ἑαυτῷ εἰσθίει καὶ πίνει) *Reatum poenamque sibi contrahit, sic edendo et bibendo*. Κρίμα, *damnum, poenam*, pro κατάκριμα, hebr. אַשְׁמָה. Pollebatur Christus peccatorum omnium remissionem illis, qui recte uterentur; sed hi, tales, indigni, ebrii adeo conuiuiae, a Domino nostro nihil boni expectare possunt; carent omnibus beneficiis,

beneficiis, et poenam leuitatis sibi contrahunt. *μη διακρίνων τὸ σῶμα τῷ κυρίῳ*) Nempe ab aliis cibis et ab alio potu, quibus uenter uel largiter impleatur. Alii rectius: Quia non satis aestimat corpus Christi. *διακρίνειν*, ut supra c. IV, 7.

30. *ἀσθενεῖς καὶ ἄβρωστοι*) *Variorum morborum generibus affliguntur.* Ἀσθενής, qui languet, ἄβρωστος, qui aegrotat. Nempe uel illa intemperantia, crapula, ebrietas, facile secum ferebat morborum genera naria. Sed hic rectius intelliguntur morbi extraordinarii, quibus tum temporis multi ex Corinthiis affligebantur. Eiusmodi poenis saepe affectos esse Christianos iis temporibus, discimus ex c. V, 5. I Tim. I, 20. I Io. V, 16. Iac. V, 14. 15. *καὶ κοιμῶνται ἴκανοί*) *Et permulti mortui sunt*, nempe morte praematura. Quum dicit *κοιμῶνται*, ostendit, se loqui de iis, qui poenitentia tacti moriebantur. Nimirum Deus sus habet, etiam poenitentes afficiendi huius uitae damno. Ceterum de his historiis nihil praeterea scimus; quae autem a ferioribus Scriptoribus narrantur de morbis aut mortibus adeo tristibus, eucharistiae abusum consecutis, in merito pro fabulis habentur.

31. *εἰ γὰρ ἑαυτοὺς — ἐκρινόμεθα*) Pro *εἰ γὰρ* optimi codices legunt *εἰ δὲ*. *Si nos ipsos diiudicavimus, non puniremur*, sc. a Domino, qui illis morbis mortibusque et alios admonet, et illos ipsos peccatores.

32. *κρινόμενοι δὲ ὑπὸ κυρίου, παιδευόμεθα*) Sic omnino est interpungendum, ut ὑπὸ κυρίου referatur ad praecedentia, non uero ad *παιδευόμεθα*, ut habent editiones graecae. *Si autem punimur a Domino*, (morbis, aut aliis huius uitae malis,)

malis,) *castigamur*. Deus eiusmodi malis nos afficit, non ad nos perdendos, sed ad animos nostros emendandos. Mitissime Paulus loquitur, et se ipsum quoque includit. *ὡα μὴ — κατακριθῶμεν*) *Ne cum reliquis impiis hominibus (aeternum) damnemur, uel puniamur.* *Κατακρινοσθαί,* de poenis aeternis. *Κόσμος* dicuntur homines, qui opportunitate cognoscendi ueritatem salutarem, sibi oblata, uti nolunt; minime uero illi omnes, qui ne fando quidem audierunt de christianae religionis indole. *σὺν τῷ κόσμῳ,* *sicut impii homines.*

33. *συνερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν*) Nempe τὸ κυριακὸν δεῖπνον, quod hic ex superioribus subauditur. Simul autem *agapas* intelligit, cum usu sacrae coenae tum temporis coniunctas. *ἑλληνας ἐκδέχεσθε*) *Alii alios excipite,* edendi ordine, ut communis sit mensa diuitum et pauperum. Vel, quod magis placet, *ἐκδέχεσθαί* ponitur pro *προσδέχεσθαί*, ut Sir. VI, 33. XVIII, 14. ut sensus sit: *Benigne et amice uos inuicem excipite et tractate,* ita ut non amplius dissidia et odia sint inter uos.

34. *εἰ δὲ τις πεινᾷ*) i. e. *Si edendi estis cupidi.* De ditioribus loquitur, quos non uult famem integram ad hanc coenam communem afferre, atque corporis causa explere; nam ad mutuam amicitiam et coniunctionem animorum instituebantur illae agapae, et usus eucharistiae. *ὡα μὴ εἰς κρίμα συνέρχισθε*) *Ne uestro damno conueniatis.* Videtur omnino intelligere damna uoletudinis et uitae huius ipsius, ex u. 30. Inuestata forte quaedam exempla extiterunt, quae hic tanguntur, nobis iam ignota. *τὰ δελοῦτα*) Nempe his similia, quae ad externae societatis for-

nam pertinent, et de quibus forte Corinthii Paulum per epistolam rogauerant. Alia etiam esse, dicit, de quibus inuitus cognouerit, u. 17. quorum uero ordinationem in aliud tempus differre malit, quia nunc redeundum fit ad propositas in epistola (c. VII, 1.) quaestiones.

## CAPUT XII.

1. Περὶ δὲ — ἀγνοεῖν) Porro de iis, qui diuinitus edocti sunt, uos edocere uolo. Ad aliam quaestionem a Corinthiis sibi in epistola c. VII, 1. propositam progreditur Paulus. Quaestio autem haec erat περὶ τῶν πνευματικῶν, sc. ἀνθρώπων. Πνευματικοὶ interdum uocantur omnes Christiani, 1 Cor. II, 15. propterea quod acceperunt, ut ipse Paulus interpretatur (1 Cor. II, 12.) *Spiritum e Deo*, i. e. quod edocti sunt a Deo, instituti per Apostolos in ea religione, quae Deum habet auctorem, quo sensu opponuntur τοῖς ψυχικοῖς, profanis, Iudaeis et paganis, 1 Cor. II, 14. Interdum uero etiam οἱ πνευματικοὶ oppositi τοῖς σαρκικοῖς, υἱπλοῖς, sunt perfectiores Christiani, ut supra c. III, 1. Denique etiam κατ' ἐξοχὴν ita uocantur ipsi doctores per Spiritum Dei edocti immediate, ut h. 1. et 1 Io. IV, 1. ubi doctores diuini, uel uere tales, uel falso sic dicti, πνεύματα uocantur. Videntur nempe Corinthii in epistola ad Paulum scripta proposuisse hanc etiam quaestionem, quibus notis πνευματικοὶ, diuini doctores uere tales dignosci possint a falsis? Nam in toto hoc capite de doctoribus in uniuersum atque de eorum diuersis donis et muneribus sermo est. Cf. infra u. 28. sqq. Et sane propter Pseudapostolos et falsos doctores, qui Corinthum uenerant, tam necessaria erat haec quaestio,

quaestio, eiusque uberior tractatio, ut mirum sit, interpretes de hac re non cogitasse. Non igitur assentior iis, qui post *πνευματικῶν* suppleunt *χαρισμάτων*, et hunc locum de linguarum dono interpretantur, quam sententiam exornare studuit Ven. **GRIESBACHIIUS** in Progr. Pentec. a 1780. scripto.

2. οἴδατε — ἀπαγόμενοι) Scitis, uos olim, quum pagani essetis, ad muta idola, prout rapi uos ad ea contigisset, delegatos fuisse. Haec uerba commode parenthesi includuntur, quia Apostolus u. 3. illuc redit, unde propter parenthesin diuerterat. Nam διὸ γνωρίζω ὑμῶν, u. 3. idem ualet quod εἰ θεῶν ὑμᾶς ἀγνοεῖν, u. 1. Obiter nempe Apostolus Corinthiis in memoriam reuocat conditionem superiorem, ut persentiscerent, quantum praesens eorum status a superiore distet, quod uniuerse facere amat, ueluti supra c. VI, 11. Rom. VI, 17. Eph. II, 11. sqq. Tit. III, 3. Olim, quum pagani essent, plane nullam habebant notitiam ueri Dei et uerae religionis, et sine idoneis rationibus maiorum suorum ritu et mera superstitiosa consuetudine ducti simulacra colebant. Nunc autem, postquam doctrinam Christi susceperant, instituebantur a suis doctores ita, ut simul discerent, quibus argumentis et rationibus niteretur ueritas doctrinae, quibusque notis ueri nominis doctores a falsis discerni possent. Simulacra uocantur εἴδωλα, quia ratione et uoce carent, suosque cultores non possunt docere. **GRIESBACHIIUS**, quem **STORRIUS** sequitur, hoc uoluisse Apostolum existimat: Olim coluistis idola, quae neque uocem edere ipsa, neque hominibus linguae cuiusdam facultatem largiri possunt. Sed de peregrinarum linguarum usu h. l. nondum est sermo, ut totus contextus docet.

3. διὰ γνωρίῃα — ἀνάθεμα Ἰησοῦν) *Sic igitur habete, neminem diuini Spiritus uirtute docentem, impie de Iesu loqui.* Resumit Paulus sermonem u. 1. Ἐν πνεύματι Θεῶ λαλῶν ex usu loquendi sacrorum scriptorum est is, qui non iussu humano, sed diuino, non sua sponte, sed Deo monente docet. Matth. XXII, 43. 2 Petr. I, 21. Λαλεῖν pro docere innumeris locis dicitur. Ergo ἐν πνεύματι Θεῶ λαλῶν est ὁ πνευματικὸς, u. 1. Is igitur, qui uere a Deo edoctus est, non λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν, non impie loquitur de Iesu, non profert quicquam in summam saluatoris maiestatem iniuriosum. Ἀνάθεμα λέγειν Ἰησοῦν, de Iesu □□□□ dicere, βλασφημεῖν, Act. XXVI, 11. Hac igitur nota facile dignoscere poterant Corinthii, an quis uerus doctōr esset, uel minus. Si quis gloriabatur, se uirtute Spiritus diuini instructum esse ad docendum, et nihilominus impie de Iesu loquebatur, haec una res documento esse poterat, talem hominem esse impostorem, et diuinitus inspirati doctōris nomine prorsus indignum. Eandem notam, qua doctōr θεόπνευστος ab impostore quouis dignosci queat, dat etiam Ioannes I epist. IV, 2. Vnde patet, multos illa aetate θεόπνευστων mentitos esse, alienos a uero Christi cultu. Tales sine dubio etiam Corinthum uenerant. καὶ εἰδὲς — πνεύματι ἀγίῳ) *Et neminem posse nomen dare Christo, nisi in diuina religione recte institutum.* Ἐιπεῖν Ἰησοῦν κύριον more Hebraeorum cum quadam ampliacione accipiendum est, ut idem sit ac Iesum colere, ei nomen dare, Christianum esse, eodem sensu quo Matth. VII, 21. λέγου κύριε, κύριε. Nemo igitur potest fieri sectator Christi, uel ueri nominis Christianus, εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἀγίῳ, nisi in religione diuina rite institutus. Nam πνεῦμα ἄγιον saepe est ipsa doctōrina

etrina Christi, et institutio in ea, ut supra c. VI, 11. *πνύμα τῷ Θεῷ*, et *πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ*, c. II, 12. Videntur se immiscere interdum uoluisse coetui christiano homines, qui nec Apostoli nec alius cuiusdam doctoris Christiani institutione usi fuerant. Hos autem nomine Christianorum prorsus indignos esse docet Paulus. **GRIESBACHIUS** hunc uersiculum ita interpretatur: *Quapropter meminisse uos uolo, neminem per Spiritum Dei peregrina lingua loquentem, maledicere Iesu; nec posse aliquem* (lingua antehac sibi incognita) *Domini nostri laudes praedicare, nisi Spiritus sancti impulsu commotus sit.* Nempe ἐν πνύματι Θεοῦ λαλεῖν idem esse putat ac πνύματι λαλεῖν, quod infra c. XIV, 2. de iis usurpetur, qui γλώσσαις ἐλάλουν. Eadem igitur ratione nostrum etiam locum intelligi posse: ἑδαις γλώσσαις λαλῶν, λέγει κ. τ. λ. Cur autem Paulus haec scripsit Corinthiis? Rationem Griesbachius affert hanc: Scimus, inquit, e c. XIV. in christianorum conuentibus interdum neminem adfuisse, qui intelligeret hominem peregrina lingua loquentem. Poterat igitur, apud eos potissimum qui linguarum donum aliis inuidebant, suspicio subnasci, et per hos aliis etiam iniici, utrum pium Christoque dignum sit sermonis a nemine intellecti argumentum? Hunc scrupulum Paulus e Corinthiorum animis euellit, (rogatus procul dubio ab ipsis, uid. com. 1. coll. VII, 1. 25. VIII, 1.) atque docet, neminem cui donum linguarum a Spiritu sancto, donorum omnium auctore concessum sit, abuti eo posse ad maledicendum Christo, uel ad proferendum quidquam, in summam Saluatoris maiestatem iniuriosum. Altero commatis membro affirmat Apostolus, eum etiam loqui ex diuino afflatu, qui coram infidelibus, (qui e conuentibus

sacris

factis non arcebantur, c. XIV, 23.) Christi laudes celebret (ἐἰπεὶν Ἰησοῦν κύριον) sermone his patrio, quem uero nec ipse unquam didicisset, nec Christiani praesentes intelligerent. Haec *Griesbachius*, cuius sententiam *Storrius* probat (in notit. histor. p. 67. f.) Sed synonymas esse phrases πνεύματι λαλεῖν et γλώσσαις λαλεῖν, uix mihi persuadeo, nec etiam ex loco c. XIV, 2. satis clare euinci potest, ut infra docebimus. Contextum uero huic interpretationi repugnare, ex iis quae supra a me dicta sunt, satis apparet.

4. διαίρεσις — πνεῦμα) Recenset nunc Apostolus uaria doctorum christianorum munera, et dona, eaque necessaria esse ad utilitatem ecclesiae docet, adeoque nullum horum donorum esse uel contemnendum, uel prae ceteris nimis extollendum. *Varia quidem sunt dona, sed est unus idemque Spiritus*, qui ea pro liberrima sua uoluntate distribuit. χαρίσματα, *dona, beneficia*, (cf. c. I, 7.) h. l. nominatim dona docendi. Haec dona, quae infra: u. 8. recensentur, omnia data sunt non ad ornandos singulos, sed ad utilitatem ecclesiarum. Quod eo pertinet, ut et superbia auferatur et inuidia, inculcetur autem modestia, et studium fidelibus omnibus inseruiendi. τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα) Ad quem auctorem omnia haec dona referenda sunt, qui pro uoluntate sua liberrima aequae ac sapientissima dispertit dona sua, ratione habita publicae utilitatis, ad quam promouendam cuiuscunque generis charismata destinata sunt.

5. καὶ διαίρεσις διακονιῶν ἑἴσι) *Varia sunt ministeria* in ecclesia, quorum quaedam recensentur u. 28. ex quo patet, non tantum apostolorum, euangelistarum, episcoporum



porum et diaconorum munera hic intelligi, sed quaeuis ministeria, ad stabiliendam amplificandamque doctrinam aut ecclesiam christianam spectantia, quae, oblata opportunitate, a quouis Christiano, priuato etiam, sed ad perficienda haec negotia uel Spiritus sancti supernaturali auxilio uel suapte natura idoneo, peragi poterant; cuius generis sunt sacrarum litterarum explanatio, Spirituum exploratio, eorum quae peregrino sermone proferebantur interpretatio etc. καὶ ὁ αὐτοὺς κύριος) Iesus nempe, qui ista uaria ministeria esse iussit, Eph. IV, II. infra 27. quem omnes, qui diuino instinctu docent uel oracula fundunt, Dominum esse profitentur, comm. 3.

β. καὶ διαίρεσις ἐνεργημάτων εἶδον) *Sunt et uarii generis miracula.* Ἐνεργήματα, operationes sc. *miraculorum*, (u. 9. 10.) quae ad confirmandam doctrinae christianae coelestem originem, stabiliendamque praeconum eius diuinam auctoritatem, ab Apostolis aliisque, quibus patratorum miraculorum potestas a Deo concessa erat, edebantur. *Energemata* igitur spectant ad tales miraculosos euentus in regno naturae, qui oculis usurpari ab hominibus possunt. Ab his differunt *charismata*; haec enim *accepisse* dicitur is, qui diuino impulsu animum suum, quoties opus est, commotum sentit, ad proferendum uel peragendum aliquid in utilitatem ecclesiae, quod per solas humanae naturae uires exsequi non possit. Quum tamen ἐνέργημα in se sit quaeuis operatio et facultas, intelligere possumus etiam quemuis modum, quo haec dona se exerebant, docendo, monendo, hymnos conficiendo, sanando etc. ὁ δὲ αὐτοὺς θεός) Pater. Observatione dignum est, *Spiritum Sanctum*,  
Domi-

*Dominum, et Deum Patrem* hic luculenter coniungi, ut et distinctio oeconomica pateat, et interna necessitudo non sit obscura, quod ad unum Deum Christianorum describendum sufficit. *ἐν πᾶσι*) In omnibus iis, qui mirabilia ista opera edunt, uel potius *per omnes*. Quae nempe *per* hominem peraguntur (miracula) ea ad Deum (Patrem) referuntur auctorem: quae autem efficiuntur *in* hominibus, ea Spiritui S. tribuuntur, et hic et alibi.

7. *Ἐκάσῳ — συμφέρον*) *Cuique uero datur facultas utendi dono quod accepit a Spiritu ad communem utilitatem.* Ἡ φανέρωσις τῆ πνεύματος, *manifestatio Spiritus, i. e. facultas manifestandi Spiritum, donum a Spiritu acceptum, eoque utendi.* Hinc Io. VII, 4. φανερῶν ἑαυτῶν, *conspicuum facere se, i. e. uirtutes suas.* πρὸς τὸ συμφέρον) *Ad communem utilitatem promouendam, non ad ostentationem.*

8. *λόγος σοφίας*) Varias interpretum sententias de donis, quorum hic et in sequentibus fit mentio, recensere, nostrum non est. Sunt in ea re nonnulla obscura, et erunt semper obscura, quia accurata descriptio in libris sacris, et experientia nobis deest. Verisimilis mihi tamen est *Semleri* sententia, qui *λόγον σοφίας* interpretatur *facultatem sapienter prudenterque de christiana doctrina loquendi*, sicuti Paulus (c. II. 6. 7.) ad homines aptauit sermonem, et distinxit occasiones, aliter imperitioribus, aliter perfectioribus exponens Christianismum. *Λόγος*, ut hebr. דבר, *res*, h. l. pleonastice ponitur, ut *λόγος σοφίας* sit pro *σοφία*, *sapientia*. Sic etiam *λόγος γνώσεως*, pro *γνώσις*, *perfectior rerum, imprimis diuinarum, cognitio*, unde apud graecos Iudaeos illa  
γνώσις

γνώσις solebat commendari rerum non-corporearum, celestium, de angelis, de diabolis etc. unde ψευδολογία γνώσις reprehenditur. κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα) Κατὰ hic idem ualet, quod ἐν in sequentibus. Referuntur igitur haec dona ad Spiritum sanctum; an uero immediate, uel mediate per Apostolos, incertum esse uidetur.

9. πίσις) Fides nempe ea, per quam quis credit, per se Deum aliquid miri facere uelle, ut infra XIII, 2. Matth. XVII, 20. χάρισματα ἰαμάτων) Hoc donum sanandi morbos, presbyteris ecclesiam gubernantibus maxime datur, Iac. V, 14-18. Nonnulli intelligunt non tantum sanationes miraculosas, sed etiam gratiosam benedictionem curationis aegrotorum per naturalia remedia etc.

10. ἐνεργήματα δυνάμεων) Operationes miraculosae, i. e. facultas miraculorum patratorum; nam δύναμις per metonymiam effecti haud raro est *miraculum*, hebr. מִוֶּלֶךְ ut Matth. VII, 22. Sic Marc. VI, 14. ἐνεργῶσιν αἱ δυνάμεις. Paulus h. l. designat hoc nomine uel omnia reliqua miraculorum genera, quorum in praecedentibus et sequentibus non expresse facit mentionem, uel praecipue id genus, quum sine precibus et impositione manuum, solo tactu aegrotorum sanationes fiebant, ut Act. V, 15. 16. XIX, 11. 12. προφητεία) Diuinitus concessa facultas insigni quodam mentis impetu et ardore precandi, siue subito spiritus diuini impulsu docendi, cohortandi et consolandi. Cf. annot. ad Rom. XII, 6. Alii intelligunt donum, scripta prophetarum interpretandi, atque auditoribus applicandi. Nec male. Cf. c. XIV, 3. διακρίσεις πνευμάτων) Donum diiudicandi, qui loquerentur diuino impulsu, uel minus, qui haberent

uere προφητείαν, uel minus. Πνεύματα, PRO πνευματικοί, homines qui prae se ferunt impulsus spiritus sancti, ut I Io. IV, 1. Locum igitur habuit examen rerum, quae dicebantur spiritus s. impulsu proferri, utrum conuenirent cum ingenuo Christi consilio, et cum Apostolorum doctrina, nec ne. γένη γλωσσῶν) Variis peregrinis linguis loquendi facultas. De hac facultate, quid nobis uideatur, diximus ad Act. II, 4. Eam uero non tantum Apostolis, sed et aliis multis diuinitus fuisse concessam, patet ex Act. X, 44. 46. XIX, 6. 7. ἑρμηνεία γλωσσῶν) Facultas interpretandi linguas. Qui syriace, arabice, coptice etc. loquebantur, non poterant statim e. g. graece eadem repetere, et explicare aliis. Opus igitur erat hominibus, qui in aliena lingua dicta statim intelligerent, et graeca subiicerent, licet ipsi in illis linguis scripta legere non possent.

II. πάντα — πνεῦμα) Omnia autem haec (dona) largitur unus isdemque Spiritus. Sic uertenda sunt haec uerba. Nam Apostolus hic non agit de donorum, quae quis accepit, usu, sed de eorum distributione. διαιρῶν — καθὼς βέλεται) i. e. κατὰ τὸ δοκῶν αὐτῷ. Ἰδίᾳ deest in nonnullis, sed ad sensum recte pertinet: ualet quod Rabbiniספרים) seorsim, specialiter. Diuidit unicuique sicut ipsi uidetur, ita ut nemo sibi aliquid possit eligere.

12. τὸ σῶμα ἓν ἐστίν, καὶ μέλη ἔχει πολλὰ) Pro: ἓν ἓν, μέλη ἔχει πολλὰ. Corpus, nempe hominis, quod unum est, multa habet membra, singula suis usibus destinata. ἕτω καὶ ὁ χριστός) Sic etiam res se habet cum ecclesia Christi. Ὁ χριστός, ea societas hominum, quae Christum caput suum agnoscit;

agnoscit; *Christi ecclesia*; est enim metonymia. Per comparisonem elegantissimam ecclesiae cum corpore humano e uariis membris compacto, quae exsequendis negotiis inferuiunt admodum diuersis quidem, sed ad incolunitatem hominis pariter necessariis, ostendit Apostolus, multiplici charismatum genere opus esse in ecclesia, nec ullum eorum contemnendum esse, quandoquidem omnia Spiritus sancti dona, suo quoque modo, insignem utilitatis fructum praebeant ecclesiae.

13. καὶ γὰρ — ἐβαπτισθήμεν) Nam omnes unius eiusdemque Spiritus dona largissima accepimus, ut unam efficeremus societatem. Magna lectionis uarietas suadere coniecturam posset, Apostolum simpliciter scripsisse ἐν ἐνὶ πάντες εἰς ἐν ἐβαπτισθήμεν, quam ellipsin uarie suppleuerint. Est haec sententia S. V. Noesselti in disp. ad hunc Pauli locum, omnino hic conferendi. Vid. eius opuscula, Fasc. I. p. 215. sqq. edit. II. Ἐν πνεύματι βαπτισθῆναι de communicatione charismatum intelligendum esse, non autem de baptismi sacramento, patet ex Act. I, 5. coll. II, 1. sqq. X, 45. XI, 16. καὶ πάντες — ἐποτίσθήμεν) De lectionis uarietate cf. Noesselt, l. c. qui uerbum ποτίσθῆναι recte, ut mihi quidem uidetur, de iisdem charismatibus explicat, ad quae cum uniuerso orationis contextu superior sententia est referenda. Nam *effundendi* notio ad omnia refertur, quae a Deo copiose nobiscum communicantur, Rom. V, 5. Act. II, 17. E quo intelligitur, uerbum ποτίσθῆναι, *bibere, irrigari, imbui*, eodem modo accipi posse. Hoc sensu planissime dicitur Io. VII, 37. ut u. 39. coll. cum Act. II, 17. sq. aliisque similibus locis docet. Ἐἰς ἐν πνεῦμα, pro

ἐν ἐνὶ πνεύματι, uel etiam ita explicari possunt haec uerba, ut magis fructum s. effecta, quam charismata ipsa significant, in unum Spiritum, sensum, animum, ut eodem animo et sensu coniuncti simus in unam societatem. Πνεῦμα enim nunc uidetur esse animus, mens, sentiendi ratio. Videtur tamen in hoc altero membro idem repeti aliis uerbis, quod in membro priori dictum erat, omisso sic. *Omnes uno Spiritu, (dona uarie distribuyente) imbuti sumus.* Ἐν πνεύμα, pro ἐνὶ πνεύματι.

14. καὶ γὰρ — πολλὰ) Non unum aliquod membrum, quamuis excellens, facit corpus, sed cuncta simul. Simili apologo, quo Paulus hic utitur, et alii olim oratores usi esse leguntur, ut intestinas diffensiones et iras plebis in magistratus reprimerent. Lege inprimis *Liuium* II, 32. Reprehendit nempe Apostolus uanitatem et superbiam Corinthiorum, qui propter dona eximia sibi diuinitus concessa, sese supra alios, non ita magis donis exornatos efferebant.

15. 16. Praeter citatum *Liuii* locum confer *Senec.* de Ira II, 31. *Dionys. Hal.* VI, 86. *Aur. Victor.* de Viris Illustr. 18. Et *Aesopus* apud *Maximum Tyrium* in dissertatione pro uita actiua, pedem inducit querentem de onere, et id destituere uolentem. Significat, non debere minores inuidere maioribus. In hac similitudine manus refertur ad ἐνεργήματα, auris ad γλώσσας, oculus ad γνώσιν et προφητείαν. Ὅχι ἐμὶ ἐκ τῆ σώματος, non sum pars corporis. Post uerba: ἐκ παρὰ τῆτο ἐκ εἶν ἐκ τῆ σώματος tollendum uidetur signum interrogandi; nam propter duplicem negationem

tionem uerti debent: *tamen omnino est pars corporis.*  
 Παρὰ rarissima significatione hic ponitur pro δὲ.

17. Simili modo *QUINTILIAN. VIII, 5. Sed neque oculos esse toto corpore uelim, ne cetera membra suum officium perdant.*

18. οὐκ δὲ — ἡθέλησεν) καθὼς ἡθέλησεν, suo loco et ordine. *Quintilian. VII, 1. Et, si quam in corporibus nostris aliorumue animalium partem permutes et transferas, licet habeant eadem omnia, prodigium fit tamen.* Vel, καθὼς ἡθέλησες, prout illi uisum est, dedit unicuique membrorum sua propria munera.

19. εἰ δὲ ἦν — σῶμα;) Cicero Offic. III. *Si unumquodque membrum sensum hunc haberet, ut posse putaret se ualere, si proximi membri ualetudinem ad se traduxisset, debilitari et interire totum corpus necesse esset.* Sic Corinthiorum rem sacram publicam consistere non posse, Apostolus ait, si omnes omnia habere, et tantum praeesse pariter uelint.

21. εἰ δύναιται — χρεῖαν ὑμῶν ἔκ ἔχω) Manus alimenta praebet corpori, in quo est oculus, et caput pedibus eget, *et si caput non pedes imperent,* ut apud Spartianum Seuerus loquitur. Sic non debent, qui minores sunt, a maioribus contemni.

22. ἀλλὰ πολλὰ — ἀναγκαῖά ἐσσι) Ἀσθενείας εἰς α hic sunt partes corporis medio collocatae, quas statim uocat ἀσχημόνα et ἀτιμότερα. Has et si ceteris *abiectiones,* non minus tamen reliquis esse *necessarias* ait, nempe ut homo uiuat. Sic c. c. uiscerum tanta est necessitas, ut sine iis homo uiuere

non possit, possit autem amputata manu etc. *Artemidorus*, I, 46. τὸ ἀειδοῖον — ἀναγκαῖον τε καλεῖται, καὶ ἀνάγκης ἐστὶ σύμβολον. Egregius locus est ap. *Cicer.* de offic. I, 35. dignus quī hic conferatur.

23. καὶ ἃ δοκῶμεν — περιτίθεμεν) Pro: καὶ τοῖς μέλεσι τῆ σώματος, ἃ δοκῶμεν (i. e. δοκῶσι) ἀτιμώτερα εἶναι, τέτοις κ. τ. λ. Τιμὴν, hic honorem amictus intellige. *Eas partes corporis, quae nobis uidentur minus honoris habere, (unanständig) tegumentis pluribus circumpositis ornamus; ut uentri, et iis quae sub uentre, damus tegmina.* καὶ τὰ ἀσχήμονα — ἴχει) *Et partes quae non decore aspiciuntur, uestibus studiosius uelamus.* Τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν sc. μέλη, partes, turpem ac deformem aspectum habentes, ut Cicero loquitur de Offic. I, 35. *turpia ac uilia membra.* Senec. de Benef. VII, 2. His membris eum honorem exhibemus, ut ea remoueamus ab oculis hominum, ut ea occultemus tanquam mysteria.

24. τὰ δὲ εὐσχήμονα ἡμῶν ἢ χρεῖαν ἴχει) *Membra autem in quibus species honesta est non opus habent* sc. tegi, ἵνα αὐτοῖς τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν. *Facies, quae in homine pulcherrima, non tegitur non absconditur, pater omnibus, sicut templi extima.* ἄλλ' ὁ θεός — δὲς τιμὴν) i. e. *Ita sapienter corpus temperauit, ut membra, in quibusdam causis posthabenda, in aliis nobiliora faceret; eorum enim conseruatio cum ualetudine corporis et uitae nostrae conseruatione arctius est coniuncta.* Τῷ ὑπερῷοντι, *naturali decore insignito minus: tales partes inferiores illae.* Seneca de Ira II, 1. *Vitalia, minime speciosa, prius dormantur.*



25. ἵνα μὴ ἢ σχίσμα ἐν τῷ σώματι) i. e. *Ne ullae partes negligenterentur a corpore.* Est figurata locutio in uoce σχίσμα, et Paulus de corpore naturali ut de politico loquitur. ἀλλὰ τὰ αὐτὰ — τὰ μέλη) τὰ αὐτὰ, i. e. κατὰ τὰ αὐτὰ. *Sed potius omnia membra pariter ad totius corporis commodum et conseruationem suas functiones conferant.* Nam alioqui figillatim non omnia idem curant, quum aliud sit manus, aliud oculi, aliud pedis officium. Vide *Menenii Agrippae* fabulam ap. *Liuium*, II, 32.

26. ἴτε δοξάζεσθαι ἕν μίλος) Δοξάζεσθαι hic est *lautius habetur*, sicut fieri solet iis, quos honoramus. Recte illustratur per προτιμᾶται, ut *Symmachus* reddit 1 *Sam.* II, 29. quod LXX. ἐδόξασας.

27. ὑμεῖς δὲ ἐσε σῶμα χριστοῦ) Logice. Meminisse semper debetis, uos esse corpus Christi, et sic agere debere, ut Christi corpus per uos succrescat et augeatur. καὶ μέλη ἐκ μέρους) i. e. *Singuli membra estis; ἐκ μέρους* pro δι κατὰ μέρος, suppressis articulis. *Bengelius*: *ex parte*, quia non soli Corinthii, sed et *Romani* etc. sunt corpus Christi. Alii aliter.

28. καὶ ἕς — ἀποβάλλας) Ἐθετο, *constituit.* *Hefychius*: Ἐθεκεν, ἐποίησεν. Idem alibi θεῖται, ποιῆσαι. *Apostolus*, nempe eminenter sic dictos, a Christo in id uocatos, ut prima ecclesiarum fundamenta iacerent. δεύτερον προφήτας) De Prophetis cf. annot. ad *Rom.* XII, 6. Apostolis eos honore proximos fuisse, patet etiam ex *Eph.* IV, 11. τρίτον διδασκάλους) Qui alibi ποιμῆνες uocantur, episcopi uel presbyteri, peculiaribus coetibus praefecti, qui docebant,

et sacras litteras V. T. explicabant. *ἔπειτα δυνάμεις*) Illi, quibus Deus concessit facultatem miraculorum. More hebraeo abstractum pro concreto. Vid. supra u. 10. *χαρίσματα ἰαμάτων*) Qui morbos sanandi potestatem acceperunt. Iterum abstractum pro concreto. *ἀντιλήψεις*) Auxilia; munera alios iuuandi. Abstracto posito pro concreto, intelligendi sunt adiutores, Diaconi nempe, et qui pauperibus, peregrinis, aegrotis, mortuis procurandis praeerant. *κυβερνήσεις*) Gubernatores, forte rerum oeconomicarum, in Agapis, legationibus etc. Sed incerta haec sunt, quia lux historiae nobis deest.

29. 30. *μὴ πάντες* — *διερχομένους*) Fieri non potest, ut omnes unam eandemque prouinciam gerant. Non omnia possumus omnes.

31. *ζηῶτε* — *κρίττοινα*) Ambite, exercitate, agite id, ut uobis acquiratis, (et precibus a Deo efflagitate) *utiliora dona*. Hesychius: *Ζηῶ, μιῶ, μεταδίωκα*. Τὰ *κρίττοινα* sunt, unde maxima ecclesiae utilitas redundet. Qui inter uos linguis loquuntur, sese efferunt cum contemptu aliorum; se aliis praestare existimant, alij uero illis inuident. Haec aemulatio uitiosa est. Illos potius praeferte, quorum dona ecclesiae sunt utiliora; id aemulamini, quod in uestra potestate est, ut alter alterum charitate uincat. *καὶ ὅτι* — *δείκνυμι*) Sed amplius tutissimam uiam uobis monstrabo. *καθ' ὑπερβολὴν ἴδδου*, i. e. τὴν καθ' ὑπερβολὴν ἔσαν ἴδδου, *uiam optimam, tutissimam*. Ostendam uobis, qua ratione unus alterum uincere possit ac debeat.

## CAP. XIII.

1. **E**άν — ἀγγέλων) i. e. Si omnium gentium linguis loqui possim. De lingua Angelorum disputare non opus est. Iam graeci quidam interpretes agnouerunt *hyperbolen*; et notum est, saepe quicquid in suo genere est elegans et eximium uocari *angelicum*: sic et lingua angelorum quasi praestantissima describitur. Paulus ideo hoc dicit, quia multi, qui id donum acceperant, eo non modeste utebantur: nimium sibi placebant prae ceteris, quum tamen id donum non sit datum ostentationis causa, sed ad utilitatem aliorum. ἀγάτην) *Benevolentiam*, studium aliorum commodis pro uiribus inferuendi, *Wohlwollen*. Sic accuratius uertitur uox ἀγάπη, quam per latinum *amor*, qui omnium erga omnes nec est, nec esse potest. γέγονα χαλιδος ἡχώων) *Essem similis tubae sonorae*. Virgil. Aen. IX, 503. at tuba terribilem sonitum procul aere canoro increpuit. III, 240. dat signum specula Misenus ab alta aere cauo. ἡ κύμβαλον ἀλαλάζον) *Cymbalum tinniens*, i. e. inconditum et confusum sonum edens. Hoc uult Apostolus: Si facultate peregrinis linguis loquendi omnium maxime excellam, sed benevolentia in alios destituar, illa tamen facultas *meae* saluti non magis conducit, quam aera sonando *ipsa* iuuantur; ἕδὲν ὠφελεῖμαι, ut statim u. 3. proprie dicitur. Eleganter et argute Paulus doctores Corinthiacos, qui dono linguarum gloriabantur, sed caritate destituebantur, tubae et cymbalo comparat. *Cleanthes* ap. *Diogenem* L. de Peripateticis VII. 173. ἔλεγε δὲ καὶ τὰς ἐκ τῆ περιπάτου δμοιον τι πάσχειν ταῖς λύραις, ἢ καλῶς φθεγγάμεναι αὐτῶν ἐκ ἀκύβησι. *Diogene* VI. 64. τὰς λέγοντας μὲν τὰ σπυδαῖα, μὴ ποιῶντας δὲ, ἔλεγε

μηδὲν διαφέρειν κιδάρας, καὶ γὰρ ταύτην μήτε ἀκίειν, μήτε ἀισθάνεσθαι.

2. προφητείαν) *Facultatem docendi, et Scripta Prophetarum interpretandi.* c. XIV, 3. Alii intelligunt facultatem futura praedicendi, propter ea quae statim sequuntur. Sed aliud donum esse uidetur illud εἰδέναι τὰ μυστήρια πάντα, nosse ea, quae sine reuelatione diuina hominibus sunt incognita. Καὶ εἰδῶ, ita ut cognoscerem etc. Poterat aliquis habere donum prophetiae, et nihilominus pietatem et salutem amittere, Matth. VII, 22. καὶ εἰάν — μωκισάνειν) Est prouerbialis locutio *montes transferre*, i. e. res plane stupendas efficere. Cf. Matth. XVII, 20. εἰδέν εἰμι) Nullo apud Deum ero in pretio ad consequendam uitam aeternam.

3. καὶ εἰάν ψωμίσω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου) *Et si insulam alendis egenis omnes opes meas.* Ψωμίζειν proprie est *cibum in os indere.* Porphyr. de Abst. III, 23. columbae ψωμίζουσι τὰ νεόττικα. Galenus de Compos. Medic. per partes corp. VI. extrem. ἐπὶ μὲν τῶν βρεφῶν, ὅσα ψωμίζουσιν δι τροφῶν. Hic uero significat in aliorum usum bona auidissime impendere. Si uero id sine ingenua in alios beneuolentia, si tantum ex consilio et studio honoris cuiusdam adipiscendi fiat, negat Paulus aliquem eo nomine aliis praestare. καὶ εἰάν — καυθήσωμαι) *Si tradam corpus meum, ut comburam.* Fieri potest, ut quis Christi nomen professus, in ignem se conici patiatur, et tamen careat amore in Deum et alios; si nempe id faciat tantum ex pertinacia et uano gloriae magnique nominis studio, quod fecit Calanus, et multo post Peregrinus Philosophus.

Adeo

Adeo apud Deum res istae ex proposito magis quam ex facto aestimantur. Schulzius: Si traderem corpus, ut mihi stigma inureretur. Wenn ich meinen Leib brandmarken ließe, um ein Leibeigener zu werden. Nescio an recte. Nam locus Apocal. IX, 4. quem conferre iubet Vir Cel. huc non pertinere videtur. Stigma uero feruis ob delictum granius inurebatur, quantum equidem scio. ἴδεν ὠφελῆμαι) Nempe ad praemium coeleste.

4. ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ, χρησεύεται) Ἡ ἀγάπη hic et in sequentibus, abstr. pro concreto, homo hac uirtute praeditus. Μακροθυμεῖ, magnanimus est talis homo, ut antiquiores latini reddunt. Spectatur autem etiam magnus animus praecipue in eo, ut non rependat iniurias et mala nobis ab aliis illata. Χρησεύεται, ipsa irae opposita uirtus, comitas, suauitas erga homines eos, qui nos laeserant. Vtrumque Rom. II, 4. Deo tribuitur; nec enim unum sine altero locum suum habere in animo nostro potest. ἔζηλοῖ) Non inuidet. Hesychius: ζηλοῖ, φθονεῖ, ἐρίζει, μισεῖ. ἔπερπερεύεται) Non se ostentat, non gerit se insolenter uerbis factisque, non contemnit et insectatur alios. Cic. ad Atticum I, 14. Dii boni! quomodo ἐνεπερπερευσαμην nouo auditori Pompeio? ubi ἐμπερπερευσαθαί est laudibus seipsum efferre, et ostentare. Glossarium: perperam ago, περπερεύομαι, προπετεύομαι, perperus, τίρπερος, προκοτῆς, uanus, κέρπερος. Etymol. M. κέρπερος ὁ φλυαρὸς — ἔθεν καὶ περπερεύεται, ἀπὸ τῆς μεταίωται, ἀτακτεῖ, κατεκαίρεται μετὰ βλακειᾶς ἐκαιρέμενος. ἔφουσιῖται, non effert se animo, ita ut alterum qui minora dona accepisse uidetur, posthabeat.

5. ἐν ἀσχημονεῖ) *Non indecore agit; cauet quicquam agere, quod uel opinione hominum turpe fit.* ἐ παροξύνεται) *Non acuitur, i. e. irritatur.* Difficile est nunquam irasci. Sed hoc ingenium est eorum, qui homines diligunt, ut non modo sine causa non irascantur, sed et in iusta commotione modum seruent. ἐ λογίζεται τὸ κακόν) i. e. ἐ μνησικακοῦ, non refert in rationes peccata aliorum, ut illa exprobet. Gen. I., 20. Pl. XXXV, 4. Zach. VIII, 17. *Hesychius: λογίζεται, φημίζεται.* Ita sensus esset: *non diuulgat malum.* Chrysoft. tamen: ἐχ ὑποκτεῖσι.

6. ἐ χαίρει — τῇ ἀληθείᾳ) *Non applaudit male agentibus, sed bene agentes approbat, uel potius: non gaudet, quum alios errare et uitiose agere uiderit, sed quum eos recte agere compererit.* Ἡ ἀλήθεια, quum opponitur τῇ ἀδικίᾳ est *uera uirtus, Rechtschaffenheit*, ut supra V, 8.

7. πάντα σεῖν) *Fert, uel secundum alios, tegit, cauet aliorum ignominiam, Prou. X, 12.* *Fert, quae ferri ullo modo possunt, uel tegit, quae salua conscientia tegi possunt.* Solent uoces uniuersales restringi ex materia subiacente. *Storrius: (p. 32. not. 57.) Amantes omnia sustinent; a commoditate, qua iure suo frui poterant, lubenter aliorum causa se abtinent,\* uariamque molestiam subeunt.* Cf. cap. IX, 12. πάντα πισεύει) *Mauult credere, quae credita nihil nocent, quam temere aliquem mendacii damnare, Semlerus: omnia efficere se posse credit.* πάντα ἐλπίζει) *Non facile de quoquam desperat, quin ad meliorem frugem uenire possit.* Πάντα ὑπομένει, *omnia (bona) expectat.*

Nam

Nam ὑπομένειν h. l. de *expectatione* capiendum esse uide-  
tur, ut Pf. LIX, 9. LXIV, 3. CVI, 3. *Storrius* (l. c.)  
Amantes (s. qui beneuolo in alios animo sunt,) non pessima  
quaeque, sed optima *credunt*, (πιστεύει) quumque res et  
ueritas non patitur bene existimare, meliora certe *sperant*,  
(ἐλπίζει,) quumque spei non confestim satisfit, optima quae-  
que *expectant*, (ὑπομένει) h. e. spem non statim abiiciunt,  
sed meliora patienter praestolantur.

8. εἰδέποτε ἐκπίπτει) Hebr. **לֹא יָפִיץ**, *nunquam cessat*,  
*nunquam usu caret*. Theophylactus: εἰ διαλύσεται, εἰ δια-  
κόπτεται, εἰδέποτε παύεται, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι μένει,  
τῶν ἄλλων ἀπάντων κατηργημένων. εἴτε δὲ προφητεῖαι) Nempe  
alicui obtigere. Προφητεῖαι, *reuelationes*. Cf. XIV, 1.  
κατηργηθήσονται) *Desinent*, sc. (ut nonnulli explicant) iam  
in hac uita, si tempora mutantur, si conuersiones rerum  
humanarum, Iudaicarum praecipue, contigerint, de quibus  
istae prophetiae iam explicantur. Alii haec et sequentia  
ad uitam aeternam referunt. εἴτε γνώσις, καταργηθήσεται)  
Plerique ad beatam uitam sic referunt, ut Paulum dicere  
existiment: imperfectio scientiae *in altera uita* cessabit,  
succeedente cognitione perfecta. Semlerus uero haec ad  
h. l. annotat: „Sicut haec γνώσις, de qua Paulus loquitur,  
tantum erat *pauciorum* ministrorum facultas: ita si haec  
cessatura est, nihil ad alios omnes homines pertinet. Ratio,  
cur cessabunt ista ministeria, locum habet iam in hac ho-  
minum uita; quia mutabitur ille Iudaicarum rerum status,  
qui ἐνοίας et opiniones hellenisticas aliquamdiu secum fere-  
bat. Elapso tempore quodam, perspicientur meliora alia;  
atque tum illa omnis γνώσις cessabit, ut cessabant discipulo-  
rum

rum Christi praeiudicia, post historiae claram lucem.“  
Sed ob comma 12. priorem sententiam praefero.

9. ἐκ μέρους) i. e. μερικῶς, imperfecte. Syrus uertit:  
*Parum ex multo.* Potest etiam explicari: *Unum post  
aliud cognoscimus.* καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν) Pauca  
sunt, de quibus dantur prophetiae, et eas ne prophetae  
quidem ipsi plene intelligunt, nisi post euentum. Sem-  
ler: „Prophetiae facultate sic utimur, ut partem aliam  
post aliam impleri et effici commonstremus. Possent etiam  
sic intelligi: Imperfectum est studium nostrum, docendi  
alios, quod a Deo sumus edocti. De uerbo προφητεύειν  
cf. infra c. XIV, 1. 3. 4.

10. τὸ τέλειον) *Vita illa perfectior*, quae αἰὼν τετελειω-  
μένος Hebr. VII, 28. Semler: „Postquam perfectior rerum  
diuinarum et spiritualis cognitio locum habuerit, desinet  
illud omne studium explicandi prophetias, quod per partes,  
ἐκ μέρους, in ista minori perfectione mentis locum habuit,  
Sed πίστις, ἐλπίς, ἀγάπη semper manent, quaecunque rerum  
humanarum conuersiones fiant etc.“

11. ὅτε ἤμην — ἐλογιζόμην) Similitudine rem illustrat,  
qua et *Maimonides* utitur. Alius est sermo, alia studia,  
alii rerum conceptus pueris, alia haec uiris. Ἄνδρ, *uir  
plena aetatis.* Seneca Epist. 27. *Clamo mihi ipse:  
numera annos tuos; et pudebit eadem uelle, quae uolueras  
puer, eadem parare.* κατήργηκα τὰ τῶ νηπίου) i. e. ser-  
monis uitia correxi, studii rebus maioribus, res ipsas intel-  
lexi clarius. Deest apodosis, hoc modo supplenda: Sic  
etiam in altera illa et perfectiore uita cessabunt multa  
rerum



rerum diuinarum studia, quae ad tempus erant necessària, in eorumque locum perfectior Deum et res diuinas cognoscendi modus succedet.

12. βλέπομεν — ἀνίγματι) *Nunc cognoscimus* (Deum resque diuinas) *tanquam per lapidem specularē, obscure.* Βλέπομεν, i. e. γινώσκουμεν, quo uerbo statim utitur. Dixit autem βλέπομεν ob uocem ἑσόπτρου. Est autem ἑσόπτρον lapis specularis, ex quo antiqui fenestras habuerunt, pellucidas quidem, sed, si cum nostris uitreis conferantur, multo obscuriores. *Plin. Hist. nat. III, 4. metallis plumbi, ferri, aeris — tota fere Hispania scatet: citerior et specularibus lapidibus. XXXVI, 45. postferendos omnes tamen Hispaniae et Cappadociae molissimis et amplissimae magnitudinis, sed obscuris.* Ἐν ἀνίγματι, hebr. כְּחִירָה i. e. ἀνίγμα-  
 τικῶς, *obscure*, additur dilucidioris explicationis causā. Locutio desumpta est ex Num. XII, 8. τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον) Sc. βλέφομεν, *clare et perspicue cognoscemus.* Cf. Exod. XXXIII, II. Pro eo Paulus dixit διὰ ἑίδεος 2 Cor. V, 7. τότε — ἐπεγνώσθην) *Tum uero cognoscam pro cognitione qua imbutus fuero.* Ἐπεγνώσθην, (ut Dan. Heinsius scite obseruat,) est pro ἐπιγνωσθήσομαι, illud, pro ἐπιγνωρισθήσομαι. Γνωρίζω autem erit γήθη, *cognitione imbuo.* Cf. supra c. VIII, 3. Sensus huius loci igitur est: *Nunc ex parte cognosco; imperfecta est mea rerum diuinarum cognitio; tum uero, (in altera illa uita) cognoscam Deum et res diuinas pro cognitione qua imbuet me Dominus.* Alii explicant sic: *Tunc uero exacte nouero modum per quem Deus mundum gubernauit, et salutem hominum procurauit, sicut ego notus sum, Deo sc. qui mea consilia et cogitata exacte*

exacte nouit. *Semlerus*: ἰτεγνώσθην, nempe ab aliis; longe aliter de me sentient, quam iam quidem multi solent.

13. νυνὶ δέ — ἀγάτη) Νυνὶ, iam nunc, (et in posterum) i. e. in hac uita. Licet reliquae dotes uelut inutilis cessaturae sint, satis iam confirmata fide, cui propagandae ac stabiliendae seruiunt illae, tamen interea manent *fides*, spes et in alios homines beneuolentia. Haec tria semper omnibus Christianis manent necessaria, licet multa alia subinde mutantur. μείζων δὲ τούτων ἢ ἀγάτη) Ob maiorem usum, quia proximo plus prodest, quam fides et spes per se; nam nec fides nec spes sine charitate aliorum utilitatem promouent. Alii hanc rationem reddunt: quia in uita aeterna fides et spes cessabit, amor uero manebit.

## CAP. XIV.

I. Διώκετε τὴν ἀγάτην) Cohaeret cum superioribus. Quam tanti sit dilectio, omnino efficite ut eam habeatis. ζηήσατε δὲ τὰ πνευματικὰ) Sc. χαρίσματα, Operam date donis excellentioribus, exercitate facultates quibus instructi estis. Sicut δι πνευματικοὶ c. XII, I. erant doctores aliique homines per Dei Spiritum edocti, sic nunc τὰ πνευματικὰ sunt dona illa quibus instructi erant illi homines ad docendum, et in publicis conuentibus aliquid ad communem utilitatem dicendum. Recentiores nonnulli interpretes solum donum linguarum intelligunt, sine idoneis rationibus; nam hoc ipso commate etiam τὸ προφητεύειν ad τὰ πνευματικὰ refertur. Fortassis Pseudapostoli Corinthienses Petri et Iacobi excellentiam a dono linguarum ita commendabant, ut hac doni lingua-

linguarum inuidiosa admiratione Pauli amantibus occasionem darent ad *huius praeicipue* doni exercitationem urgendam. Monet igitur Apostolus esse aliud etiam donum, huic praeferendum, nempe προφητείαν. μάλλον δὲ ἵνα προφητεύητε) *Maxime uero, ut Deo pleni ad dicendum in ecclesia procedere possitis.* μάλλον, προ μάλιςα, *maxime, praeicipue uero.* Προφητεύειν, *diuini spiritus impulsu docere, cohortari, consolari,* ut patet ex comm. 3.

2. ὁ γὰρ λαλῶν — τῷ Θεῷ) *Qui enim profert aliquid in lingua peregrina, non homines (illam linguam non intelligentes) sed Deum alloquitur.* Γλώσσα, supple ἑτέρα, *peregrina, incognita illis qui dicentem audiunt.* λαλεῖν γλώσσῃ est differere de rebus diuinis et ad religionem pertinentibus in lingua peregrina. Sic qui Corinthi arabice uel syriace in conuentibus sacris precabatur, uel Dei laudes canebat, ἐλάλει γλώσσῃ. Consueuerunt autem Christianorum orationes extranea lingua habitae uersari in laudibus Dei, (infra u. 15 — 17.) et precibus, u. 14. aliaue qualibet materia, quum alias λαλεῖν significet *docere, erudire.* Aliam interpretationem phraseos γλώσσῃ λαλεῖν tentauit Cl. Bardili in commentatione *de significato primitiuo uocis προφήτης ex Platone eruto, cum nouo tentamine interpretandi 1 Cor. XIV.* Goettingae 1786. 8. cui in multis adstipulatur Cel. Eichhornius in der Allgem. Biblioth. der bibl. Litterat. T. I. λαλῶντα γλώσσῃ intelligit hominem, lingua in ora sita loquentem sic, *ut nullos distinctos sonos efficiat.* Contra hanc sententiam multa monuit Ven. Storrius, in libro saepe laudato p. 43. sqq. Ven. Doederlein in Bibl. theol. Tom. IV. p. 222. sqq. donum

Tomus IV. M linguarum

linguarum interpretatur de facultate conficiendi et canendi hymnos et Psalms hebraicos, rara illis temporibus. Sed huic ceteroquin ingeniosae sententiae repugnare uidetur Act. II, 8—II. Quid nobis de hoc dono uideatur, diximus ad Act. II, 4. Sed ut redeamus ad nostrum locum, dicit Paulus: Qui in lingua audientibus incognita, λαλεῖ, precatur, uel Deum laudat, is ἐν ἀνθρώποις λαλεῖ ἀλλὰ τῷ θεῷ) Nihil prodest eius oratio aliis, nempe nisi adsint eiusmodi linguae homines. Deo loquitur, i. e. Deum solum habet conscium, uel etiam: laudes Dei celebrat. ἕδεις γὰρ ἀκούει) *Nemo enim intelligit.* Ἀκούειν *intelligere*, ut ὕψω saepe Hebraeis. Loquitur Paulus de eo, quod plerumque fiebat; erat enim rarum, ut adessent peregrini. πνεύματι δὲ λαλεῖ μυσήρια) *Animo* (menti et intellectui aliorum) *profert arcana*, plane incognita. Πνεῦμα, *animus, mens.* Supple τῶν ἀνθρώπων, eorum hominum qui adsunt, nec illam linguam peregrinam intelligunt; ex precedenti ἀνθρώποις. Πνεύματι h. i. idem esse quod modo γλώσση, ut recentiores nonnulli uolunt, non admittit loquendi usus. Μυσήριον Paulo semper est, *quod aut fuit aut est occultum, ignoratum.*

3. ὁ δὲ προφητεύων — παραμυθίαν) Hinc patet ueram esse notionem uerbi προφητεύειν, quam u. i. notauimus. Quicquid promouet hominis cognitionem salubrem, et pietatis usum, dicitur δικοδομεῖν. Generis nomen, δικοδομεῖν, in species dispertit. Prodest homo diuino spiritu afflatus cohortando ad pietatem, (παράκλησις) et solando afflictos, (παραμυθία.)

4. ἑαυτὸν δικοδομεῖ) *Sibi priuatim uni prodest*; sentit enim intra se uim Christi, et operationem diuinam.

ἐκκλησίαν

ἐκκλησίαν τιμοδομεῖ) Vniuerso coetui prodest, adhortationibus, consolationibus, sancti spiritus afflatu prolatis.

5. θέλω — γλώσσαις) Θέλω, pro θέλωμι, uelim, ut Rom. VII, 16. et alibi. Ostendit se pariter affectum, ut olim Moses, Num. XI, 29. μέλιτων) i. e. Ecclesiae, utilior, ut supra XIII, 13. ἐκτός ἐι μὴ διαρμευῆ) Duplex negatio pro una etiam apud Profanos Scriptores saepe occurrit, ut exempla apud Wetstenium, ostendunt.

6. γλώσσαις λαλῶν) Nempe sine interpretatione. εἰ μὴ μὴ ὑμῖν λαλήσω ἢ ἐν ἀποκαλύψει) Varie h. l. explicatur. Videtur post τί ὑμᾶς ὠφελήσω ponendum esse signum interrogandi, et supplendum: Plane nihil utilitatis a me ad uos redundabit, nisi etc. Λαλήσω ἐν est Hebraismus, pro: λαλήσω ἀποκαλύψιν. Est autem h. l. ἀποκάλυψις reuelatio de rebus futuris, uel fati ecclesiae. ἢ ἐν γνῶσει — διδαχῇ) Γνωσις, cognitio amplior et perfectior rerum diuinarum, ut supra XII, 8. Προφητεία, Adhortationes, consolationes, preces etc. diuini spiritus impulsu factae, ut u. I. Διδαχῇ, doctrina de officiis et uirtutibus Christianorum. Intelligimus ex his, quanam illa fuerint, quae isto tempore praecipue in conuentibus publicis sint proposta. Bene *Storrius* (p. 49. not. 95.) huius commatis sensum expressit sic: Si, uenturus ad uos, ita uobiscum uersari uellem, ut peregrino et incognito uobis sermone uterer, quam quaeso utilitatem allaturus uobis essem, si, inquam, de iis quae dicere haberem, non uobis, i. e. cognita uobis lingua loquerer, neque spectarem *Corinthios*, inter quos uersarer, sed tanquam cum *Arabibus* agerem.

7. ὅμως — δίδοντα) *Quin etiam instrumenta musica sensu carentia.* Illustrat rem exemplis ex uita humana petitis. Ὁμως, etiam, quin etiam, similiter. Sic ὅμως paroxytonon interdum esse uertendum, patet exemplis Profanorum a Kypkio notatis. εἰάν διασολὴν τοῖς Φθόγγοις μὴ δῶ) *Nisi distinctos sonos edant,* i. e. harmonicos secundum artem musicam compositos, qui certis harmoniis ac modulis testentur aut cantionis argumentum, aut effectum, quo uocat cantio. ὡς γνωσθήσεται — κισαριζόμενον) *Quomodo dignoscetur, quale sit, quod cithara tibiaue canitur,* laetum an lugubre? In comoediis, tragoediis, ad coenam et uinum, solebant usitati modi tibiis aut citharis efferi. Iam si quis inconditos et barbaros sonos ederet, audientibus nihil significabat, quo ad saltandum etc. ducerentur. Simillime igitur habet, si quis quantumuis alta uoce, aut lugubri, laeto sono peregrinae linguae uratur; nemo intelligit, utrum laetandum an lugendum, canendumque ipsi sit.

8. καὶ γὰρ — δῶ) *Sic et tuba, si uocem incertam dederit,* non ipso cantu distinguens, utrum proelium iniri iubeat, an receptui canat. Varius fuit clangor tubarum, quo Iudaei, Graeci, Romani etc. classicum significabant; notus tamen fuit ordo et modus sonorum. Καὶ γὰρ, namque etiam, ut alio exemplo confirmetur. τίς παρασκευάσεται εἰς πόλεμον;) *Ἐὶς πόλεμον,* i. e. εἰς μάχην. Quis classicum cani intelliget, atque ad pugnam ineundam parabitur? Nihil referet, tuba clangere, quum miles non intelligat quo uocetur.

9. διὰ τῆς — δῶτε) *Nisi lingua* (peregrina loquentes) *sermonem edideritis perspicuum*, εὐσημον λόγον, sermonem bene significantem, i. e. perspicuum iis qui adsunt, aut eorum plurimis. πῶς γνωσθήσεται τὸ λαλλόμενον;) i. e. Quomodo percipi poterit ab aliis, quid sit, de quo uos uerba feceritis? Hoc uult Apostolus: Si uobis per linguam peregrinam uerba facientibus nemo nunc adsit, eiusdem linguae societate coniunctus uel sermonem extraneum intelligens ceterisque interpretans; qui sermo uester intelligi poterit? Ventis nimirum uerba profundetis.

10. τοσαῦτα — κέσω) *Tot nempe genera linguarum sunt in mundo*. Εἰ τύχοι, *nempe*, uel, ut alii: *exempli causa*. φωνή, *lingua*, e. g. graeca, hebraica; de hominum enim linguis loquitur, ut mirum sit, quum illa significatio non sit inuitata, aliquos tamen de animalium et auium uocibus cogitasse. καὶ ἔδεν (γένος) αὐτῶν ἄφωνον) Sc. ἐστίν. *Et nullum eorum significatione caret*. Ἄφωνος, i. e. ἀδηλος, obscurus, incondito sono constans.

11. τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς) *Vim et potestatem*, significationem *linguae*, qua utitur alius loquens mihi. Δύναμις *significatus*, ualorem etiam dicunt quidam latino nomine; δύναται saepe in scholiis graecis pro *significat*. ἔσομαι τῷ λαλῶντι βάρβαρος) Βάρβαρος, h. l. cuius ignotum et peregrinum est idioma, qui nec intelligit loquentem, nec ipse intelligitur loquens aliis. Herodot. II, 158. βάρβαρος δὲ πάντας δι' αἰγύπτιοι καλέσει τὸς μὴ σφισι δημογλωσσῶς. Ouid. Trist. u. 10. Barbarus hic (in Ponto) ego sum, quia non intelligor ulli: et rident stolidi uerba Latina *Serae*. Sensus est: Ille, qui mihi loquitur, perspiciet;

nihil omnino me moueri ipsius oratione, quaestione, reprehensione. καὶ ὁ λαλῶν ἐν ἑμοὶ βάρβαρος) Ἐν ἑμοὶ, ἀπὸ me, uel ἐν ἑμοὶ pro μοι, ut ἐν redundet hebraico more, sicut in ח, ו. Deest ἐν in nonnullis, sensu manente eodem. *A me pro barbaro habebitur loquens.* Illustrat igitur Apostolus rem quam tractat alio exemplo. Nam comm. IO. II. sensus est hic: Multa sunt linguarum genera, quorum nullum significatione caret. Si quis uero inter barbaros lingua uersatur, non magis cum istis barbaris conuersari poterit, quam si uacui utrinque soni ederentur, non quod cussi sint alterius utrius linguae soni, sed quod neutra pars externi sermonis uim et significatus capiat.

12. Ἔτω καὶ ὑμεῖς) Quidam haec connectunt cum praecedentibus, ut hic uersiculus incipiat ab ἐπεὶ, sitque haec sententia: *Ita et uos; sic uobis etiam eueniet;* nempe barbari eritis inter uos, si incognita lingua inter uos utamini. Aliis ἔτω h. l. significat propterea, ἵνα. ἐπεὶ — πνευμάτων) i. e. ἐπεὶ ζητεῖτε χαρίσματα πνευματικὰ, quoniam tantopere quaeritis dona Spiritus. Πνεύματα, abstrahēto posito pro concreto h. l. sunt χαρίσματα πνευματικὰ. πρὸς τὴν — περισσούητε) Traiectio, pro: ζητεῖτε, ἵνα περισσούητε πρὸς τὴν ἰσοδομήν τῆς ἐκκλησίας, operam date, ut ea accipiatis dona, quibus prodesse ecclesiae possitis.

13. προσευχέσθω, ἵνα διαρμηνεύῃ) Post προσευχέσθω supple: ἔτω ε. Sic precetur, uel oret, nempe in peregrina lingua, ut simul interpretetur.

14. τὸ πνεῦμα με προσεύχεται) Varie haec et sequentia uerba explicantur. Πνεῦμα nonnullis est donum spiritus sancti, quo affante in lingua peregrina quis loquitur, ut  
sensus



sensus sit: *preces fundo impulsus spiritu sancto, qui mihi hoc donum concessit.* Aliis τὸ πνεῦμα est animi affectus, ut sit sensus: *Scio hoc quidem, orationem me recitare, animumque ad Deum dirigo, uel secundum Estium: Si Deum orem lingua, spiritus quidem meus orat, i. e. affectus eleuatus est in Deum etc.* ὁ δὲ νόσ μὲ ἀκαρπὸς ἐστίν) Quī priorem interpretationem sequuntur, explicant: *sed ab aliis non intelligor, nec aliis profum;* qui posteriorem: *Intellectus meus, quia uerborum sensum non assequitur, fructu proprio priuatur;* ipse ego careo omni fructu intelligendi, ut νόσ μὲ fit mea facultas, qua intelligo et cogito plura a se diuersa, uerbis uariis designata. Verior sine dubio interpretatio est haec: *Si peregrina lingua orem, animus meus orat, (ipse ego intelligo quid orem,) sed sententia mea (sensus sermonis mei) alteri, linguam extraneam non intelligenti, nullum fructum affert.* Ἄκαρπον significat quod fructum non affert, siue, ut Latini etiam dicunt, quod *infructuosum* est. Vid. STORR. p. 53. νόσ, mens, sensus sermonis, uel etiam id, quod dico, uerbisque prolati mihi uolo. Cf. u. 16.

15. τί εἶν ἐστίν;) Sc. πρᾶξιόν; Quid igitur est, nempe quod oprandum sit et faciendum in hac re? προσεύχομαι — τῷ νοῖ) *Operam dabo, ut non solum animo et mente, sed etiam ita ut ab aliis intelligar, preces fundam.* Τῷ πνεύματι, sc. μὲ, animo meo. Τῷ νοῖ, est Dativus, pro εἰς τὸ νοεῖσθαι, *intelligentiae et sensui aliorum, me audientium;* ita ut alii etiam me intelligant. Hanc interpretationem suadet u. 16. ubi expressis uerbis de eo, qui tantum πνεύματι, non etiam τῷ νοῖ orat, dicitur, eum non intelligi

ab aliis, (*ιδιώτης — τί λέγεις ἐκ ὀιδε.*) Nec contemnenda est *STORRII* sententia, cui προσεύχεσθαι, ψάλλειν τῷ νοῦ ἰdem uidetur sonare, quod *orare cum sapientia*, laudare Deum *sapienter, rationabiliter, adhibito iudicio*, sic nempe ut audiens sermonem, intelligat, qui locutionis est finis. In *aduerbiorum* periphrasi pro ἐν uel μετὰ etiam Datium usurpari, patet ex 3 Io. 1. Matth. XXII, 16. cum 2 Reg. XIX, 17. Ps. CXIX, 75. et aliis locis. Ceterum hic locus clare docet, argumentum sermonum ab iis qui peregrinis linguis utebantur prolatorum, fuisse preces et hymnos.

16. εἰάν ἐυλογήσῃς τῷ πνεύματι) Vt *psallere*, sic ἐυλογεῖν est quaedam publici cultus species, quae singulari carminis aut hymni genere constabat, propter beneficia aut olim aut nunc a Deo praestita. Τῷ πνεύματι, ut u. 14. 15. et supplendum est μόνω, non etiam τῷ νοῦ, u. 15. ita ut tu solus, non etiam alter intelligat, qui tamen ex more Amen dicere debebat. ὁ ἀνακληρῶν τῶν τόπων τῶ ἰδιώτη) i. e. ex loquendi more Hebraeorum: *idiotia*, s. *imperitus*; nam Hebraeis illa loquendi ratio מלא מקום, *implere locum*, nihil aliud, quam *statum conditionemque hominis indicat*; unde iisdem: מלא מקום אבותי, *implet locum patrum suorum*, i. e. *patrissat*. πῶς ἐρεῖ τὸ Ἄμην) In uetere ecclesia, episcopo aut alio quouis Deum precante, uel laudante, plebs accinebat Amen, ea uoce dicta approbans, idque ex more Hebraeo. Nemo autem non intellecta cum ratione approbare potest.

18. εὐχαρισῶ) Amolitur Paulus hac ratione suspicionem, quasi ex inuidia linguas peregrinas sic spernat, qui ipse iis uti non posset.

19. ἀλλ' ἐν ἐκκλησίᾳ — ἐν γλώσσῃ) Post θέλω supple  
 μᾶλλον, quod etiam ἀπὸ τῆ κοινῆ ex u. 18. huc referri nihil  
 uetat. In ecclesia, ubi pauci sunt linguarum gnari. Πέντε,  
 i. e. pauca, breuem sermonem. Διὰ τῆ νοός μου, cum  
 intelligentia mei, sic ut intelligar ab alijs. Offendit in-  
 terpretes, quod Paulus nunc dicat διὰ τῆ νοός μου, quum  
 supra u. 14. 15. sermo fuerit, de intelligentia aliorum.  
 Sed tollitur difficultas, si dicamus, μου esse Genitiuum obiecti.  
 Διὰ uero, sicut ἐν, pro hebr. ׀ significare cum, notum  
 est. Confirmari uidetur haec explicatio uerbis sequentibus.  
 Nam opponitur statim λαλῶν ἐν γλώσσῃ, proferre sermonem  
 in lingua audientibus peregrina et incognita. Non tamen  
 repugno, si quis cum STORRIO (p. 57.) malit uertere:  
 Malo tria uerba adhibito iudicio meo, sapienterque pro-  
 ferre etc.

20. παιδία πατρὸς φροσίν) Puerorum est se ostentare  
 in rebus inutilibus, nec attendere, quid praesentium perso-  
 nis, loco et tempori conueniat. τῇ κακίᾳ υπιλάξετε) Ita  
 nempe, ut expertes sitis omnis malignitatis, innocentia po-  
 tius imitemini pueros. Matth. XVIII, 3. Τέλειοι, similes  
 uiris adultis, Eph. IV, 13.

21. ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται) Ies. XXVIII, 11. 12. Ier.  
 V, 15. Νόμος uocabulo hic significat omnia scripta diui-  
 nitus data, ut Io. X, 34. XV, 25. Ceterum non tam  
 uerba ipsa studiosius citantur, quam sensus et sententia a  
 Paulo in mentem reuocatur. ὅτι ἐν — λέγει κύριος) In  
 alienis linguis, et alienis dialectis loquar huic populo; nam  
 ne sic quidem obsequentur mihi, dicit Iehoua. Minatur  
 Deus Iudaeis per Iesaiam, se usurum esse hostibus lingua

barbaris ad eos castigandos; neque enim per eam, qua adhuc usus fuerit, disciplinam, h. e. per *prophetas*, uiam salutis et tranquillitatis uernaculo sermone tradentes, (Ies. XXVIII, 12.) ad obsequium eos reuocatum iri. Κα), *nam*, ut hebr. γ. 'Ουδ' ἔταως, *ne sic quidem*, quum saepius per prophetas eos monuisset. Codices nonnulli habent ἐδέτω, *nondum*. *Labium* uero apud Hebraeos loquelam significare, notum est. Gen. XI, 1.

22. ὧς — ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις) *Ergo peregrinae linguae* (homines peregrinis linguis utentes ad alios) *portento sunt non credentibus* et Deo obsequentibus, *sed non credentibus* et immorigeris, h. e. Deus poenae loco cum Iudaeis ἀπίστοις, qui *prophetis fidem* et obsequium *denegassent* (Ies. XXVIII, 12.) *extraneis linguis* per barbaros egit. Castigandos eos tradidit hostibus extranea lingua, Iudaeis ignota, utentibus. Ἄι γλώσσαι h. l. sunt, qui peregrinis linguis utuntur, extranei. Applicatio erat facilis. Si Deus, inquit Paulus, non amplius uernaculo sermone uos alloqui dignaretur, sed per eos solummodo, qui peregrinis linguis utentes, uobis in ipsa patria uestra barbari essent, tum nec doctrinae christianae notitia et sensus inter uos ipsos conseruari, nec ecclesiae uestrae termini propagari possent. ἢ οἱ προφητεία — πιστεύουσιν) *Sed Prophetae* (interpretes uoluntatis diuinae atque doctores) *dantur non infidelibus* et immorigeris *sed credentibus*, docilibus et Deo obsequentibus. (προφητεία, per meton. Prophetae.) Ergo προφητείας donum, quod inter uos uiget pro diuinae in uestram ecclesiam beneuolentiae argumento habendum est.

23. εἰσελθῶσι δὲ ἰδιῶται ἢ ἄπιστοι) Christiani, qui unam tantum linguam norint, aut etiam increduli, nihilo peritiores. Solebant etiam pagani adire Christianorum ecclesias, ad uidenda, quae ibi agebantur. ὅτι μάινεσθε) Quippe et infani ea loqui solent, quae nemo intelligat. Ergo ecclesiae uestrae adeo non esset decori, si nonnisi peregrinis linguis utentes in ea essent, ut haec res potius imperitis aut maleuolis occasionem dare posset oratores uestros adducendi in suspicionem insaniae.

24. εἰάν δὲ πάντες προφητεύωσιν) Si omnes, (nempe unus post alterum) *sancti spiritus impulsu doceant, cohortentur, consolentur.* Cf. u. 1. 3. εἰλέγχεται) Tantum habest, ut ipse aliquid reprehendere possit, ut potius ab omnibus, uario modo conuincatur; sentiet ipse uim uestrae orationis. ἀνακρίνεται) Reprehenditur; sententiam aduersus se ferri intelligit, per doctrinae uim.

25. τὰ κρυπτὰ — γίνονται) Τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας, in bonam partem. *Salubres animi motus, uestra oratione excitati.* Hi erumpent in gestus et uerba, ut statim subiicitur. καὶ ἕτοιμα — τῷ θεῷ) Deum uenerabitur, et quidem prostrato corpore. Πρὸς ὄν, siue in loco eo publico, ubi conuentus agitur, quo saepius haud dubie factum; siue priuatim suo in loco. ἀπαγγέλλων — ἐς) *Publice professus, Dei operationes in uobis esse efficaces.* Quia huius generis motus in animo suo antea non sensit, Dei hanc causam esse intelliget, et meliori religioni iam ipse adhaerebit.

26. τί ἔν ἐστιν;) Quid ex his sequitur? Quid tandem faciendum existimatis? Sumit interrogantis personam, ut respon-

respondeat. ἑκάστος ὑμῶν ψαλμὸν ἔχει) Quisque suum habet donum, alius quidem Psalmum, alius doctrinam etc. Sic enim resoluendum est τὸ ἑκάστος, ne quis singulos putet omnibus istis donis fuisse praeditos. *Psalmum* habet, aut ex diuina inspiratione, aut pio affectu compositum. Singulis his enunciatis interponenda est particula ἢ. *Aut Psalmum habet, aut doctrinam, aut γλώσσαν*, donum in peregrina lingua precandi uel psallendi. ἐρμηνείαν) Donum explicandi graece, quae alter dixit lingua peregrina, uel etiam interpretandi libros sacros V. T.

27. κατὰ δύο, ἢ τὸ πλεῖστον τρεῖς) Sc. καλείτωσαν. *Bini, aut ad summum tres*, nempe uno die, et in uno conuentus tempore, ne plus iusto plebs detineretur. καὶ ἀνὰ μέρος) i. e. non simul, sed diuisis temporum spatiis, et suo quisque ordine.

28. εἰν δὲ μὴ ἢ διερμηνευτῆς) Si quis lingua peregrina loqui possit, bene sibi conscius se non ita peritum esse linguae uulgaris, (e. g. graecae) ut extraneo idiomate dicta ipse possit explicare, nec alius adsit, qui interpretari queat. σιγάτω ἐν ἐκκλησίᾳ) Sc. ὁ λαλῶν γλώσση ἑτέρᾳ. εἰ αὐτῷ — καὶ τῷ θεῷ) Domi suae, si uult, Deo teste.

29. δύο ἢ τρεῖς) Nempe uno die, unus post alterum, sicut de linguae donum habentibus dixerat. καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν) Diiudicent, et sententiam ferant, an uere isti diuino spiritu impulsī locuti fuerint. Nam fieri poterat, ut quis imaginationis fraude deceptus crederet, se a spiritu impelli. Debebant itaque esse, qui diiudicare possent, an horum hominum effata cum sana doctrina conuenirent.

30. ἐάν τις — καθημένω) Si uno aliquo loquente, Deus afflauerit alium, ex illorum numero, qui iam sedent cum aliis et audiunt. Verbum ἀποκαλυφθῆ nonnulli interpretes non intelligunt de *immediata* reuelatione; et potest omnino explicari etiam de feruore quodam mentis, diuinitus excitato, sicut hoc uerbum saepe latius patet. Ὁ πρῶτος σιγάτω) *Primus*, qui prior locutus est, *taceat*, et alteri locum dicendi concedat, uel etiam, ut *Grotius* et *Storrius* uolunt, *primus finatur finire*, (cf. Matth. XXIII, 8. 10, 2 Theff. II, 3.) Subiicitur ratio:

31. Δύνασθε — προφητεύειν) *Potestis nimirum alius post alium dicere*, atque ita (ut statim sequitur,) singuli ab *omnibus* audiri *omnesque* a singulis discere, quum contra, si alter *iuxta cum superiore, huius oratione nondum finita*, pro concione dicat, aliorum auditorum attentio in alias partes conuertatur.

32. καὶ πνεύματα — ὑποτάσσεται) i. e. *Dona spiritus liberis Prophetarum usibus subiiciuntur*; ita sunt in potestate eorum, quibus ea a Deo concessa sunt, ut iis uti possint, quando libuerit. Nam πνεύματα προφητῶν sunt dona, iis concessa, quos Prophetas nominare solet Paulus. Poterat nempe aliquis dicere: Atqui ita urgeor, ut differre nequeam. Respondet Paulus, rem non ita se habere in diuinitus afflatis hominibus, quomodo se habet in Pythonicis. Hos ita arripi et agi, ut suae potestatis non sint. At Dei dona, quanquam non ab hominis uoluntate profecta, uoluntate tamen eius regi quoad actum; tempus et moram ordini necessariam facile pati. Sic Prophetæ V. T. adeo poterant non obsequi, ut Ionas munus detre-

detrectauerit. Ex Ven. Schulzii sententia πνεύματα προφη-  
τῶν h. l. sunt ipsi προφήται, et pro ὑποτάσσεται legendum  
est ὑποτάσσεται, ut sensus sit: *Solchergestalt muss ein Lehrer  
dem andern Platz machen*, ne scilicet omnes simul doceant,  
sed unus alterum expectet.

33. εἰ γὰρ — εἰρήνης) *Deus enim non amat confusio-  
nem, diffidia, sed pacem.* ὡς ἐν — ἀγίων) Connectenda  
sunt haec uerba cum comm. sequente. *Quemadmodum  
fit in omnibus ecclesiis Christianorum, ita etiam uestrae  
mulieres in ecclesiis taceant.*

34. σιγάτωσαν) Ne doceant populum, aut interrumpant  
loquentes. Λαλεῖν quod statim sequitur, h. l. ut sae-  
pissime, est *docere.* ἀλλ' ὑποτάσσεται) Subauditur  
non ἐπιτρέπεται, sed κελεύεται, *iubetur*, idque ex contrario,  
ut I Tim. IV, 3. καθὼς — λέγει) Gen. III, 16.

35. ἀισχροῦν) i. e. εἰς πρόκει, *non decet* mulierem, in  
ecclesia docere.

36. ἡ — ἐξῆλθεν;) i. e. an uestra ecclesia omnium  
reliquarum est mater? phrasis est hebraica, ex Ies. II, 3.  
Hoc ideo dicit, quia Corinthii illi (doctores morem introdu-  
xerant contrarium omnium ecclesiarum institutis, ut feminae  
et docerent, et interrogarent. Hierosolymis exierat doctrina  
Euangelii; at ibi aliter fiebat. ἡ εἰς ὑμᾶς μόνως κατήντησεν;) *An ad uos solos deuenit*, sc. ὁ λόγος τῆς Θεῆς. Sicut primi  
non estis inter eos qui crediderunt, ita nec soli. Par uobis-  
cum ius habent tot aliae ecclesiae, et aequum est partem  
toti, non totum parti cedere.



37. ἐπιγνωσκέτω) *Agnoscat*, ut nonnulli explicant, quod etiam assensum et approbationem inuolueret; uel, animaduvertat, et ante oculos positum habeat. Sir. IX, 13. Al. *legat.* et ipse sententiam ferat. ὅτι — ἐντολαί) Non enim sponte mea, sed a Deo iussus haec dico.

38. εἰ δὲ — ἀγνοίτω) *Si quis hoc ignorare se simulat, ignoret*, suo periculo. Vel: *Si quis reprobatur* (a me scripta) *suo periculo is me contemnat.* Ἀγνοεῖν, *reprobare*, ut Matth. VII, 23. XXV, 12.

39. ὡς ἀδελφοί μου) Ex diverticulo de feminis redit ad prius dicta, et quod maxime necessarium est, repetere non grauat. ζηλοῦτε — κωλύετε) *Studiose estote τῆς προφητείας, ita tamen, ut linguarum peregrinarum usu et exercitatione non interdiciatis.* Hinc liquet, (ut *Storr*ius obseruat p. 69. not. 141.) fuisse inter Paulinos et Apollonios, qui dono linguarum, ab una parte cupidius amato et exercito, Corinthiis propter abusum omnino interdici uoluerint. Is ipse dissensus occasione dedit, ut controuersia, inter Christianos antiiudaicos orta, in eorum epistola ad Paulum data, Apostolo dirimenda proponeretur.

## CAP. XV.

1. Γνωρίζω — ἐυαγγελισάμην ὑμῖν) *In memoriam uobis reuoco doctrinam, quam uobis tradidi.* Γνωρίζω, supple τέλει. Nam Paulus repetit, quod iam antea docuerat Corinthios. Ἐυαγγέλιον h. l. est doctrina de Iesu, eiusque redemptione, ut statim ex sequentibus patet. Venit Paulus ad argumentum de resurrectione mortuorum, quam nonnulli Corinthii

Corinthii negabant, u. 12. Quinam autem fuerint ii, aduersus quos Paulus scribit, de eo uariae sunt sententiae. Alii negant, Christianos fuisse; alii fuisse statuunt, aut e Iudaeis Christianos, qui hunc errorem siue ab Essaeis siue Sadducaeis traxerint, aut e gentibus, qui philosophorum placitis hac in causa adhaeserint. Heumannus existimat, eos a Sadducaeis transisse quidem ad Christianos, sed rediisse ad pristinum tunc errorem. *Philetum* atque *Hymenaeum* Paulus ipse tradit 2 Tim. II, 17. docuisse, resurrectionem iam esse factam. *Tertullianus* copiose narrat de auctoribus gnosticis, Marcione, Apelle, Valentino, quos Sadducaeorum errori addictos fuisse scribit. Potuit etiam Corinthi inter philosophos, aut eorum quosdam discipulos contradictio oriri contra doctrinam de resurrectione; quemadmodum *Athenis*, Act. XVII, 17. ἡ καὶ — ἐσθήκατε) *Quam* (doctrinam) etiam tanquam ueram recepistis, in cuius professione etiam persististis, nempe haecenus. Nunc autem, quum seductoribus aures praebetis, ignorare aut obliuisci uidemini istam meam doctrinam.

2. δι' ἧ καὶ σώζεσθε) *Per quam salui efficiemini.* Praesens pro Futuro, ut quidam iam olim Latini; uel etiam: *per quam ad salutem perducti estis*, ut iam liberi a uitiiis et a miseria peccatorum aeternam felicitatem sperare audeatis. τίνι λόγῳ — κατέχετε) *Synchysis* pro: ἡ κατέχετε, τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμεν ὑμῖν, *si tenetis* (hanc meam doctrinam) *ita ut eam uobis tradidi*, i. e. puram et haud uitiatam. Τίνι λόγῳ, (subintellecto ἐπὶ ante τίνι) *qua ratione.* *Galen.* de compos. Medic. per genera I. τίνι λόγῳ συνίστηκα τὴν διὰ χαλκίτεως ἔμπλαστρον. ἐκτὸς οὐ μὴ εἰκῆ ἐπιστεύ-

ἵπιστεύσατε) *Nisi forte temere credidistis.* Ἐκτὸς ἐῖ μὴ *nisi forte*, etiam apud Profanos occurrit. Vid. Kypkii observuatt. Ἐικῆ, *temere, sine iusta ratione.*

3. παρέδωκα — παρέλαβον) *Tradidi enim uobis inter prima christianae religionis capita, quod ipse docendum acceperam.* Παρέδωκα, *docui*, ut Rom. VI, 17. et alibi. Ἐν πρώτοις, coniungitur cum ἃ, *hoc*, quod est primum et praecipuum christianae doctrinae caput. Potest etiam post ἐν πρώτοις suppleri: *ἐπιχειροῖς τῆς ἀρχῆς τῶν λόγων τῆ θείας*, ex Hebr. V, 12. Ὁ καὶ παρέλαβον, *quod etiam ipse edoctus sum*, nempe a Christo per revelationem, Gal. I, 12 - 17. κατὰ τὰς γραφὰς) *Respicit Paulus uaticinia V. T. e. g. Ps. XXII, 15. 16. 17. XL, 7. 8. 9. 13. Ies. LIII, 7 - 10.*

4. κατὰ τὰς γραφὰς) *De sepultura Christi Ies. LIII, 9. de resurrectione eiusdem Ps. XVI, 10. Ies. LIII, 8. 11. 12.*

5. Κηφᾶ) *Luc XXIV, 12. 34.* Nullam facit Paulus mentionem mulierum, quia doctrinam suam confirmare uult testimonio aliorum *Apostolorum*, et sociorum Christi. Ideo et primo loco nominat Petrum, qui post mulierum narrationes prior sepulcrum Christi adiit, Io. XX, 3. sqq. *Petrum et Iacobum* (u. 7.) eosque solos ex omni Apostolorum numero Paulus *nominatim* citat resurrectionis Christi testes. Id non sine causa factum esse uidetur. Hoc nimirum egit Apostolus, ut resurrectionis Christi nuncium, quem ipse Corinthum attulerit, (u. 3.) non *sua* tantum, quae Corinthi in dubium uocari coeperit, auctoritate niti, sed aliorum etiam consensu firmari doceret. Protulit igitur

ea tantum testimonia, quae ad probandam resurrectionem Christi apud lectores suos vim maximam habitura confideret, nominatim uero Kephae et Iacobi, qui apud partem Corinthiorum non Paulum duntaxat, sed ipsos etiam ceteros Apostolos auctoritate uincebant. τοῖς δώδεκα) Luc. XXIV, 36. Vocantur Apostoli δι δώδεκα non quod tot essent, mortuo Iuda, et Thoma absente, sed quia eo numero institutum erat eorum collegium.

6. ἐπάνω πεντακοσίαις ἀδελφοῖς ἐφάταξ) Ἐπάνω πεντακοσίαις constructio est elliptica, pro ἐπάνω ἢ πεντακ. sicut latine dicimus: interficit plus trecentos. ἐπάνω, pro hebr. הָעָמ. Ἐφάταξ, תַּרְנַב, eodem tempore. Paulus narrat historiam non scriptam in nostris Euangeliis, scriptam uero, ut uidetur, in aliis, quorum mentio fit Luc. I. *Fratres* h. l. esse Christianos facile intelligitur. Quod ad numerum 500. attinet, nulla est difficultas; nam illi LXX. discipuli, mulieres et alii homines, qui Christum in terris uiuentem audiuerant docentem, et miracula eius conspexerant, facile istum numerum expleuerunt, et leguntur Rom. XVI. plura nomina illorum, qui in Asia uixerunt Christiani ministri, licet nihil de iis ex Euangeliis et Actibus colligi possit. Ceterum, hos 500. tum demum factos esse Christianos, postquam Christum e mortuis resuscitatum cognouerant, uix est quod dubitemus. μένεσιν ἕως ἄρτι) Sc. ἐν βίῳ. *Viuent adhuc*; in hac uita sunt superstites, ex quibus, qui uolet, poterit testimonium exquirere. ἐκοιμήθησαν) *Mortui sunt*, quorum liberi et familiares testari adhuc possunt, quid ex ipsorum ore ista de re audierint.

7. ἔπειτα ὡφθῆναι Ἰακώβω) Hieronymus in Catalogo narrat hanc apparitionem Iacobo factam ex *Euangelio secundum Hebraeos*, cui si fides adhibenda, facta est statim post resurrectionem. Itaque ἔπειτα uertendum esset non *postea*, sed *praeterea*, ut supra XII, 28. Iac. III, 17.

8. ὡσπερὶ τῷ ἐκτρώματι) *Qui quasi abortiuus sum.* Abortui se comparat Paulus, quia minimus omnium Apostolorum sibi ipse uidebatur, u. 9. Qui Romae extra numerum XII. in senatum allegebantur, dicti fuerunt *abortiuui*, teste Suetonio in *Octauio* c. 35. Ceterum lectio τῷ non est sollicitanda. Nam τῷ sine accentu interdum ponitur pro τῶ, ut Rittershusius in *Sacr. lect.* p. 540. monuit, et Paulo cum reliquis scriptoribus diuinis solenne est ἄν Articuli Hebraeorum, quod uim Pronominis indefiniti habet, exprimere Articulo praepositio Graecorum. Quod ad rem attinet, quum Paulus dicit, Christum sibi apparuisse, cf. Act. IX, 17. XXII, 14. 12.

9. ὅς ἐκ εἰμι ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος) Ἰκανὸς est ἄξιος, ut saepe. *Qui non sum dignus Apostoli honorifico nomine*, ut ἐκτρώμα non solet honesto hominis nomine ornari, uel: *non sum dignus Apostolus esse*; ut καλεῖσθαι sit pro εἶναι, hebr. אָרָךְ. Caussam, cur hoc tanto honore indignum se existimet, statim addit: διότι — τῷ Θεῷ. Deus id ei iam condonauerat, sed ipse meminit. Pristina uitae uitia non uerbis, aut fauore aliorum minuenda sunt, sed recte et laudabiliter factis.

10. χάριτι Θεοῦ) Dei beneuolentia et miseratione sum Apostolus. καὶ ἡ χάρις — ἐγενήθη) ἡ εἰς ὑμῖν, sc. ἔσα. *Atque illa Dei beneuolentia non frustra in me fuit collocata.*

*cata.* Collatus mihi honor muneris Apostolici fructu suo non caruit. ἔκ ἐγώ — ἐμοί) Mihi omnino nihil ex istis felicibus successibus tribuo, sed omnia beneuolo Dei auxilio, quod mihi semper adfuit.

11. ἢ ἴτε ἐν ἐγώ, ἢ ἴτε ἐκείνοι) Siue igitur ego hanc Christi religionem profero, siue illi, nempe ceteri Apostoli. ἢ τῶ κηρύσσουμεν) Nos omnes in hoc doctrinae capite consentimus; nemo potest prouocare ad aliam doctrinam, quae sit aliorum Apostolorum, et quae a mea doctrina differat.

12. κηρύσσεται) Sc. a nobis Apostolis cunctis, qui tamen auctoritate omnes alios doctores anteceditur. ἢ τῶ ἀνάστασις νεκρῶν ἐκ ἕξι) ἐκ ἕξι, i. e. ἀδυνατός ἐστι. i. e. esse plane impossibilem, quae ne concipi quidem animo possit. Τινες ἐν ὑμῖν) Verisimile est hos Pseudapostolos e Sadducaeorum schola prodiisse. Sadducaei enim, teste IOSEPHO (de B. Iud. Lib. II, c. 8. §. 14.) hominis animum corpori superstitem esse negarunt, omninoque *a corpore diuersam mentem* non agnouerunt. Act. XXIII, 8. Sic igitur etiam hi falsi Corinthiorum doctores, non tantum corporis resurrectionem uniuerse, sed *ita proprie* infitiiati sunt, ut *omnem simul uitam post mortem tollerent*, animumque hominis nec seorsum a corpore uiuentem nec corpori denuo iunctum superstitem fore crederent. Hi uero doctrinam Apostolorum de resurrectione ita intelligebant, ac si mens eorum esset, *ipsum illud corpus, quo totum hominem constare* et cum quo hominem tam uiuere quam interire putarent, *in pristinam uitam et conditionem* restituendum esse. Talem resurrectionem quum impossibilem haberent, *aliam* uero corporis restitutionem ne suspicarentur quidem, doctri-

doctrinam de resurrectione, cuius notionem animo concipi posse negabant, tanquam falsam reiecerunt. Sic uero etiam contra ueritatem resurrectionis Christi necessario repugnauerunt. Nam qui *possibilitatem* resurrectionis infitatur, is *nullos omnino* mortuos, *ne unum quidem* reuiuiscere statuit. Quapropter sic pergit Apostolus :

13. εἰ δὲ — ἀγγέλται) Si enim mortuorum resurrectio esset impossibilis, consequeretur, nec Christum resurrexisset. Ἐἰ δὲ, pro εἰ γὰρ. Sublato genere, tollitur et species. Est argumentum, ut scholae dicunt, in FERIO.

14. κενὸν ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν) Falsa esset doctrina nostra. Κενὸν, hebr. קִרְיָ, μάταιον, ἠνωφελές Act. IV, 25. uel pro hebr. נִשְׁו, mendacium, ut Eph. V, 6. et Col. II, 8. sine re et ueritate. Id ideo, quia hoc praecipue argumento usi erant Apostoli, ut euincerent, ueram esse Christi doctrinam, quod Deus eum, si falsa docuisset, non resuscitasset e mortuis. κενὴ δὲ καὶ πίστις ὑμῶν) i. e. sine omni ratione creditis in Christum, eiusque doctrinam pro uera habetis.

15. εὐρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τῷ Θεῷ) Essemus uero etiam falsi testes, qui Dei auctoritatem mentiti essent. Ἐυρισκόμεθα, pro εἶναι, hebr. נִשְׁוּ. Nouum argumentum. Nos igitur habeatis oportet scelestos et flagitiosos homines, qui gnauiter mentiri audeant, Deum saepe appellantes mendacii testem. Quod scilicet de nobis minime credendum est, quos uita tam emendata facile ab omni falsimoniae suspicione liberat. ὅν ἐκ — ἀγείρονται) Est eadem conexio, quae supra n. 13. Quem tamen minime suscitasset, si mortui omnino resurgere non possent.

16. Ἐι δὲ νεκροὶ ἔκ ἐγείρονται) *Si enim omnino fieri non potest, ut mortui resurgant, et in uitam redeant.*

17. εἰ δὲ — πείσας ὑμῶν) Cf. u. 14. Valde necessaria Apostoli saepe repetunt. Frustra religionem christianam suscepistis. ἔτι ἐς δὲ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν) Non estis certi de remissione peccatorum uestrorum. Rom. IV, 25.

18. ἄρα καὶ — ἀπόλουτο) *Ergo etiam Christi cultores omnes, qui obdormierunt, sine spe melioris uitae perierunt.* Nouo argumento idem confirmat. Κοιμηθέντες ἐν χριστῷ, qui ob Christi doctrinam mortem obierunt, ut *Chrysoströmus, Theodoretus* et alii Graeci explicant, uel etiam Christiani quicumque, qui interea post Christi ascensum mortui erant.

19. εἰ ἐν τῇ — ἀνθρώπων ἰσμεν) Μόνον construendum est cum ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ. Ἠλικίους ἰσμεν, i. e. ἠλικίκαμεν. Ἐλευνότεροι, pro ἔλευνότεροι. *Sextus Empir.* a. Eth. 215. πάντων ἀνθρώπων κακοδαίμονέσθρος γίνεται. Apostoli tot odiis, incommodis, periculis, morti ipsi uix se obiecissent, nisi praemium aliquod post hanc uitam expectassent; cuius praemii fidem nulla magis illis res fecerat, quam Christi resurrectionis. Vere ergo miserandi erant Apostoli, si fallā erat haec spes. Quid enim a Christo in hac uita sperare poterant, quod cum tantis malis compararetur?

20. ἀταρχὴ τῶν κοιμημένων ἐγένετο) Deest ἐγένετο in nonnullis Codd. bonis, in Versione Copt. et Vulg. atque in Patrum scriptis graecorum et latinorum haud paucorum. Ἀταρχὴ χριστός, i. e. πρῶτος ἀνάστη χριστός, ut *Theodoretus* recte interpretatur. Constructio est talis: Νυνὶ δὲ χριστός πρῶτος ἐκ



τῶν κεκοιμημένων νεκρῶν ἐγύγερται. Christus nempe uitam immortalem, etiam quoad corpus, omnium hominum primus post mortem est consecutus. Quanquam enim etiam ante Christum nonnulli e mortuis resuscitati sunt, certum tamen est, eos mortem suam obiisse quasi alteram; ideoque in solum Christum conuenit illa comparatio cum primitiis. Sancti uero Matth. XXVII, §2. 53. post Christi resurrectionem ex monumentis prodierunt. Christus igitur omnino primus ita surrexit, ut porro morti obnoxius non esset, eumque larga quasi messis ceterorum hominum excipiet.

21. Ἐπειδὴ — ἀνάστασις νεκρῶν) *Quandoquidem per hominem mors (humanum genus inuasit,) itidem per hominem resurrectio mortuorum continget.* Quod statim u. 22. explicatur de Adamo et Christo. Ὁ θάνατος h. l. sumitur sensu plane obuiο pro mortalitate seu communi moriendi necessitate. Hebr. IX, 17. Hunc significatum in hoc cap. obtinere tota ostendit orationis series, ut e. c. u. 18. 20. 47. 55. Alio sensu accipitur uox θάνατος Rom. V, 12. 199. ut ad illum locum ostendimus, ex quo autem noster locus illustrari non potest, quia consilium Pauli est diuersum. Cf. Iacobi Verneti Commentat. in totum caput Paulinum I Cor. XV. (In select. opusc. p. 153. 199.)

22. ὡςπερ — ζωοποιήσονται) *Sicuti nempe per Adamum omnes (homines) moriuntur: sic etiam per Christum omnes uitae restituentur.* Ἐὰρ, nempe. Explicatur enim quod u. 21. dictum fuerat. Ἐν τῷ Ἀδάμ, per Adamum, i. e. per naturalem originem ex Adamo, quia genus ducunt ab Adamo, homine mortali. Cf. infra u. 48. Sicuti Adamus erat fragilis et mortalis, ita etiam nos fragiles et

mortales nascimur. Hoc per naturam aliter fieri non potest. Pariter omnes homines per Christum in uitam reuocabuntur, ex potestate quam a Patre accepit. Io. V, 25. 26. 2 Cor. IV, 14. Potest igitur hoc commode explicari de resurrectione uniuersali. Quemadmodum uitam per Adamum naturali modo ad nos transmissam accepimus; sic per Christum, filium Dei ex mortuis resuscitatum uitam supernaturali modo recyperabimus. Quanquam enim non omnia, quae in uniuerso hoc loco traduntur, ad omnes omnino homines referri possunt, sed quaedam iis, qui post susceptam fide religionem, eique conuenienter transactam uitam felices erunt, sunt adstringenda; hoc tamen non impedit, quo minus locus in uniuersum, et in plerisque partibus nominatim, de omnibus omnino hominibus agat, eo plane modo, quo Christus his, a quibus uere cultus sit, promisit, se in uitam eos reuocaturum, quod et contemptoribus eius continget: ubi reditus quidem in uitam omnibus expectandus dicitur, sed ea parte in tali loco intelligitur, qua sit ei aeterna felicitas adiuncta. Paulus certe aduersariis doctrinae de reditu in uitam uix satis fecisset, si dixisset, *sanctos* habituros esse meliora corpora. Erat potius his, qui omnino de re dubitabant, omnino respondendum, nullam esse in corpore offensionem debere, quoniam *omnium* mortuorum alia et meliora corpora futura sint. Scitam hanc obseruationem me debere profiteor, S. V. *Mero*, in disp. ad locum Paulinum. 1 Cor. XV, 35 - 55. p. 38.

23. ἕκαστος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι) *Quisque in suo ordine,*  
sc. resurgit. Non quaerenda est in singulis uerbis empha-  
sis,

sis, sed simpliciter sensus inesse uidetur hic: *Deus hunc constituit ordinem, sapienter ita constituit etc.* ἀπαρχὴ χριστοῦ) i. e. *Christus*, primus resurrexit. Cum antecedentibus ita iungitur: *Deus sapienter ita constituit, ut Christus primus resurgeret.* Ἀπαρχή, cf. supra u. 20. εἶτα δι τῆ χριστοῦ) Sc. resurgent. Ἐπειτα, i. e. ut statim apertius dicit: ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, in aduentu ad iudicium ultimum. Ὅτι τῆ χριστοῦ, uere *Christiani*. Horum tantum facit mentionem Paulus, quia his solis solatio esse potest ac debet haec doctrina. Intelligi hoc nomine etiam pios ex V. T. non est dubium.

24. εἶτα τὸ τέλος) *Deinde*, post resurrectionem, *finis* rerum humanarum erit, uel, ut sequitur, *finis* τῆς βασιλείας, regni illius, quod Christus Dei patris uice ac nomine administrauit. Est autem hic sermo de gubernatione seu regimine illo, quod solet dici Christi mediatoris oeconomicum. Hoc regimine, quod Deus Christo mediatori tradidit, Matth. XXVIII, 18. Phil. II, 9 - 11. post resurrectionem non amplius opus erit, omnibus hominibus, qui doctrinam Christi in his terris obsecuti sunt, iam ad ueram atque perpetuam felicitatem perductis. ἕταν — πατρι) *Regnum*, in homines saluandos administratum. Hoc Christus, omnibus rebus felicissime gestis, tradet patri, sicut Praefides in prouincias missi reddebant Caesaribus acceptam potestatem. Desinet doctrinam per ea adminicula propagare, per quae nunc propagat, et sic homines praeparare futuris. Quum enim non amplius una aetas alteri succedet per propagationem sobolis, nec homines ab his ipsis, quibus nunc utuntur, institutis pendebunt; sane non erit amplius

talis societas ecclesiastica, qualis nunc est, aut talis ratio discendae tractandaeque religionis, qualem nunc uidemus. Vid. ad totum hunc locum *Mori* Epit. Th. Christ. p. 165. sqq. ἔταν καταργήσῃ — δύναμιν) Iam clarius describitur obiectum huius regni. In eo nempe Christi exaltati prouincia uersatur, ut hostes omnes suos uincat, i. e. omnia, quae saluti et aeternae felicitati fidelium obstant, e medio tollat. πᾶσα ἀρχὴ καὶ ἐξουσία, καὶ δύναμις h. l. denotat omnia ea, quantumuis magna et fortia, quae fidelium felicitati sese opponunt. *Chrysostomus* alique intelligunt ordines uarios malorum angelorum, eodem sensu; nam sic in N. T. semper prouincia Christi describitur, quod regnum tenebrarum, opera diaboli euertat. Cf. Ephes. I, 19 - 23. Ex *Schulzii* sententia in his uerbis est periphrasis uerborum: ἔιτα τὸ τέλος, hoc sensu: *Tum omnia imperia cessabunt*; non amplius erunt reges et principes.

25. δεῖ γὰρ αὐτοῦ — πῶδας αὐτοῦ) Ex Pf. CX, I. *Oportet enim eum regno isto adhuc fungi, dum* (Deus, pater) *omnes hostes, ipsius potestati subiecerit.* Δεῖ γὰρ est ratio, unde intelligatur, regnum illud Christi non esse spectandum modo externo, humano, sed superandos esse hostes illos inuisibiles, qui hominum mentes quasi captiuos tenent, homines a Christi et christianae usu reuocantes. Ὅ, ἐχθροὶ τοῦ χριστοῦ sunt omnia impedimenta uerae religionis, et inde oriundae felicitatis, omnia quae aduersantur Christi consilio peragendi suum opus, et per id felicitatem procurandi, ueluti reiectio Iesu Messiae per Iudaeos, publica paganorum religio, homines qui ullius generis errores oppo-

opponunt aut admiscunt christianae doctrinae, qui sceleribus uoluntur, Iudaeorum et paganorum aduersus Christianos odia, et uexationes. *Hos inimicos* Christus *sibi subiicit et subiiciet*, i. e. imminuit et tollit haec impedimenta, et tollet tandem omnia, quum nostris his terrenis rebus finis fiet. Christus igitur *regnat*, βασιλεύει, dum morale bonum et eius adminicula inter omnes homines, aduersus impedimenta multa et continua potenter conseruat, et diuina ui propagat, tandemque tribuit salutem. Hoc fiet *ad finem usque rerum*, quales nunc sunt, *humanarum*, ἀρχῆς ἔ — πύδας αὐτῶ.

26. ἔσχατος — ὁ θάνατος) i. e. *Inter istos hostes mors est postremo demum loco abolenda*. Per Profopopoeiam mors comparatur cum tyranno, imperium in omnes homines exercente. Inter impedimenta felicitatis e religione oriundae, refertur etiam mors corporis, quia eos etiam, qui per Christum felices redditi sunt, miseria quadam premit. Hoc mortis imperium tandem euertetur, nec post resurrectionem amplius habebit locum.

27. πάντα — πύδας αὐτῶ) Verbis Pf. VIII, 7. utitur Apostolus, quia rem, de qua agit, bene exprimunt, non ut exinde aliquid probet. Quod de homine in genere ualet, id multo magis de Christo ualet, noui huius orbis homine primo. Dicitur autem h. l. Christus *omnibus superior, excepto Deo, qui eum omnibus superiorem esse uoluit*. Quicquid enim horum per Christum fit, id fit quia Deus sic instituit. Vnde ipse Iesus, quicquid egit et aget, id omne retulit ad Deum, qui ipsi hoc dederit. Io. XVII, 2. 24. V, 26. 27.

28. τότε καὶ κυρὸς — τὰ πάντα) *Tum et ipse filius subiiciet se ei, qui ei omnia subiecerat, cedit Patri hoc regno et hoc modo regnandi; non amplius sic, ut nunc, peraget cum Deo hoc opus. Filius: ὑπεταγῆσεται, subiiciet se; sic enim Passiva saepissime intelligenda sunt. Pater nempe filio imposuit eam prouinciam, ut homines e potestate atque tyrannide diaboli, peccatorum et mortis liberaret. Postquam hoc peractum erit, nullusque iam supererit hostis, aduersus quem Christo utendum sit sua potestate, tunc filii hoc regnum finietur; filius et ipse se suaeque omnia isto regno parta subiiciet ei, qui omnia filio subiecta esse iusserat. Ἰνα ἡ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι) *Ita ut Deus sit, i. e. esse cognoscatur omnia apud omnes creaturas, i. e. ut imperium eius solum ualeat, quia non opus erit porro Christi mediatoris regimine. Apparebit, proprie Dei hoc opus fuisse, et esse, et futurum esse; Deum esse eum, qui partem regni sui per alium administrauerit. „Respublica christiana, Christo gubernatore conseruata, rursus cum republica diuina coalescet, ac Deus, qui haecenus usus erat Christo in regundis et ad felicitatem adducendis hominibus, unus summam imperii tenebit.„ Verba sunt S. V. Doederlein. in instit. Theologi christ. P. II. p. 247. ed. 2. Πάντα εἶναι alicui dicitur is, qui omnia apud eum potest, a quo hic omnia expectat, et in quo omnes suas spes opesque fitas esse existimat. *Liuius* XL. 11. *Demetrius* iis unus omnia est. *Velleius* Paterc. II, 103. Id unum dixero, quam ille omnibus omnia fuerit.**

29. ἐπεὶ τί — ὑπὲρ τῶν νεκρῶν;) *Connectenda sunt haec cum u. 22. Alioqui, si per Christum non redderetur nobis uita,*

uita, quid efficerent, (quid utilitatis inde consequerentur) qui baptismum propter mortuos susciperent? i. e. quid utilitatis nobis Christianis praestaret baptismus, si propter Messiam *mortuum* baptizaremur? ut sit Enallage numeri in uerbis ὑπὲρ τῶν νεκρῶν. Io. Christoph. Doederlein in instit. Theologi Christiani P. I. p. 409. edit. 2. ita locum interpretatur: *Quid faciunt, qui baptizantur* i. e. initiari sese facris Christianis uolunt, ὑπὲρ νεκρῶν, in *mortuorum locum*, i. e. qui in locum Christianorum pie defunctorum succedunt, et haud detrectant doctrinae sese adiungere, quae cultores suos haud finit uel diutius uiuere, uel beatius, quam solent reliqui? Noeffeltus, qui obiter tantum hunc locum tangit (Opusc. Fasc. I. p. 123.) βαπτίζεσθαι interpretatur *maximis uitae periculis se obiiicere*, ut Matth. XX, 22. ubi hoc uerbum eodem sensu usurpatur. Nec male. Huic enim interpretationi omnis orationis series fauet, et Paulus ipse statim u. 30. βαπτίζεσθαι per κινδυνεύειν explicare uidetur. Sic sensus esset: *Quid facient illi qui se maximis uitae periculis obiiiciunt pro mortuis*, i. e. pro hominibus, qui sine spe melioris uitae moriuntur? *Si mortui omnino non resurgere et in uitam reuocari non possunt, cur tamen periculis se obiiiciunt pro illis?* Ex eorum numero, qui βαπτίζονται ὑπὲρ νεκρῶν se ipsum esse Paulus dicit u. 30. κινδυνεύομεν, u. 31. καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω. Varias aliorum sententias recensuit Io. Georg. Altmannus in Meletem. Philologico-Criticis. Traiecti ad Rhen. 1753. 4. cui baptizati ὑπὲρ τῶν νεκρῶν sunt ii e Gentilibus Corinthiis, qui Christianorum in uiuendo hilaritatem, in moriendo spem et constantiam admirati, hoc ipso, seu propter tales mortuos illecti ac permoti fuerant ad suscipienda per *Baptismum*

*nium* christiana sacra, quo fierent eiusdem gaudii et solatii participes. Ut alias sententias taceam, addo *Wetstenii*, qui *Cbrysofostomum* praeenntem habet, paraphrasin huius loci: „Cur Doctores uestri, qui resurrectionem negant, baptizant, et cur discipuli ipsorum ab illis baptizantur? et quomodo uitam suam instituere debent, qui ita baptizati sunt? Nos quidem baptizamus in resurrectionem mortuorum, quam catechumeni se credere profitentur: at si uera est doctorum uestrorum sententia, si post hanc uitam nihil est expectandum, si mortui ita mortui sunt, ut in aeternum mortui maneant, cuius rei gratia Baptismus apud uos et administratur et suscipitur? An aliquod commodum in hac uita in baptizatos redundabit? an uero in altera uita? etc. „

30. τί καὶ — ὦραν;) *Cur etiam nos ipsi in periculis maximis quotidie uersamur?* (sc. in propaganda hac Christi doctrina, ad quam baptisate obligantur homines. Nam hoc καὶ ἡμεῖς uidetur omnino referri ad id, quod praecessit. Si propter Christum periculis et morti ipsi me obicio, quid mihi inde utilitatis, si nulla expectanda est mortuorum resurrectio, nullum praemium in altera post hanc uita?

31. καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω) *i. e. quotidie mortis periculo sum expositus*, et quidem libenter me expono omnibus periculis; quotidie paratus sum mori. Simillime apud Philonem in Flaccum, Flaccus, qui mortem, ueluti perpetuo sibi imminentem metuebat, dicit: καθ' ἐκάστην ἡμέραν, μᾶλλον δὲ ὦραν προαποθνήσκω, πολλὰς θανάτους ὑπομένων ἀνθ' ἑνὸς τῆς τελευταίας. *Liuius XXIX, 17. Quotidie capitur*



capitur urbs nostra, quotidie diripitur. ἢ τὴν ὑμετέραν — τῆ κυρίῳ ἡμῶν) i. e. Tam uerum hoc est, quam uere gloriari de uobis possum, me Christi Iesu, Domini nostri doctrinam uobis commendasse. Est nempe ὑμετέρα καύχησις, *gloriatio de uobis, s. propter uos, respectu uestrum.* Ἐν χρ. Ι. τ. κ. ἡ. in rebus pertinentibus ad Christum, eiusque salutarem doctrinam. Non male Beza: Quotidie morior, eiusque rei testes apello omnes aerumnas, quas uere gloriari possum me apud uos sustinuisse.

32. εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθνηριμάχησα ἐν ἐφέσῳ) *Quum e. g. Ephesi concertandum fuit mihi cum hominibus ferinis.* Κατὰ ἄνθρωπον, *exempli caussa, uel, ut alii explicant, ut aliquid de me ipso dicam, sicut homines solent.* Ἐθνηριμάχησα, *uitae praesentissimum periculum subii.* Paulus nempe improprie et uehementius loquitur; nam cum bestiis proprie sic dictis eum pugnassee, uix credibile est, quod ciuem aliquem Romanum unquam fecisse, non constat. Turbae, quarum fit mentio Act. XIX. tam atroces fuerunt, ut Paulus de illo periculo uere dicere potuerit: ἐθνηριμάχησα, *a plebe tantum non discerptus fui.* Sic θηριώδεις τυράννοις dixit in Lycurgo Plutarchus, et erat uulgo receptum, ut quibus negotium erat cum hominibus efferatis, ii dicerentur θηριόμαχεῖν. Cf. etiam Tit. I, 12. 2 Tim. IV, 17. Alii propter difficultates chronologicas, de quibus conferendus est Semlerus ad hunc locum, respiciunt ad 2 Cor. I, 8-10. τί μοι τὸ ὄφελος, εἰ νεκροὶ ἐκ ἐγείρονται;) Alii connectunt uerba: εἰ νεκροὶ etc. cum sequentibus: Si non expectanda est mortuorum resurrectio, age, uoluptatibus corporis omnibus indulgeamus.

Verba

Verba sequentia, φάγωμεν — ἀποθνήσκομεν deprompta sunt ex Graeco Iesaiæ XXII, 13. Depingit Apostolus Epicureos, et eius generis alios ipsorum uerbis. *Petroneus* 34. Heu, heu! nos miseros, quam totus homuncio nil est! Sic erimus cuncti, postquam nos auferet orcus. Ergo uiuamus, dum licet esse bene. *Seneca* Controu. 14. *Vibii Galli*: Conuiuæ certe tui dicunt: Bibamus, moriendum est.

33. μή πλανᾶσθε) Dehortandi formula Apostolo solennis, quum abstertere uult homines a graui delicto, quod ipsi tamen leue iudicant. Supra VI, 9. Gal. VI, 7. *Cauete, ne grauem culpam uobis contrahatis, errore uestro.* φθίρῶσιν — κακῶ) Pro χρηστῶ alii propter metrum legunt: χρῆσθ'. Iambicus fenarius, quem *Clemens Alex.* Lib. I, Stromat. apellat Ἰαμβεῖον τραγικόν. *Euripidi* tribuit *Socrates* Hist. Eccles. Lib. III, 16. *Menandro* uero tribuunt Hieronymus, Eusebius, Euthalius aliique, atque ex comoedia *Thais* desumptum esse aiunt. *Schol.* cod. 10. apud Wetsten: Μενάνδρου τῆ κωμικῆ γνώμη ἐν θάιδι. Sensus est facilis. *Donatus* ad Eunuchum II, 2. *Vide, ut sententiose demonstrat, malos ex bonis contagione fieri, exemplis in prauum praeualentibus.* Tangit Apostolus improbos aliquos uitae magistros, aut nimiam Corinthiorum cum Graecis quibusdam consuetudinem.

34. ἐκνήφατε δικαίως) i. e. *Ad sanam redite mentem sicut decet.* Ἐκνήφειν proprie dicuntur, qui ex uinolentia ad se redeunt, Ioel I, 5. Transferor deinde ad eos omnes, qui ab errore liberantur. Δικαίως, Grotius supplet: ζήσοντες, in posterum iuste uicturi. Alii: *recte, sicut*

sicut decet, sicut opus est. *Liuius I, 41. nunc expro-  
scere uere.* καὶ μὴ ἀμαρτάνετε) i. e. in posterum absti-  
nete ab iis peccatis, quibus hactenus dediti fuistis, uolu-  
ptatibus, ut uidetur, Epicuræis. *Schulzius: Nolite errare.*  
*Ἀμαρτάνειν* a scopo aberrare, ut interdum hebr. *שׁוּגְגָה*, e. g.  
*Iudic. XX, 16. Ies. LXV, 20.* ἀγνοσίαν — ἴχθει) *Deum*  
*non agnoscunt nonnulli.* Ἐχειν ἀγνοσίαν *ignorare,*  
sicut ἴχθειν ἀμαρτίαν, *peccare.* Hoc non spectat ad  
ipsum Christianos Corinthios. Non enim dicitur *τινες ὑμῶν,*  
sed simpliciter *τινες,* et intelliguntur illi e profanorum homi-  
num genere, a quorum consortio abstinendum esse dixerat,  
ex quibus nonnulli eo impietatis deuenerant, ut meri essent  
Athei, diuinam prouidentiam negantes, et supremum numen,  
a quo cuncta pendent, minime colentes. *Πρὸς ἐντροπήν ὑμῶν*  
*λέγω, ad pudorem uobis sc. incutiendum dico.* Pudeat uos  
tam parum cautos et uerecundos fuisse, ut ab eiusmodi ho-  
minum consortio non abstinueritis.

35. πῶς ἀγείρονται οἱ νεκροί;) *Quonam modo mortui re-  
surgent,* uel resurgere poterunt? Conatur nunc Paulus  
refellere eos, qui doctrinam de mortuorum resurrectione  
ea de causa abiiciendam esse putabant, quod corpora,  
qualia nunc gestamus, in uitam redire posse, et reditura esse  
dubitassent. Ac primo quidem fieri posse, ut olim nobis  
corpora, ab his, quae nunc gestamus diuersa tribuantur,  
comparanda rerum natura ostenditur. Cf. in totum hunc  
locum *S. V. Sam. Fried. Nath. Mori disp. ele-  
ganter et solide scriptam, supra iam laudatam.* πῶς  
δὲ σώματα ἴρχονται;) *Siue quonam corpore instructi pro-  
dibunt?* Sic uerbum ἴρχομαι sumitur *Io. V, 29.* Possent  
etiam uerti: *redibunt,* ut *Io. XIV. 18. coll. u. 3.*

36. ἀφρον) Merito sic eos uocat, qui miracula fieri non credunt, quum natura ipsa plena sit miraculis, sed quae sui frequentia migrant in nomen aliud. οὐ γὰρ — ἀποθάνη) Semen quod tu terrae iniicis non progerminat, nisi antea corruptioni fuerit obnoxium. Κόκκος ἀποθνήσκειν dicitur Io. XII, 24. Granum mori dicitur, quum aëri ereptum terra occultatur. *Viuiscit* dixit de semine Plinius. Semina in terram sparsa nonnisi corrupta reuirescunt, ut Minutius loquitur; quidni credis, eundem naturae auctorem facillime, si uelit, id effecturum, ut mortua corpora feminum instar in uitam redeant?

37. καὶ ὁ σπείρεις, ἢ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις) Rursus, quum tu semina spargis, non ipsam illam plantam, quae nascetur, feris. ἢ τὸ σῶμα: non ipsam illam plantam. Sic *Morus*, liberius quidem, sed recte uertit. Quanquam enim ea, quae e terris nascuntur, recte dicuntur corpora, nemo tamen nostrum in uita communi sic loqui solet, e feminibus corpora nasci; et Paulus dicere uoluit, quod e femine nascitur, id longe alio habitu esse, quam semen. Ἐι τύχοι, *exempli gratia*, ut *Iustinianus* post *Erasmum* explicat.

38. ὁ δὲ θεός — ἡθίλησε) Deus uero huic (semini) dat corpus quod uoluit, femini nempe iam dissimile; i. e. Deus, prout semel instituit, ex eo (semine) nasci iubet plantam. καὶ ἐκάστω — σῶμα) Nempe ex unoquoque genere feminum aliud genus fructuum enascitur, culmis, aristis, foliis, granis diuersum. Quod quotannis fieri uidemus tot feminibus, id fieri potest etiam corporibus humanis,

humanis, terrae conditis et corruptis. Omnia hic ad Dei potentiam et sapientiam redeunt, qui, quicquid uult, efficere potest. Sicuti tritici in agro sati et putrescentis germen seruatur integrum ac uiuificum: ita etiam facile seruari potest aliqua corporis nostri particula essentialis, quae nouarum partium accessione in renouatum corpus crescat, eidemque animo iuncta hominem partim eundem, partim nouum efficiat. Coniecturas nonnullas de resurrectione mortuorum proposuit Anonymus in den *Beytraegen zur Befoerderung des vernünftigen Denkens in der Religion*. Fasc. 2. p. 76. sqq. Fasc. 3. p. 39. sq.

39. ἢ πᾶσα σὰρξ ἢ αὐτὴ σὰρξ) i. e. uaria corporum sunt genera, nec tamen desinunt esse corpora. *Caro* species est corporis. Quum igitur Deus, ut oculis uidere licet, tam uaria corpora creare potuerit, et possit, quis dubitet, posse eum etiam corpora humana transformare, et in perfectiorem restituere statum? ἰχθύων) Carnem piscium dixit etiam *Plinius* non uno loco, sicut Hebraei *Leuit. XIV.* Qui uero legibus sacris uetuerunt *carnibus* per temporis aliquod interuallum uesci, pisces edendi ueniam concesserunt.

40. ἀλλ' ἑτέρα — ἰρισεών) *Sed coelestium corporum decor a terrestrium decore differt.* Δόξα, כוכב saepe quidem significat coruscum et lucidum fulgorem; h. autem loco habitus externi et adspectabilis pulcritudinem, dignitatem, grauitatem et magnificentiam. Nam δόξα hic etiam terrestribus corporibus, quae tamen non fulgent, tribuitur.

41. ἄλλη δόξα — ἀσέρον) Etiam ipsis coelestibus corporibus magna inest uarietas. Sol omnium siderum fulgorem abscondit. Inter alias stellas sunt errantes, sunt fixae; et inter has aliae eximiae, Arcturus, Sirius, spica uirginis; aliae minores, idque per multos gradus. Quis igitur dubitet, Deum, qui omnia ista corpora coelestia, tam uaria, creauit, posse etiam corpora humana restituere in uitam, eaque maioribus ornare perfectionibus?

42. ἔτω καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν) Sic etiam res se habet in resurrectione mortuorum. Quemadmodum nempe magna est uarietas tot corporum coelestium aequae ac terrestrium, ita etiam aliud et melius corpus aliis uisibus prospicere nobis potest Deus. Adduxerat haec exempla Apostolus, non ut doceret, quid fieri necessario debeat, sed ut doceret non absolum a uero esse quod aduersarii negarant; posse potius fieri. Ostendit nunc Apostolus, id certo etiam euenturum; fore autem illa futura corpora nostra longe diuersissima a caducis, fragilibus, sepultis et destructis, quandoquidem natura etiam multas corporum classes habeat. σπείρεται — ἀφθαρσία) Seritur, i. e. sepelitur corpus corruptioni obnoxium, resurget ab omni corruptione alienum. Maluit dicere seritur, quam sepelitur, ut magis insisteret similitudini supra sumtae de grano. Ἐν φθορᾷ, sc. σῶμα ἐν φθορᾷ, i. e. φθαρτὸν, hebraico more; Ἐγείρεται, sc. σῶμα ὃν ἰσόμενον ἐν ἀφθαρσία, seu ἀφθαρτον, corpus quod corrumpi nequit.

43. σπείρεται ἐν ἀτιμῳ) i. e. corpus ἀτιμον, uile, parui pretii. Sic uocatur hoc nostrum corpus, quia interire potest.

potest. Haec ergo uilitas corporis ab eo, quod corpus interire potest, non differt ut proprietas a proprietate, sed exprimit potius iudicium de pretio corporis interituri cum non interituro comparati. *ἐγείρεται ἐν δόξῃ*) *Corpus excellens* et magni pretii. Quum autem opponatur τῷ σώματι ἐν ἀτιμία, et uilitatis causa sit in eo, quod corpus interire potest, ex lege oppositorum *excellentiae* causa erit, quod corpus interire nequit. *ἐν ἀσθενείᾳ*) *Corpus infirmum*, i. e. uariis morbis et periculis obnoxium, hinc facile dissoluumdum. *ἐν δυνάμει*) *Corpus ualidum*, robustum, longe maioribus facultatibus praeditum, quia aliis usibus destinatum erit. Grotius addit: Cum sensibus multis, quos nunc non intelligimus.

44. *σῶμα ψυχικόν*) *Corpus animale*, ein thierischer, sinnlicher Leib; corpus, quod respirando uiuit, ὃ ἐστὶ ψυχὴ ζωῶσα, ὃ ἐγένετο εἰς ψυχὴν ζωῶσα, u. 45. Graecis ψυχὴ saepe id dicitur, quod homines cum brutis animantibus commune habent. Est igitur corpus ψυχικόν facultatibus sentiendi instructum, quod cibo et potu opus habet, ut sustentetur. *σῶμα πνευματικόν*) *Corpus, πνεύματι accommodatum*, subtilissimum, cui nec cibo aut potu, nec somno opus est, quia non destinatur terrestribus his rebus agendis. *ἐστὶ σῶμα — πνευματικόν*) Non tantum uariat haec sententia, sed abest etiam a nonnullis codicibus. Sed ad sensum integrum omnino pertinere uidetur. Sicut nempe magna est uarietas aliorum corporum, coelestium atque terrestrium, ita etiam corpora humana possunt esse uaria, animalia nempe, et spiritualia, uel subtiliora. Vide tamen Ven. Mori disputationem, supra laudatam p. 8. not. m)

45. ἔτω καὶ γέγραπται) Gen. II, 7. εἰς ψυχὴν ζῶσαν) *Animal uiuum, uel creatura uiuens, sicut reliqua animantia. Est enim abstractum pro concreto. Hanc uitam animalem, cibo, potu, somno, aliisque necessitatibus indigentem Adamus ad nos transmisit. δ ἰσχατος Ἄδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιῶν) Posterior Adamus est spiritus, uitam largiens. In πνεύματος uerbo hoc loco uis et natura semper permanendi intelligenda est; et alter Adamus, πνεῦμα, est semper durans, in aeternum uiuens. Dicitur uero etiam πνεῦμα ζωοποιῶν, quia, quum semper manet et uiuit, mortuis uitam, et cum hac beneficium semper permanendi, tribuit. Ceterum non uidetur e superiore commate ἐγένετο repetendum, sed potius intelligendum ἐστὶ, ut sensus sit, Christum esse πνεῦμα, interitus expertem, seu semper et in aeternum uiuere, et talem fore nostrorum corporum olim indolem. Nam siue causam, cur dicatur πνεῦμα, in eius natura positam puteamus, siue in conditione illa et uita immortalis, qua nunc fruitur: tamen eum cogitare debemus, qualis nunc est, ut habeamus exemplum nostri corporis, olim ἀφθάρτου et immortalis.*

46. ἀλλ' ἔ πρῶτον τὸ πνευματικόν) sc. σῶμα ἐστὶ. *Genus illud corporis spirituale non extitit tempore prius. Praemisit Deus imperfectiora, ut perfectiora sequerentur, quem ordinem in operibus suis fere semper seruare solet, teste experientia.*

47. δ πρῶτος — χοϊνός) *Primus ille homo, (Adamus) ex terra procreatus, corpore terrestri fuit praeditus. Gen. II, 7. Quia nempe homo rebus terrenis praefectus fuit,*  
naturam



naturam corporis terrenam habere debuit. δ δεύτερος — ἕρανε) Posterior homo (Dominus) coelestis originis est. Abest δ κύριος a nonnullis codicibus, a Vulg. Copta, Aethiop. Cypriano, et latinis plerisque scriptoribus, Origene etc. Marcion pro ἄνθρωπος ἐξ ἕρανε primus scripsisse traditur κύριος ἐξ ἕρανε. Vid. inprimis Ven. Mori disp. p. 22. sqq. Ἐξ ἕρανε nihil aliud esse videtur, quam ἕράνιος, sicut paullo ante ἐκ γῆς, γῆνός, terrenus, cui κατ' ἐξήγησιν additur χοῖνός. Coelestis uocatur Christus, siue is, cuius origo coelestis fit, ob singularem plane et omni humana maiorem excellentiam; quae excellentia in hoc Paulino loco uidetur ut causa τῆς ἀφθαρσίας commemorari, et hanc sempiternitatis notionem adiunctam habere. Si enim in iudicio de priore Adamo eius origo terrestris tractatur ut causa, quare caducus sit: necesse est ut posterioris Adami origo coelestis contineat causam, cur non sit caducus, sed interitus expers.

48. οἶος — δι χοῖνός) Quale corpus Adamus habuit, tale et fuit in posteros; nec nos in hac uita nobiliorem corporis naturam habere potuimus, quam fuit ea, qua praeditus fuit Adamus. καὶ οἶος — δι ἑπεράνιος) Et cuius naturae est coelestis homo, (Christus, ex mortuis resuscitatus,) eiusdem sunt coelestes. Ἄνθρωπος ἑπεράνιος h. I. procul dubio est ἄνθρωπος, ἔχων σῶμα ἑπεράνιον, qui habet perfectius et melius corpus, quam quod in his terris gestauit, i. e. corpus interitus expers.

49. καὶ καθὼς — τῷ ἑπεράνιος) Atque ut terreni imaginem retulimus, sic et coelestis imaginem referemus. i. e.

quam vere et certo similitudinem eius corporis gessimus, quod fuit Adami, e terra creati; iam vere et certo etiam geremus naturam corporis coelestis, quo Christus iam est praeditus. *Imaginem alicuius ferre*, significat, *similem alicui esse, ad similitudinem ipsius ueluti effectum esse*. Adhibetur locutio proprie de statuis, pieturis, aliisque rebus, quae ad archetypum aliquod formatae, illud *repraesentant*. Vid. *Kypke* ad h. l. Corpus habebimus simile corpori Iesu, in suo tamen gradu. Legendum est omnino  $\phi\omicron\rho\rho\acute{\epsilon}\sigma\omicron\mu\epsilon\nu$ , quod postulat series orationis, seruat etiam Syra et codices auctoresque sat multi. *Tertullianus*, *Irenaeus*, *Cyprianus*, et Latini omnes, *Vulgata* etiam: *portemus* quasi  $\phi\omicron\rho\rho\acute{\epsilon}\sigma\omega\mu\epsilon\nu$ , quae scriptura etiam est graecorum quorundam codicum. Sed est haud dubie antiquam uitium *latini* interpretis et quorundam scribarum, quos litterarum compendium fefellit.

50.  $\delta\tau\iota\ \epsilon\lambda\epsilon\gamma\ \text{---}\ \eta\ \delta\acute{\iota}\nu\alpha\nu\tau\alpha\iota$ ) *Non posse fieri, ut homines, animali corpore praediti fruantur coelesti illa felicitate*. Haecenus docuerat potissimum Apostolus, fieri posse, ut ab his nostris corporibus diuersa nobis olim tribuat Deus; nunc uero docet, *ita etiam fieri debere, ut haec ab illis reuera diuersa sint*.  $\Sigma\acute{\alpha}\rho\kappa\epsilon\ \kappa\alpha\iota\ \alpha\iota\mu\alpha$ ,  $\text{בשר ודם}$  intelligitur corpus tale, quale hic habemus, fluidum, fragile, caducum, constans ex particulis minimis, quae decedunt quotidie, et quarum in locum aliae extrinsecus accedunt. *Paucis deus* h. l. ubi de futuris sermo est, futuram Christianorum felicitatem indicat; quam felicitatem nunc spectare ut *sempiternam*, iubet similis in hoc ipso uersu propositio: quae enim in altero membro est  $\acute{\alpha}\phi\theta\alpha\rho\iota\alpha$ , eadem

eandem in altero est θεῶ βασιλεία. Quum autem constet, in hac felicitate nullum locum fore alimentis (1 Cor. VI, 13.) nullum machinae, digerendis cibis aptae, nullum procreandae soboli (Luc. XX, 34.) hoc est, nihil tale, quale est corporis carnosum, succulenti et ad animales, quae dicuntur actiones facti: necessario sequitur, ut Deus σάρκα καὶ αἷμα, res non sempiternas, sed interituras, nec sine alimentis duraturas, exulare iubeat hōc suo regno. εἰδὲ — κληρονομεῖ) *Nec fragile hoc corpus pertingat ad statum illum immutabilem.* Ἡ φθαρὰ, abstractum pro concreto τὸ φθαρτὸν σῶμα. Ἡ ἀφθαρσία status ille immutabilis in altera vita. Sensus est: quod natura sua hoc habeat, ut interire possit, idem non habere simul hoc posse, ut interire nequeat.

51. μυστήριον ἡμεῶν λέγω) Rem haestenus vobis aliisque incognitam; rem paucis cognitam. Haec enim usitatissima huius vocis est significatio. πάντες μὲν — ἀλλαγησόμεθα) *Non omnes quidem moriemur, sed omnes tamen aliam mutationem subire oportet.* Ingens lectionis varietas. Alii legunt: πάντες μὲν κοιμηθησόμεθα, ἔ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. Al. πάντες μὲν ἐν κοιμηθησόμεθα, ἔ πάντες δὲ etc. Al. πάντες μὲν ἀνασησόμεθα, ἔ πάντες δὲ etc. Al. δι πάντες μὲν κοιμηθ. δι πάντες δὲ etc. Alii denique: δι πάντες μὲν ἔ κοιμηθ. ἔ πάντες δὲ. Quare *SEMLERUS* suspicatur hanc sententiam a variis lectoribus varie additam fuisse, ut clarius describerent, quid sit illud μυστήριον. Vide tamen quae contra monuit Ven. *MORUS* l. c. p. 33. not. s) et p. 30. sq.

52. ἐν ἀτόμῳ, ἐν βιτῇ) *In momento, iſtu quaſi oculi.*  
*Hefychius: ἐν ἀτόμῳ, ἐν βιτήματι, ἐν τάχει.* Haec referenda ad proximum quod praeeſſit. Dicit, mutationem iſtam corporis caduci in corpus immortale ita ſubitam fore, ut tempus percipi non poſſit. ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι) *Ad tubae ulrimae ſonum, i. e. tempore, quo terribiles orbis reuolutiones magnum illud iudicium quaſi indicent.* Sententiae et phraſi ineſt Hebraiſmus. Deſcribitur ſolemnis aduentus Chriſti imaginibus uel ſignis, e regis humani, regnum armata manu occupantis, triumphante ingreſſu repetitis, de qua re plura I Theſſ. IV, 16. Paulo aliter Rabbini. *Othioth R. Akiba, cit. Eifenmenger, T. II. p. 929.* Quomodo Deus S. B. mortuos in ſeculo futuro reſuſcitatur? Docemur Deum magnam tubam, mille ulnas, iuxta ulnam Dei longam, in manum ſumturum, eamque inflaturum eſſe, eiusque ſonum ab una extremitate mundi ad alteram auditum iri. *Primo ſono* totus mundus commouebitur; *ſecundo* puluis ſeparabitur; *tertio* oſſa colligentur; *quarto* membra incaleſcent; *quinto* capita tegentur cute; *ſexto* animae in corpora reducentur; *ſeptimo* reuiuſcent et ſtabunt ueſtiti. S. D. Zachar. IX, 15. 16. σαλπίζει γὰρ) τὸ σαλπίζειν ita dici uidetur, quemadmodum τὸ ὕειν et τὸ βρωτῶν uulgo, aliaque a Graecis et Latinis, ἐλλιπῶς aut absolute uſurpantur. Poſteriores Graeci τὸ ἀγγελος addiderunt, ex I Theſſ. IV, 16. Suppleri poteſt etiam θεός ex Zachar. IX, 14. ut patet ex modo dictis ad proxime praecedentia uerba. καὶ ἡμεῖς ἀλλαγόμεθα) Nempe quos uiuos illic Deus deprehenderit, inter quos Paulus putauit fieri poſſe, ut et ipſe eſſet, et alii multi, qui cum ipſo uiuebant.

I Theſſ.

I Theff. IV, 15. Id eo euenit, quia de die ultimo, quando is futurus esset, nihil Christus suis reuelauerat, ut semper expectaretur. Alii illud ἡμεῖς ex figura Rhetorica κοινώσσει interpretantur.

53. δεῖ γὰρ — ἀθανάσιον) Nam hoc nostrum corpus, corruptioni obnoxium, naturam illam induat oportet, quae est corruptionis huius expers; et hoc mortale corpus immortalitatem. Cf. u. 50.

54. τότε γενήσεται ὁ λόγος γεγραμμένος) Tunc fiet illud, quod scriptum est, Ies. XV, 8. Λόγος, כָּבַד, res ipsa. Solet hoc dici, quum prophetarum uerba trahuntur in sensum eminentiorem. κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῆκος) *Absumpta est mors in aeternum.* In Hebraeo est: *Perdet mortem חַנְצֵל, in sempiternum.* Vbi Chaldaeus מִן לְעֵל, i. e. εἰς αἰῶνα. Symmachus, καταποθῆναι τὸν θάνατον εἰς τέλος, reddiderat, quod est εἰς νῆκος. Hellenistae חַנְצֵל modo εἰς νῆκος, modo εἰς τέλος reddunt, ut Iob. XXXVI, 7. 2 Sam. II, 26. Thren. V, 20. Pf. IX, 6. 18. XLIII, 25. LXXIII, 1. II. 12.

55. πῶ σο, θάνατε, τὸ κέντρον;) Hof. XIII, 14. uerbis paullam mutatis, ut fieri solet ab iis, qui memoriter locum citant. Legerunt LXX. ה'ן pro ה'ן. Vbi, o mors, tua est uis, et acerbitas? Κέντρον uidetur ad antiquam picturam respicere, qua Iudaei angelo mortis gladium tribuunt, e quo fellis mortifera gutta delabitur in os hominis. Alii mortem quasi falce homines demetentem pinxerunt. πῶ σο, ἄδη, τὸ νῆκος;) Vbi est, o mors, tua per longum tempus iactata uictoria? Ἄδης, sicut ὕψος in se non differt a θάνατος. Est tamen Veteribus ἄδης in

in specie status mortuorum, siue locus, in quo animae a corporibus separatae degunt, das *Todtenreich*.

56. τὸ δὲ κέντρον τῆς θανάτου, ἢ ἀμαρτίας) i. e. *Peccatum est id, quod mortem reddit acerbam*. Peccatum enim dat ius morti, detinendi homines sub imperio, ita ut reuiuiscere non possint. Hanc uim nemo nisi Christus eripere potuit morti. ἢ δὲ δύναμις τῆς ἀμαρτίας, ἢ νόμος) *Lex uero (Mosaica) grauitatem peccati ostendit*. Rom. VII, 9. 13. Ostendit Apostolus, lege Mosaica nec peccati uim posse infringi, nec mortis poenam tolli, sed hoc fieri per Euangelium, uel Christi doctrinam, ut statim sequitur.

57. τῷ δὲ Θεῷ — χριστῷ) Deus nempe effecit, ut per Christum, cuius salubri doctrina sumus imbuti, uincere possimus peccatum, ac proinde et mortem, eiusque terrores. Cf. Hebr. II, 14. Quaquam enim Christus nos temporali morte non exemit, effecit tamen, ne illa esset amara et formidanda; nec modo cunctos potente uerbo suo e puluere aliquando excitabit, uerum etiam fideles et pios liberatos ab omni miseria ad ueram et aeternam felicitatem perducat.

58. Ὡς — ἀμετακίνητοι) *Ergo firmi estote et immobiles*, in religione nempe, eiusque professione et exercitio. Ὡς εἶ, ego, illationis nota. περισσεύοντες — πάντοτε) Omnia, quae Deo grata sunt, facientes abunde, etiam plus quam quisquam exigere audeat, ut Paulus fecit, suo sumtu Euangelium annuncians. εἰδότες — ἐν κυρίῳ) *Λιτότης*. Vult enim dicere, magna fore laboris praemia. Ὁ κέτος ἐν κυρίῳ, labor secundum Dominum, secundum Christi praee-

praeceptum, uirtutis christianae indefessum studium. Si uera est doctrina de resurrectione, nullus labor grauis uideri debet; quid enim suauius uita, eaque beatissima?

CAP. XVI.

1. Περὶ δὲ τῆς λογίας εἰς ἀγίους) Quod attinet ad collectam s. stipem pro Christianis. Intelligit collationem pecuniarum ad subleuandam paupertatem fidelium in Iudaea, Rom. XV, 26.

2. κατὰ μίαν σαββάτων) Primo quoque die hebdomadis. Μίαν, per hebraismum, πρώτην. Cf. Matth. XXVIII, 1. Christiani maxime sabbatis et diebus dominicis conueniebant. Quia uero hi, qui ex Iudaeis facti erant Christiani, morem Iudaicum seruantes, sabbatis pecunias non tractabant, ideo ad eam rem aptior erat dies sequens. De more ueterum Christianorum conferendi elemosynas cf. Iustin. Mart. Apol. I. §. 88. ἕκαστος — τιθέντω) In domo sua aliquid seponat, quod nempe conferatur in egenos. Παρ' ἑαυτῶ, in domo sua, ut Franco Galliches - lui. Sic apud Iosephum οἰκᾶς et παρ' ἑαυτῶ ut Synonyma iunguntur. Ant. IX, 4, 4. Τιθέντω αἱ, autem hic est seponere aliquid, certis usibus destinatum, quod alias ἀποτίθεσθαι. Συναρπάζων — ἐνοδῶται) Quasi in cumulum colligens, quantum sine molestia suarum rerum detrahere sibi potest. Ὁ, τὶ ἂν ἐνοδῶται, pro benedictione Dei, uel, pro eo, quod a benedictione Dei. Nam ἐνοδία et Dei benedictio, et quod a benedictione Dei. Act. XI, 29. Quanquam et nonnunquam, quem uel dirigit, uel cui aliquid inspirat Deus, ἐνοδῶσθαι dicitur, ut itaque sensus

sus fit: *prout ei Deus bene inspirauerit, uel, quod ei bene placuerit.* Vult Apostolus, ut quisque singulis diebus dominicis aliquid seponat pro pauperibus, quia facilius alicui persuadetur, ut parum erogat et saepe, quam ut semel multum. ἵνα μὴ — γίνωνται) i. e. tunc primum. Quod si esset, tenuiores futurae erant collationes, quam quae ex longo tempore primum creuissent.

3. ὅταν — Ἱερουσαλήμ) *Postquam autem aduenero, mittam quos probatos habueritis, cum litteris meis, ut elemosynam uestram perferant Hierosolymas.* Δι' ἐπιστολῶν, i. e. οὖν ἐπιστολαῖς. Notam interpungentem ponendam post

δοκιμάσητε, recte monet Theophylactus. Χάρις, *beneficium, elemosyna.* Et est breuis locutio: Mittam per litteras, uel cum litteris meis, eos commendabo, testimonio meo eos prosequar.

4. εἰάν δὲ — πορεύσονται) Si summa collecta tanti erit, ego pro epistola eos comitabor. Excitat eos, ut dent quamplurimum.

5. ὅταν Μακεδονίαν διέλθω) De hoc itinere nihil commemorat *Lucas*; nam aliud est, quam illud *Act. XX, 3.*

6. ἵνα ὑμῖς — πορεύωμαι) *Quo ibo, i. e. in Iudaeam.* Solebant autem quidam ex Ecclesiis Apostolo se itineris aliquousque comites addere, *Act. XV, 3. XVII, 15.* etc.

7. ἄρτι) *Nunc, hic significat futurum imminens; für dießmahl.* Ἐάν δ κύριος ἐπιτρέπη. Solita Christianis cautio. *Si Deus uoluerit* etiam Paganis usitatum, ostendit



ostendit Tertullianus *de testimonio animae*. Alii rudiores eorum dicebant; si Dii uolent, ut *Plautus* Paenulo IV, scena ult. aliique.

8. ἕως τῆς πεντηκοστῆς) Haud dubie diem Iudaeis festum indicat, quo promulgatae legis memoria est celebrata. Christiani diem memoriae donati spiritus S. sacrum nondum uidentur tum celebrasse.

9. Θύρα — ἐνεργῆς) *Nam data est mihi insignis occasio*, nempe Euangelium cum fructu annunciandi. Θύρα, eximia opportunitas. Arrianus *Differt. Epiét* L. I, c. 9. *Cum hodie pasti fueritis, sedetis plorantes, quidnam cras fitis esuri. Mancipium, si habueris, habebis, si non habueris, excedes e uita, ἡ νοικται ἡ θύρα, aperta est ianua. Ἐνεργῆς, ad agendum apta.* Sic a Polybio L. II, c. 65. *παράταξις ἐνεργῆς, acies ad agendum apta uocatur, quae, ut idem paullo ante dicit, apta erat πρὸς ἐπίθεσιν.* Verbum ἀνέσχετο, neutraliter acceptum in *Soloecismis* ponitur apud Lucianum in *Soloecista* et a Phrynicho. Vfus tamen est illo ipse Lucianus satis crebro. Sic et Arrianus in *Tacticis*: *κράνη — ἀνεωγῆτα κατὰ τὰς ὀφθαλμοὺς, galeae circa oculos patentes. καὶ ἀντιεπίμονοι πολλοί) Licet aduersarii plures nec hic defint. Aduersarii ex Iudaeis, tam illi, qui Pauli nomine abutebantur, Act. XIX, 13. quam qui ui et dolo infidias struebant, u. 33.*

10. εἰν δὲ ἔλαθη Τιμόθεος) De eo iam c. IV, 17. dixerat. Sed habebat Timotheus in itinere multas ecclesias inuisendas, quia Paulus eum per Macedoniam proficisci iusserat, Act. XIX, 22. βλέπετε — ὑμᾶς) Curate,

ne

ne schismatum auctores, quorum culpas arguet, quicquam nocere ei possint.

11. ἐκδέχομαι — ἀδελφῶν) Dubium est, quo haec pertineant; utrum Paulus cum fratribus aliis *Timothei* reditum expectet; an uero optet Paulus, redire *Timotheum* atque ceteros fratres, qui *Timothei* erant focii; praeter *Eraftum* enim Aét. XIX, 22. haud dubie et alii cum *Timotheo* ad *Paulum* uenturi erant.

12. καὶ τάντως — ἔλθῃ) *Sed minime impetrare ab eo potui, ut nunc ad uos ueniret*, nempe quia alia magis urgentia eum distinebant. Videntur ii, qui litteras ad *Paulum* dederant, optasse, ut uel *Paulus* uel *Apollo Corinthum* ueniret; quum uero desiderati magistri nolent ipsi uenire, eorum uice *Timotheus* fungi debuit. u. 10. Cf. supra c. IV, 17. f.

13. Γρηγορεῖτε) i. e. diligenter uobis caute, ne quis uestrae uirtuti et saluti noceat, falsis doctrinis et malis exemplis uos perdat, et a uera religione abducat. Similitudo desumpta a militibus, quorum est uigilare et diligenter excubias agere, ne imparati et uino somnoque sepulti ab hostibus opprimantur. στήκετε ἐν τῇ πίστει) i. e. *perseuerate in religione*. Ἡ πίστις, uniuersa religio. ἀνδρείως) *Viriliter agite*, resistite tentationibus et periculis, ne ullis aduersariorum minis, ullis aduersis, ac ne morte quidem ipsa terreamini. Iterum similitudo desumpta a militibus, qui aduersus hostem stare et pugnare solent. κραταίως) *Fortes uosmet praestate*. Passiuum pro reciproco. Nam 1 Sam. IV, 9. pro ἠγωνίσθη in Graeco est: κραταίως.

14. πάντα — γινέσθω) *Quicquid vobis agendum est, fiat ex amore.* Πάντα ὑμῶν, quaecunque tanquam Christiani agitis, et agere debetis.

15. 16. παρακαλῶ — καὶ κοτιῶντι) Παρακαλῶ cum ἵνα u. 16. construi debet, et post ἀδελοφολ uerba reliqua usque ad ἑαυτῆς parenthesi includenda sunt. De significato uocis ἀπαρχῆς cf. Rom. XVI, 5. Scitis, ait, Stephanam cum suis et inter primos esse, qui crediderunt, et multum eos inseruisse Christianis aliis. καὶ εἰς διακονίαν — ἑαυτῆς) *Christianorum commodis inseruendi studio sese addixerunt.* Latet in his uerbis notio, illos eiusmodi amoris officia sibi met ipsis iniunxisse, exque sponte, nemine iubente aut impellente, suscepisse. *Plutarch.* de frat. amor. ἐπὶ τὸ στρατηγεῖν καὶ διοικεῖν ἱταττον αὐτῆς, *exercitui ducendo, et rei familiari administrandae se addixerunt.* Διακονία significat quaelibet amoris obsequiosissimi officia erga Christianos, et beneficentiam. Fuerunt autem hi Christiani, quibus inseruit domus Stephani, praesertim peregrinantes, ab hac Stephani familia hospitio excepti, et beneficiis affecti. ἵνα καὶ — τοῖς τοῖς) *Vt etiam uos obsequiosi sitis erga tales, nempe erga Christianos, ut τοῖς τοῖς referatur ad uerba τοῖς ἀγίοις, et exemplum domus Stephanae reliquis ad imitandum proponatur.* Verbum ὑποτάσσασθαι autem hic ut alibi, significat *obsequium, et ad praestandi amoris officia alacritatem,* ut Eph. V, 21. I Petr. V, 5. καὶ παντὶ — κοτιῶντι) i. e. Euangelii praeconibus, quales Timotheus, u. 10. et Apollo u. 12.

17. χαίρω — Ἀχαίνῃ) i. e. *Magno gaudio affecit me praesentia Stephanae* etc. quod nempe ad me uenerunt, atque de uariis rebus me certiores fecerunt. Sed tum, quum haec scriberet Apostolus, in eo fuisse uidentur, ut redirent Corinthum, et perferrent etiam hanc epistolam, u. 18. ἵτι — ἀνεκλήρωσαν) *Quoniam absentiam uestram hi suppleuerunt*, i. e. quod mihi deerat a uobis, ut qui uestro conspectu nunc frui non possim.

18. ἀνέτασαν — τὸ ὑμῶν) i. e. animum meum sic recrearunt, ut iam plane perspiciam, et uos per illos recreatum iri. Paulus quasi praeuider, et praesagiente animo scribit, simul eorum dexteritatem et integritatem ceteris Corinthiis commendans. ἐπιγινώσκετε ἔν τῆς τοιούτης) *Eos igitur iusto honore afficite*, qui tam strenue id praestant, quod ego et uos optabamus.

19. ἀσπάζονται ὑμᾶς ἐν κυρίῳ) i. e. a Christo omnia bona uobis apprecantur.

20. ἐν φιλήματι ἀγίῳ) Vid. Rom. XVI, 16.

21. ἡ ἀσπασμὸς — Παύλῳ) Ellipsis. Sensus est: *Restat saluatio a me, quae est adscripta a me ipso, propria manu*. Atque ita intelligitur, ea, quae sequuntur, Paulum ipsum adiecisse scribentem, quum alia dictasset.

22. εἰ τις — ἤτω ἀνάθεμα) *Si quis non amat Iesum Christum*, i. e. eum eiusque doctrinam tam parum curat, ut uel impedimenta salutari doctrinae afferat, proprii commodi causa, *seiuunctus fit a societate nostra*; nihil rei est mihi cum eo. μαρὰν ἔθ᾿) *Dominus noster uenit*.

Formula Syriaca. Hieronymus, et graeci quidam Scriptores

ptores in significato praeteriti id intelligunt. *Venisse* Christum, satis constat; ergo Iudaica expectatio aduentus Christi in hanc terram, in regnum illud uoluptatum, locum non habet. In Epistola *Clementis* secunda ita explicatur: Haec, qui non custodierit, sit *Anathema* usque ad aduentum Domini.

24. ἡ ἀγάπη — Ἰησῶ) i. e. *Ergo propter Christum uos omnes sincere diligo.* Locutio: μεθ' ὑμῶν, uim habet. Dicuntur amicitiae dissolui internallis locorum. Hoc negat apud se fieri. Se animo ipsis esse praesentem; res eorum curare.

15. πρὸς κορινθίους — Τιμοθέῳ) Aut omnino aut ex parte deest in codicibus antiquioribus et melioribus.





# SCHOLIA

IN ALTERAM

EPISTOLAM AD CORINTHIOS.

---

## CAPUT I.

**T**<sup>τιμωρος</sup> Antequam Paulus priorem Epistolam scriberet, praemiseraat Timotheum ad ecclesiam Corinthiacam, I Cor. IV, 17. XVI, 10. Act. XIX, 22. cui tamen mora in Macedonia iniecta fuisse uidetur, ita ut Paulus in itinere ipsum fuerit affecutus. Ergo neque statim post priorem, neque multo post scripsit hanc ad Corinthios alteram epistolam Paulus. Tantum enim interualli fuit, quo Timotheus, ab eo missus, ire Corinthum potuit, mandata eius explicare, et, ut eis pareretur, laborare, atque ad eum redire. Timothei autem labor Corinthi apud plerosque bene successerat. Eiecerant enim quicquid uitiorum apud eos regnauerat. Quare Apostolus in hac altera epistola restitutam felicitatem gratulatur, et totus fere in eo est, ut se defendat contra aduersarios, qui multiplici calumnia de eius fama detraxerant. Quas quidem calumnias ornasse uidentur iniuriis atque casibus aduersis iis, in quos Paulum coniecerat diuinae doctrinae propagatio. „Nam ea est plerorumque hominum peruersa senten-

sententia, ut, ubi uiderint alios perenni malorum impetu iactari, eos siue magnorum scelerum reos putent, uel Deo imprimis exosos, certe eandem siue doctrinam siue uitam amplecti minime uelint, unde tam tristes casus nasci uiderint. Cui inuidiae ita Paulus in hac epistola occurrit, ut non neget se induisse se in tales molestias; sed neque in iis doceat aliquid turpitudinis esse, quin potius laudis plurimum, neque se earum molestiarum mole opprimi, sed animi intentione et constantia, maximeque Dei praesentis adiumento presum omnem ponderum depellere., Sic eleganter Ven. *Noesselt* in disp. ad locum Pauli 2 Cor. IV, 10. sqq. in opusc. p. 233. edit. 2. *σὺν τοῖς — Ἀχαΐα*) Voluit Paulus, exempla huius epistolae mitti ad alias in Achaia ecclesias, ut tum fieri solebat. Christiani in minoribus oppidis suberant Corintho, quasi Metropoli.

2. *χάρις — χριστῷ*) Eadem formula Rom. I, 7. I Cor. I, 3.

3. *ὁ πατήρ τῶν διευτηριῶν*) *Pater clementissimus.* Genitiuus pro Adiectiuo, ut et in uerbis subsequentiis. Deus *אנוכי* Syris et Arabibus. *θεὸς πάσης παρακλήσεως.* *Deus omnis consolationis auctor.*

4. *ὁ παρακαλῶν — ἡμῶν*) *Qui me in omnibus calamitatibus meis consolatur.* De se Apostolus h. l. loquitur in plur. ut solet. Non sine causa hoc dixit aduersus eos, qui Deo exosos putant eos, qui multis calamitatibus sunt expositi. Cf. Rom. V, 3. VIII, 35. *διὰ τῆς παρακλήσεως — θεῷ*) *Iisdem argumentis, quibus nos erigimur a Deo in rebus afflictis.* *Παράκλησις, Trostgründe.*

5. ἴτι, καθὼς — εἰς ἡμᾶς) *Nam sicut permultas calamitates propter Christum, eiusque doctrinam, quam annunciamus, perferimus.* Παθήματα (sc. ὑπὲρ τῆ) χριστοῦ, calamitates ob Christi doctrinam. διὰ χριστοῦ) i. e. ex felici religionis christianae successu. Nam saepe *Christus* nominatur, loco doctrinae, cuius est ille et auctor et ingenium argumentum.

6. εἴτε δὲ θλιβόμεθα — σωτηρίας) Sc. θλιβόμεθα. Si nos affligimur, id fit, ut uos nostro exemplo ualide incitemini ad eadem mala toleranda, quod et uobis ipsis consolationem et salutem afferet. τῆς ἐνεργουμένης — πάσχομεν) Ingens lectionis uarietas, licet sensus maneat fere idem. Nam alii post σωτηρίας statim legunt: εἴτε παρακαλύμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως, et post haec uerba demum addunt: τῆς ἐνεργουμένης — πάσχομεν. Sic codices sex, quos inter est Alexandrinus, Verff. Syr. Erp. Copt. Aeth. Arm. flor. harl. item Vulg. Ephr. Antiochus, Ambrosiaster. Alia lectio concinit cum uulgari, praeter quam quod ἡ ἐλπὶς etc. praeponatur uerbis εἴτε παρακαλύμεθα etc. Sic codices 42. Ar. pol. Syra post. Chrysof. Theodoret. Photius, Damasc. Oecum. Theophylactus. Τῆς ἐνεργουμένης passivae sumi potest, quae (consolatio et salus) efficitur etc. ut 2 Theff. II, 7. uel: quae consolatio conspicua fit etc.

7. καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν) Sc. εἰς, et ὑπὲρ pro περὶ. *Firma est spes mea de uobis, nempe uos ex rebus meis aduersis et prosperis utilitatem percepturos.* Secundum *Crotii* sententiam haec per parenthesis legi debent, ut Paulus dicat, firmam se habere spem de constantia



tia etiam Corinthiorum in sufferendis malis. εἰδότες — τῆς παρακλήσεως) Scire se dicit, Corinthios tangi sensu ut aduerforum, ita et bonorum, quae ipsi, dante Deo, contingebant. Nam sine dubio multi inter Corinthios Pauli caussa et ipsi dolebant, metuebantque, participes quodammodo omnium aerumnarum, quibus tanti magistri ministerium obruebatur. Eosdem igitur etiam solatii, gaudii que noui participes esse et uelle et debere, hic occupat.

8. εἰ γὰρ θείλομεν — Ἀσίᾳ) Ἰπὲρ τῆς θλίψεως, pro: περιτ. θ. sicut etiam habent codices nonnulli, Chrysostomus, Theodoret. Basil. Antiochus. Difficile dictu est, ad quam historiam Paulus hic respiciat. *Theodoretus* trahebat ad Aët. XIX, 23. Alii in ea fuerunt opinione, plane aliam historiam hic tangi a Paulo, de qua Lucas nihil narrauerit. *Semlerus* respici existimat ad Iudaeorum infidias, quae Aët. XX, 3. breuiter tanguntur, et haud dubie atroces casus uarios inuoluebant, quos uix fugiendo et latitando superare Paulus potuit. ὅτι καὶ — δύναμιν) καὶ ὑπερβολὴν, i. e. ὑπερβαλλόντως, ualde, ut Rom. VII, 13. Ἐβαρήθημεν, *pressi sumus*. Ἰπὲρ δύναμιν, *supra quam uires humanae sustinerent*. ὥστε — τῆ ζῆν) *adeo ut etiam de uita desperarem, uel ut alii interpretantur: ut de uita mea desperaretur, nempe a meis sociis*. Hanc explicationem sequentia uerba commendant.

9. ἀλλ' αὐτοὶ — ἐσχήκαμεν) *Quin etiam ego ipse mortem quasi iam certam formidauī*. Proprie: Ipse in memetipso sententiam mortis habui. Ἀπόκριμα, *sententia, responsum, decretum*, siue per *profopopoeiam* mortis, siue ut sensus sit: Ipse hanc ferebam sententiam, iam quidem

me non posse caedem aut mortem effugere. ἵνα μὴ — τῆς νεκρῆς) *Ne meis uiribus, sed Deo omnipotente confiderem, uel: ita ut perspicerem, me nonnisi miraculosa Dei potentia e tanto uitae periculo eripi posse.* ἵνα, adeo ut, Hebraeis interdum mortui dicuntur, qui *quasi* mortui sunt; et resuscitati, qui liberantur.

IO. ὅς ἐκ — βύται) *Qui ex tanto mortis periculo me saluum eripuit, et eripit.* Loquiter de periculis, quae a continuis Iudaeorum insidiis impendebant. Καὶ βύται, abest a cod. Alex. et Clarom. ut et Versione Syr.

II. συνυπεργέντων — δεήσει) Est traiectio in his uerbis, pro: τῆ δεήσει ὑπὲρ ἡμῶν. *Si et uos me adiuuetis precibus (ad Deum fufis) pro me.* Συνυπεργεῖν, adiuuare, opem ferre. ἵνα ἐκ πολλῶν — ὑπὲρ ἡμῶν) *Vt a multis hominibus respectu habito ad beneficium in me collatum prolixè pro nobis grates agantur.* Ἐκ πολλῶν προσώπων, a multis hominibus, personis. Ἐκ saepe causam efficientem significat, et latine uertitur a. Cf. infra III, 5. ἐκ τῆ θεῶ. V, 1. Rom. XIII, 3. Πρόσωπον, persona; quae notio satis frequens est Graecis. Vid. Κυρκε ad h. l. τὸ (i. c. κατὰ τὸ) εἰς ἡμᾶς χάρισμα, respectu habito ad beneficium in me collatum, uel propter beneficium etc. Similis ellipsis τῆ κατὰ est infra c. VI, 13. Cor. XI, 2. διὰ πολλῶν, prolixè, ut Hebr. XIII, 22. διὰ βραχίων, paucis. Alii: *Vt pro illo in me collato beneficio, quod simul ad multos pertinet, etiam gratiae Deo pro me agantur, per plurimos alios, ut hic fit traiectio, pro: ἵνα τὸ εἰς ἡμᾶς (γεόμενον) χάρισμα, ἐκ πολλῶν προσώπων etc.* Χάρισμα est liberatio Pauli e periculis, quam Deus precibus Asiaticorum,

rum, Macedonum et Corinthiorum concessit. Ἐκ πολλῶν προσώπων, Schulzius uertit: in mehrer Rücksicht, ex hebraica significatione פְּנִיָּה. Alii: propter multos homines. Ἐκ, propter, ut Apoc. VIII, 13. XVI, 10. Syrus hic fere expressit: Vt (sit) illud in nos collatum donum, multorum, seu multis commune; (ut multi alii porro mea opera uti possint;) atque sic per multos gratiae agantur pro me, pro mea liberatione. Ἐυχὰς ἡμῶν, gratiarum actione celebretur.

12. ἡ γὰρ κἀνύχησις — πρὸς ὑμᾶς) Nam hic est honor meus (id mihi maximo honori duco, in eo laetor) quod conscientia mea mihi testatur, me candide et integerrime, non astute, sed adiutum Dei auxilio, quum uniuerse in mundo, tum maxime apud uos uersatum fuisse. Ἡ κἀνύχησις, gloriatio, uel gloriationis materia; res de qua gloriari iure possumus; uel etiam laetandi et gaudendi materia. Ἐν ἀτλότητι, sincere, pro ἀπλῶς, ut est apud LXX. pro hebr. כְּתוּבָה Prouerb. X, 9. Ἐλικρινεῖα Θεοῦ, integritas Deo probata, ut כְּתוּבָה יְהוָה Ps. LI, 19. Σοφία σαρκικὴ, opposita τῇ ἀτλότητι, sapientia humana, est calliditas, astutia. χάρις Θεοῦ ex Ven. Schulzii sententia est sapientia Deo grata, opposita τῇ σοφίᾳ. Nescio an recte. Mihi χάρις Θεοῦ uidetur esse auxilium Dei, ut ἐν χάριτι Θεοῦ sit adiuuante Deo; nam etiam auxilium quod nobis Deus praestat est χάρις, beneficium. Ἀναστέφειν, ἡλῆ, uitam instituere. ἐν τῷ κόσμῳ) Ubique fuimus. περισσοτέρως δὲ πρὸς ὑμᾶς) Maxime uero apud uos, Corinthi ipse praefens, maxime talem me praestiti, qualis Apostolus esse debet. Schol. ap. Matthaei: ὅτι καὶ ἀδάτανον παρ' ὑμῶν ἐκκρύξαμεν τὸ εὐαγγέ-

αιον. Quoniam auxilio Dei in gerendo munere meo adiu-  
tus sum, nihil artis et doli praesidio mihi opus fuit. Can-  
dide potius et integerrime quam uniuersè in mundo, tum  
maxime apud uos uersatus sum.

13. ἢ γὰρ — ἐπιγινώσκειτε) *Non autem alia uobis (nunc)  
scribo, quam quae legitis, uel etiam intelligere possitis.*  
Eandem animi integritatem, quam in uita mea exprimere  
soleo, etiam in epistolis meis agnoscetis. Non opus est  
mihi occulto et ancipiti scribendi genere; non scribo  
alia, uel diuersa ab iis quae animo cogito; sed aperte  
scribo, ut quiuis epistolam legens uel statim intelligere  
possit, uel si alicubi haereat, post secundam aut tertiam  
lectionem, attento animo factam, sit intellecturus. *Stor-  
rius*: (p. 100.) *Nihil scribo aut confirmo uobis, nisi quod  
ipsi intelligitis, usuque et consuetudine mecum cognitum  
habetis, uel animaduertitis etiam et ante oculos positum  
habetis, siue agnoscitis.* Sic ἐπιγινώσκειν usurpatur Sirac.  
IX, 13. Cf. 1 Cor. XIV, 37. Si uocis ἀναγινώσκειν uulga-  
rem significationem (*legere*) praeferre malis, ita etiam  
uerti possunt haec uerba: Neque enim alia scribere uobis  
*possumus*, quam quae legitis, quaeue modo scripsi, aut quae  
ipsi aut quae ipsi etiam agnoscitis. ἐλπίζω — ἐπιγινώσσεθε)  
*Agnoscetis uero me, ut spero, perpetuo talem, nempe con-  
stantem in ea doctrina, quam uobis haecenus proposui.*  
Malim tamen cum *Storrio* (l. c.) haec uerba coniungere  
cum u. 14. hoc modo: Ἐλπίζω δὲ, ὅτι καὶ ἕως τέλους ἐπι-  
γινώσσεθε, καθὼς (u. 14.) καὶ ἐπὶ γινώτε — ὑμῶν ἔσμεν) *Spero  
autem, fore, ut perpetuo agniture sitis, quemadmodum ex  
parte ante oculos habetis et agnouistis, me uobis ornamentis*

et decori esse. Verba nempe ita construenda sunt: — ἐπιγνώσεσθε, καθὼς καὶ ἐπέγνωτε ἀπὸ μέρους, ὅτι ἡμεῖς καύχημα ὑμῶν ἴσμεν. Similis constructio est Act. XXVI, 5. Gal. I, 11. Marc. XII, 34. Non sine causa Apostolus dicit ἀπὸ μέρους ἐπέγνωτε, ex parte agnouistis. Quae enim de se scripserat u. 12. ea quidem nouerant Corinthii omnes, sed non omnes perpendebant et sequebantur, multis contra ueritatem quam testari potuissent, si uoluissent, repugnantibus, (cf. Act. XXVI, 5.) et rectiorem cognitionem ac sensum per cupiditatem et prauum affectum reprimentibus atque peruertentibus. Καθάπερ — κυρίῳ Ἰησοῦ) *Quemadmodum etiam uos mihi ornamento et decori eritis in die Domini Iesu.* Ἔμεις ἡμῶν, (sc. καύχημα ἴσσεσθε. Tum enim palam fiet, uos fuisse discipulos tali magistro dignos.

15. καὶ ταύτῃ τῇ πεποιθήσει) Confisus, me uobis ple-  
risque esse cordi. ἐβελόμην — πρότερον) *Volueram ante-  
hac ad uos uenire,* nempe quum priorem epistolam scribe-  
rem, I Cor. XVI, 5. τὸ πρότερον construendum est cum  
ἐβελόμην. Sensus itaque est antea fuisse decretum Apo-  
stolo ipsos inuifere ante Macedonas. Paulo post uero  
ostendet, se non leuitate aliqua, sed iustis de causis con-  
siliū mutasse. ἵνα δευτέρῳ χάριν ἔχητε) *Vt alterum  
huc a me habeatis beneficium,* I Cor. XVI, 3. Alii per  
χάριν intelligunt χαρὰν, gaudium, uoluptatem, quemad-  
modum etiam unus codex habet. Consentit haec interpre-  
tatio cum u. 24. ubi Apostolus dicit, se aliquid ad τὴν  
χαρὰν Corinthiorum conferre uoluisse, et cum c. II, I. 2.  
ubi afferit, se noluisse illis aduentu suo λύπην, *tristitiam*  
afferre. Possent etiam intelligi dona spiritus, I Cor. XII.

16. δι' ὑμῶν) Per uestram provinciam, per Achaiam. Hoc loco accuratius describit ordinem itineris, quem sibi primum elegerat; sed interuenerant impedimenta iam tum, quum scriberet priorem epistolam, itaque tum tantum unicam professionem indicat. καὶ ὑφ' ὑμῶν — Ἰεδαίαν) Voluit Paulus, ut Seniores quidam uel Diaconi ipsum in Palaestina quasi deducerent, comites non solum itineris, sed et focii ministerii itius publici, deportandarum eleemosynarum; de quo negotio sic conuenerat inter ipsam et Palaestinos, Gal. II, 10.

17. τὸτο ἔν βεβηυόμενος) Quum igitur reuera id meum consilium fuerit eo tempore. μή τι — ἐχρησάμην;) Num leuitatis animi accusari possum? quod nempe hoc iter omisi. Contempti uideri poterant Corinthii, quibus alios, ad quos profectus esset, iam praetulisset. Praecipue uero Pseudapostoli eorumque affectae Paulo ob dilatatum iter *uarietatem* ex animi uel *leuitate* et inconstantia (ἐλαφρά) uel *perfidia* et fallacia (κατὰ σάρκα) profectam, exprobrauerant. Huius suspicionis auertendae causa dicit, se in animo habuisse adeo quosdam ex illis socios itineris deligere. ἴα ἤ — τὸ ἔ ἔ) *Ut unum idemque eodem tempore affirmem et negem?* ut aliud dicam, aliud faciam? Vulgata sola, et unus codex graecus exhibet tantum unicam uocem, τὸ ἴα, καὶ τὸ ἔ, ut sit apud me: *est* et *non*. Sed uulgaris lectio sine dubio est uera. Res maxime reedit ad pronunciationem; sensus idem manet. Καὶ uerti debet: *etiam*. Ad uerbum: *ut τὸ ἴα ἴα: apud me etiam sit τὸ ἔ ἔ,* ut affirmatio et negatio eiusdem rei apud me idem ualeat. Non sum tam inconstans, ut eodem tempore *affirmem* lo-

quendo

quando et scribendo (ut dicam ore: καὶ ναί,) et eodem tempore aliter cogitem, (animo et mente quasi dicam: ἢ ἢ, *minime*.) Non igitur opus est coniecturis, nec legendum: *ἢνα ἢ παρ' ἑμοῦ τὸ Ναί, ἢ, καὶ τὸ Ὅου, ναί.* Aduersarii Pauli forsitan exinde, quod proposito non steterat, occasionem arripiebant eum accusandi etiam leuitatis et inconstantiae in doctrina. Non mirum uideri dicebant, si uarius homo, qui temere et inconsiderate loqui soleat, in doctrina etiam uariauerit, et e. c. de resurrectione aut licentia idolothytis nescendi aientem apud Corinthios, alibi uero negantem sententiam defenderit.

18. πιστός δὲ ὁ Θεός) i. e. *Testis est Deus, uerax et fide dignissimus.* Similis locutio: *Viuit Dominus*, i. e. quam uere uiuit Dominus. *Ἦτι ὁ λόγος — καὶ καὶ ἢ) Doctrinam a me uobis traditam, non esse a me immutatam,* i. e. me in aliis regionibus, extra Achaiam, non aliud docuisse, quam quod uos estis edocti. Ὁ λόγος, *doctrina*, ut alibi. *Ναὶ καὶ ἢ, inconstans et uarius.* Non male Sholion apud *Matthaei*, ad uerba ἐκ ἐγένετο ναί καὶ ἢ haec notat: *ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ ἐπαγγελῆσθαι εἰθεῖν, ἐμὸν ἦν, διὸ καὶ διέπεσε. τὸ δὲ κήρυγμα τῆς πίστεως, τῷ Θεῷ ἴσσι, καὶ ἐκ ἀποτεύεται. ἀληθὴς γὰρ ὁ Θεός, καὶ ἀδιάπτωτος αὐτῷ ὁ λόγος.* *Storrius*: (p. 101.) „Deus saltem uerus ac certus (πιστός) est. Nostra enim, quae Deum auctorem habet doctrina inter uos, ut ipsi nostis, haudquaquam uaria fuit. „ Quodsi igitur uerum esset, quod mihi nonnulli uestrum temere obii-ciunt, me esse inconstantem in promittendo et agendo, tamen inde non consequeretur, me etiam in doctrina esse uarium. Hoc statim u. 19. explicatur.

19. ὁ γὰρ — γέγονεν) *Nam doctrina Iesu Christi, filii Dei, tradita uobis per nos, nempe per me et Siluanum et Timotheum non fuit sibi contraria, ita ut alter affirmaret, quod alter negauit, sed omnia in ea sunt uera.* Ὁ τῆ θεῶ ὕδα, I. X. pro doctrina, uel religione Christi. Possent etiam uerba sic reddi: *Nam filius Dei, Iesus Christus, cuius doctrina uobis tradita est etc. sibi non contradicit, sed omnia apud eum (ἐν αὐτῷ) sunt uera; est ueracissimus.* Non sine causa addit Paulus: a *Silvano* et *Timotheo*. Non potuissent tam exquisitè inter se conuenire Paulus, Siluanus et Timotheus, quemadmodum eos consentire ipsi Corinthii meminerant, si Paulus temere, quicquid in buccam ueniret, dicere, aut orationem astute auribus auditorum, alio tempore aliorum accommodare consueffet.

20. ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι τῆ θεῶ) Sc. ἰσσι. *Quotquot enim sunt promissiones Dei; omnes Dei promissiones, non tantum in libris V. T. ad Messiam spectantes, sed etiam ab ipso Christo nobis promulgatae.* ἐν αὐτῷ — ἀμὴν) *In ea (religione) sunt certae et indubitatae.* Ἐν αὐτῷ, ut u. 19. Ναλ et ἀμὴν idem ualent, ideoque et coniungi solent. Altera uox graeca est, altera hebraica. Simile Ἀββᾶ ὁ πατήρ. τῷ θεῷ πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν) *Vt Deo cedat gloria per nos, Euangelii nempe ministros.* Traiectio, pro: πρὸς δόξαν τῷ θεῷ, ut Deo laus sit: Δι' ἡμῶν, nostro ministerio. Potest tamen ita etiam uerti hoc comma: *Omnes enim promissiones diuinae per eum (Christum) propositae confirmatae sunt, euentum suum habuerunt, quae res honori Dei cedit, per nostrum ministerium.*



In promissis diuinis censenda sunt (uid. *Morus* in dissertatt. p. 354. f.) non ea tantum quae olim contingent, sed quae quotidie religionis beneficio accipimus, quae iam tenemus, tranquillitas, propositum seuerum, constantia, uis, incrementum, facilitas rectius agendi, successus nostri studii a Deo adiuti. Ea enim omnia et accipimus et tenemus, quoniam promissum fuerat, et uti spes facta erat. Veluti, quum Christiani propter peccati ueniam sunt tranquilliores, id nihil aliud est, nisi eos nunc de se et in se quoque uera statuere, quae in uniuersum omnibus certa conditione destinata sunt et promissa. Quod per doctrinam liberati seruitio uitiositatis sunt, hoc est illud ipsum quod futurum audierant. Io. VIII, 31. Hoc igitur ratione Corinthii iam tunc experti fuerant, promissiones Dei per Christum datas esse ueras. Addit Paulus δι' ἡμῶν, per nos, tanquam ministros tradita est uobis haec doctrina, quae magna ex parte constat promissionibus. Hoc respicit ad u. 19. ubi dixerat Paulus non uarium se fuisse in tradenda doctrina. Honorem autem omnem deberi Deo, τῷ Θεῷ πρὸς δόξαν. Ratio autem huius asserti redditur statim u. 21.

21. ὁ δὲ — Θεός) *Qui nempe nostram et uestram de religione Christiana persuasionem confirmat, animos nostros in ea constantes reddit, est idem ille, qui nos ei inauguraui, institutione nos ad eam adduxit, hoc est, Deus.* Δι', nempe. Nam explicatur, quid sit τῷ Θεῷ πρὸς δόξαν, u. 20. Ἡμεῖς, nos Apostolos. Σὺν ὑμῖν, uti et uos, Corinthios. Ἐις χριστόν, pro εἰς χριστῶ, in doctrina christiana. Qui nos in ea doctrina confirmat, est idem ille

ille καὶ χρίσας ἡμᾶς, qui etiam (καὶ) inauguravit nos ei. Qui inaugurabantur et consecrabantur, ii ex more Orientis oleo unguentoque ungebantur. Quando igitur Christiani ungi dicuntur, respicienda est adiuncta notio inaugurationis. Sed haec inauguratio nihil aliud est nisi prima institutio in religione. 1 Io. II, 27. coll. u. 24. 20. 21. 27. Ergo Deus ungens proprie est, impertiens aliquem scientia religionis per doctrinam: tropice, inaugurans Christianos religioni. Omnia igitur Paulus ad Deum auctorem refert, et primam institutionem in religione, et confirmationem in ea, u. 20. Deus δ ἐναρξάμενος αὐτοὺς δ τελειῶν, in Apostolis et ceteris Christianis.

22. δ καὶ — καρδίαις ἡμῶν) Qui etiam certiores nos reddidit (et tutos a metu miseriae et miseria ipsa,) dando nobis quasi arrhae loco sensum vere christianum. Σφραγισθεὶς est nota insignitus, et, quia hac insignitus est, tutus a vi et iniuria. Ergo tropice σφραγίζειν est exhibere alicui causam, quare nihil sibi metuat, praestare aliquem tutum et uacuum a metu. Ezech. IX, 4. Apoc. VII, 3. Hinc in epistolis Pauli Christiani σφραγισθέντες sunt, qui possident bona, quae inchoant futura, et, quia possident, tuti sunt a metu miseriae et miseria ipsa. (Vid. MORIS l. c. p. 356. not. \*) Certiores autem et tuti redduntur usu et experientia, u. 20. quae efficit ut pari cum persuasione cetera a Deo promissa praeuideant, nihilque perturbentur. Ἀββαβὼν uox origine hebraica, אַבְבָּוֹן, ab אַבְבָּ, spondere, quam a Phoenicibus forte Graeci, et ab his Romani acceperunt. Varia significat, et inter alia arrham, i. e. primam partem pretii, datam, ut de toto pretio secuturo  
certus

certus esse possis, *Handgeld*. Sic Lexicographi: ἀρραβῶν, ἡ δεδομένη προκαταβολή, τρόπος, quia tota summa nondum soluta est. Plaut. Mil. Aet. IV, Sc. I. *Hunc arrhabonem amoris a me recipe.* Τὸν ἀρραβῶνα τῷ πνεύματος, i. e. τ. ἀρραβ. ὁ ἐστὶ πνεῦμα. Πνεῦμα autem est sensus ille christianus et nobilior, quo sunt tranquilli animis, et in proposito rectius agendi firmi perstant. Rom. VIII, 4. *Arrha, sc. futurae felicitatis.* Sensus igitur est: Ea felicitas, animi tranquillitas et laetitia, quam in nobis efficit religio christiana, spem nobis facit certissimam, fore, ut haec tanta felicitas non tantum perduret, sed et magis magisque augeatur in uita illa futura, quam nobis per Christum promisit Deus optimus. Ergo non opus est, ut cum nonnullis, (quibus *Storrius* accedit, p. 103.) πνεῦμα accipiamus de Spiritu, auctore miraculorum, quibus Euangelium firmabatur ab Apostolo.

23. ἐγὼ δὲ — ψυχῆν) *Deum testem appello, contra me,* i. e. uindicem seuerum, si uera non sint, quae uobis scribo. Ἐπὶ τῆν ἐμὴν ψυχῆν ἸΩΩΩ. Hinc oportuit auspicari secundum caput; nam Paulus nunc ad aliud et nouum argumentum transit. ἔτι φειδόμενος — Κόρινθον) Erant et aliae causae, cur iter differret Corinthum, sed haec non minima, quod uellet eos ante aduentum suum penitus corrigi, ne aut uerbis aut factis asperioribus uti cogere-  
retur. Vide infra XII, 20. 21. et I Cor. IV, 21.

24. ἕχ — πίστεως) *Non quasi ui ad religionem et fidem uos cogere uellemus.* Est ἀνδυροφωρὰ. Videbatur enim imperiose dixisse, non parcens; itaque remouet a se hanc suspicionem. Nihil uolumus a uobis credi, nisi

quae Christus praecepit. Si quid uī, uel pro lubitu imponeremus, hoc esset dominatum exercere in fidem. ἀλλὰ — ὑμῶν) *Sed laboramus*, (una cum Christo) *ut gaudii fiat participes*, nempe aeterni. Non reddimus uos tristes sine causa et necessitate, sed eo fine, ut uos ad ueram felicitatem perducamus. *Storrius* uerba ἐχ ὅτι — χαρᾶς ὑμῶν, sic interpretatur: *Non modo non dominamur in uos credentes, sed uestrae etiam laetitiae adiutores sumus*. Nam ἐχ ὅτι, ἐχ ὅπως et similes formulae instar latinae *non modo*, etiam *non solum non* significare possunt, si ἀλλὰ cum negatione sequitur. Cf. *Zeunium ad Vigerum* p. 451. Respicere uidetur Paulus ad Corinthienses paedagogos, qui ei crimini dederant, quod in eos, qui doctrinae ipsius fidenti habuerint, dominari soleat. Τῇ γὰρ πίσει ἐσήκατε) *Fide enim* (ad quam perducti estis τ me) *beati euasistis* et flouristis. Στήκειν enim interdum etiam significat, *non damnari, absolui, seruari, saluum esse*, cui opponitur πίπτειν *damnari*. Rom. XIV, 3. 4. Alii: *Nam in religione permanetis*; nondum defecistis a religione. Ideo tantum operae impendo, ut fides ista uobis constet. Nihil quaero, nihil exigo aliud. Ἐσήκατε, Praeteritum more hebraeo pro praesenti.

## CAP. II.

I. Ἐμρινα δὲ ἑμαυτῷ τῆτο) *Constitui uero apud me*. Ἐμαυτῷ, i. e. ἐν uel παρ' ἑμαυτῷ. τὸ μὴ — ὑμᾶς) *Traiectio hic est, et duae uoces pro una*. Sensus enim est: *μὴ ἀνελεθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ τῆτο ἐν λύτῃ*, non redire ad uos, ita ut reditus meus mœrorem uobis afferat.

2. εἰ γὰρ ἐγὼ λυτῶ ὑμᾶς) *Si enim* (Corinthi praefens) *tristitia affecissem uos.* καὶ τις — με) *Quis me exhilarare potuisset,* efficere potuisset, ut iucunda apud uos esset commoratio mea, sicut inter amicos fieri solet? Et uos tristes fuissetis, et ego. εἰ μὴ ὁ λυτόμενος εἴξῃ ἐμῶ) *Nisi uos, a me tristitia affecti?* Ac proinde nemo. Vos uni estis, qui me Corinthi exhilarare potestis; si autem uos ipsi tristes estis, hoc non poterit fieri. Quomodo enim tristis alium exhilarabit? Singulare pro plurali, ut in collectiuis. Alias aliorum huius loci explicationes uide apud Semlerum.

3. καὶ ἔγραψα ὑμῖν τῷτο αὐτὸ) *Et id ipsum* (quod modo dixi u. 2.) *scripsi uobis,* nempe in superiore epistola; nam de ea esse sermonem, docet comma sequens. Scripsi uobis, penes uos solos esse hoc, ut gaudium percipiam, correctione istius flagitii, et omnino ita fieri debere. ἵνα μὴ — χαίρειν) i. e. ἵνα μὴ ἐλθὼν λύπην ἔχω ἀπ' ἐκείνων, ἀφ' ὧν ἔδει με χαίρειν. Sensus est: *Ne, si uenirem ad uos, nondum correctis illis uitiiis, dolorem acerbum caperem, propter eos, qui laetitiam mihi afferre debuissent,* i. e. propter uos. . πεποιθὸς — ὑμῶν ἐς) *Ita bene de uobis omnibus sentiens, ut crederem, id quod mihi laetitiam affert, uobis etiam esse gratum.* Vos ego putauitanti me facere, ut id ipsum uobis gaudium maxime afferret, quod mihi placere intelligeretis.

4. ἐκ γὰρ — δακρύων) *Multo enim doloris et moeroris sensu affectus scripsi uobis, multas inter lacrymas.* Σο-  
νοχὴ καρδίας, *moeror,* nam ex moerore cor quasi constringitur. ἐξ ἵνα λυπηθῆτε) i. e. non malo animo,

uel odio in uos, quasi uestra tristitia mihi esset iucunda. Cf. c. VII, 9. 10. Non male suspicatur *Storrius* (p. 94.) aduersarios Pauli calumniatos esse, indignum esse tenerrimo, quem ipse crepare soleat parentis animo facinus, quod praetextu matrimonii ab Antipaulino initi, tam cupide occasionem arripuerit, aduersariam partem, a qua iniuriam passus sibi uideatur (c. VII, 12. ἀδικηθεὶς) ulciscendi, ut, paedagogi uerius quam parentis uultu, in suorum hominum patientiam inuectus, inuisi aduersarii excommunicationem imperiose extorqueret, et, amicos sibi Corinthios in acerbum a se moerorem coniectos fuisse, in sinu gauderet.

5. ἵ δὲ — πάντας ὑμᾶς) *Quod autem aliquis (ex uobis, nempe incestuosus ille) moerore affecit (alios,) non tam me, quam potius quodammodo, (ne quid grauius dicam,) uos omnes moerore affecit.* Ἐπὶ μέρεσς referendum est ad πάντας ὑμᾶς, quodammodo uos omnes ille tristitia affecit. Facinus enim ab illo commissum tantum est, et tam graue, ut eius turpitudine ad uniuersam societatem uestram redundare uideatur. Ἴνα μὴ ἐπιβαρῶ, similiter multi retulerunt ad πάντας, sed parenthesi includenda sunt haec uerba, et reddenda: *ne quid grauius dicam.* Nolim iam hominis flagitium porro exprobrando augere, postquam facti eum poenituit. *Storrius* uerba Ἴνα μὴ ἐπιβαρῶ πάντας ὑμᾶς cum sequenti u. 6. coniungit, hoc modo: *Ne molestiam uobis omnibus adspargam, sufficit ei, excommunicationis poenam ex plerorumque suffragiis haecenus sustinuisse.* *Molestus* (ἐπιβαρῶν) Corinthiis suae partis Paulus fuisset, si mitiori consilio eorum, qui honori ecclesiae per poenam ab excommu-

commu-

communicato adhuc datam satis cautum esse putabant, unus obstare ausus esset. Tum enim Pseudapostoli eorumque affectae multo uehementius et speciosius Paulum accusare, atque ita Corinthiis ei amicis, et contumelias in ipsum participantibus acerbioris exprobratione et grauioribus criminationibus de tali magistro molesti deinceps esse potuissent.

6. *ἰκανὸν — πλείονων*) Sufficit homini illi (corrigen-  
do) *animaduersio a pluribus facta*, sc. a presbyteris postquam legerant epistolam Pauli priorem. Nomen *ἐπιτιμίας*, quod alias significat *honorem*, hic eadem notione ponitur, qua saepius τὰ ἐπιτίμια apud Profanos dicuntur, nempe pro *poena legibus constituta*. Sic *Philonis* de Praem. et poe-  
nis liber, inscribitur *περὶ ἄθλων καὶ ἐπιτιμιῶν*. In Conci-  
liorum Actis et apud *Chrysostomum* de Sacerdotio, *poenae canonicae* uocantur *ἐπιτιμιαί* et *ἐπιτίμια*.

7. *ᾧς — χαρίσασθαι*) Subintelligitur *uelim*, quasi dicat: Nihil uos accuso nunc ut nimium remissos; imo ad lenitatem ultro hortor. *μήπως — ὁ τοιούτος*) i. e. *ne nimio moerori succumbat*, et aut uitae suae noceat, aut plane desperet, et a fide desciscens salutis aeternae faciat iacturam. Graeci *moerorem* dicunt *cor edere et deuorare*. *Homerus Odyss. I. u. 75.* *δμῦ καμάτω τε καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἔδοντες*, *labore et doloribus animum rodentes*.

8. *κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην*) *Vt ratam faciatis in illum charitatem*. i. e. ut publico ecclesiae consensu declaretis, uos illum denuo pro fratre complecti, sicut publico eccle-  
siae iudicio fuit eiectus. *Κυρῶσαι* publicam et legitimam auctoritatem occupat.

9. εἰς τῆτο γὰρ καὶ ἔγραψα) Nempe ea, quae sunt in priore Epistola c. V. ἴνα — ὑπήκοοί ἐστε) Δοκιμὴ, *experimentum*; hic uero per meron. ipse animus, qui experientia facta patescit. Supplendum est: Atque de hoc uestro in me animo et studio certiolem me fecit Titus. Cf. c. VII, II-16.

10. ᾧ δὲ — ἐγὼ) Sc. χαρίζομαι. *Si cui quid condonatis, ex aequitatis et lenitatis regulis, et ego illud ratum habeo.* καὶ γὰρ ἐγὼ δὲ κεχάρισμαι, εἰ τι κεχάρισμαι, δι' ὑμῶν, ἐν προσώπῳ χριστοῦ) Sc. κεχάρισμαι. Haud exigua lectiois uarietas; sed haec lectio uidetur uera esse. Senfus est: *Nam quicquid ego condonauī, si aliquid condonasse dicendus sum, id condonauī propter uos, i. e. testificandi in uos fauoris mei causa, approbante Christo.* Videntur haec uerba innuere, Paulum non ignorasse, propendere Corinthiorum animos, ad remittendam aliquam eius poenae partem, postquam ille incestus reus per menses aliquot communione caruerat. *Propter uos*, quia scio, uobis hoc in uotis esse. *Storrius* (p. 96. not. 180) eos libros sequitur, qui uerba ᾧ uel δ κεχάρισμαι omittunt, et uertit: *Nam* (ut *uestra causa* u. 4 succensui et animaduersionem suasi, ita) etiam, *ego quum quid ignoui, uestra causa* (ignoui.) Ἐν προσώπῳ χριστοῦ, *religiose*, sic, ut Christum, Dominum ecclesiae praesentem et inuestantem cogitarem, et, quid ipsi acceptum esset, ponderarem. Non igitur per leuitatem ago (c. I, 17.) aut laetitia ex obsequio uestro percepta praecepta feror, sed, ut ante, quum ad puniendum hortarer, ita nunc, quum ueniam dari patior, rationes uestras probe expendi.



II. ἵνα μὴ — ἀγνοῶμεν) *Ne Satanae succumbamus, cuius machinationem non ignoramus.* Verebatur nempe Apostolus, ne, incesti receptione in aliud tempus differenda, bene erga ipsum affectis Corinthiis, aliquod uulnus imponeretur, unde infirmiores reddi possent ad criminationes repellendas, quibus Satanas per suos ministros uoluntatem ecclesiae a Christo alienare moliebatur. Qua de causa restitutionem excommunicati non modo concessit amicis, sed etiam suavit et commendauit. Νοήματα, *consilia praua.* Haud obscure innuit Paulus, aduersarios eius omnibus modis calumniisque abusos fuisse, ut ei inuidiam et infamiam suscitarent.

12. ἔλθὼν δὲ εἰς τὴν Τρωάδα) Nempe post scriptam ad uos epistolam priorem. Spectat hoc ad historiam Act. XX, 6. εἰς τὸ εὐαγγέλιον τῷ Χριστῷ) Nempe *ad praedicandam doctrinam Christi.* καὶ θύρας — ἐν κυρίῳ) *Etiamsi ostium mihi esset apertum per Dominum, i. e. etiamsi mihi commoda occasio data esset a Domino, docendi Euangelium.* Καὶ h. l. habet uim augendi. Ἐν κυρίῳ *per Dominum.* Alii: per meam doctrinam de Christo. εἰ — πνεύματι μὲν) *Tamen impatiens morae fui;* (proprie: remissionem non habui τῷ πνεύματι μὲν, *apud me*) quia nempe scire cupiebam, quomodo epistola illa a uobis esset accepta. τῷ μὴ — ἀδελφόν μὲν) *Quod non inuenirem Titum fratrem meum,* quem a uobis reducem expectabam. Subaudiendum est ἐπὶ. Non infrequens est constructio. Polyb. L. X, c. 36. *Ne Scipio quidem utile fore iudicauit, ut fugientes e uestigio persequeretur, τῷ δεδιέναι τὴν τῶν ἄλλων στρατηγῶν ἴφροδον, quod reliquorum ducum aduentum uereretur.*

uereretur. Idem L. IX, c. 17. τῷ μὴ δύνασθαι τὰς ἐνθὺν αὐτῷ συνεργεῖν διὰ τὸν καιρὸν, quia, qui intus erant, opem illi ferre non poterant, tempore destituti.

13. ἀλλὰ ἀποταξάμενος αὐτοῖς) Sed quum ualedixissem illis, cui sc. erant Troade. Subintelligitur nomen ex uoce Troadis.

14. τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ χριστῷ) Qui semper triumphare facit me per Christum, i. e. per doctrinam de Christo Iesu. θριαμβεύειν, pro Hiphil, sicut βασιλεύειν est *facere ut quis regnet*, 1 Sam. XV, 35. VIII, 22. XII, 1. Gratias agit Deo pro felici successu praedicationis Euangelicae, non obstantibus impedimentis uariis. Sic triumphabat quasi Apostolus de Iudaeis, uaria impedimenta ipsi obicientibus. Wetstenius θριαμβεύειν explicat: *in triumpho circumducere*, ut sit sensus: Deus nos tanquam in triumpho circumducit, ut non maneamus in loco, aut in alium proficiscamur pro lubitu nostro, sed ut placet sapientissimo moderatori. Quem Damasci uicit, non Romae, et semel, sed per totum terrarum orbem, quamdiu uiuit, in triumpho ducit. καὶ τὴν ὄσμη — ἔδωκε) *Et bonum cognitionis suae odorem ubique per me spargit*, i. e. efficit, ut iucunda et utilissima haec doctrina per me latissime propagetur. Ὄσμη τῆς γνώσεως, uocatur doctrina Christi, quia homines ipso suo argumento allicit, et famam sui late spargit; manifestatur per eam τὸ θεῖον, Deus et eius praestantia. Taanith f. 7. 1. Quicumque operam dat Legi propter ipsam Legem, ei fit lex aroma uitae, S. D. Prou. III, 18. VIII, 36. qui uero non dat operam legi propter ipsam, ei fit aroma mortis,

mortis, S. D. Deut. XXXII, 2. Schir R. II. 3. *Verbum legis, quod ex ore Dei processit, fuit διπρόσωπον, odoramentum uitae Israelitis, odoramentum mortis gentibus.*

15. ὅτι χριστῷ — ἀπολλυμένοις) *Est nempe munus nostrum in propaganda religione Christi Deo gratum et acceptum, siue admittant homines hanc doctrinam, et salutem consequantur, siue non admittant, et salute aeterna excidant.* Videtur imitari phrasin hebraicam, חַיִּים נִחַחְתִּים, εἰς ἑσμην εὐωδίας, quae indicat, Deo placere ea, quae adolebantur super altari. Χριστῷ εὐωδία ἑσμήν τῷ Θεῷ, i. e. γνώσις χριστοῦ, φανερωθεῖσα δι' ἡμῶν, εἰς τῷ Θεῷ ὁσμὴ εὐωδίας. Ἐν τοῖς σωζομένοις, respectu eorum, qui religioni obediunt, et per eam consequuntur salutem.

16. οἷς μὲν — εἰς ζωὴν) *His quidem, (qui hanc meam doctrinam auerfantur,) odorem spargo letiferum, qui iis exitium affert, (sua culpa,) illis uero (qui ea recte utuntur,) quasi odorem uitae, recreantur, et saluantur.* Ὅσμὴ θανάτου, apud Rabbinos saepissime dicitur pro odore letifero, ut odor uitae, quo uita quasi reuocatur et augetur. Facile patet, mortem et uitam, hic, ut alibi, sumi de alia morte et uita, quam quae est corporis, nempe de exitio, et salute. Cf. not. ad u. 14. Ὅσμὴ εἰς θάνατον, odor noxius, miseros reddens, εἰς ζωὴν, utilis, felices reddens. Haec adduntur explicandi causa, doctrinam eatenus dici hic rem odoratam, quae reficiat, quatenus utilis est, felicem reddit hominem ea utentem, eatenus conferri cum odoribus enecantibus, quatenus damno uergit iis, qui eam sibi oblatam repudiant. καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἰκανός;) i. e. Quam difficile est hoc, quod ego praesto, qui et tot aduersa, et pessimos de me

rumores Christi causa contemno. Huic quaestioni respon-  
sio subiicietur infra III, 5. Nam quae intercedunt, expli-  
catio sunt difficultatis. Potest etiam sic explicari: *Pau-  
ci satis idonei sunt his rebus efficiendis*, ut uita et  
salus hominum spiritualis in animis hominum per eos pro-  
moueat, et hominibus improbis nihil concedatur. Τις;  
i. e. pauci.

17. ἔ γάρ — τὸν λόγον τῆς Θεῆς) *Non enim, ut multi  
solent, doctrinam Christi corrumpo.* Ἐσμὲν κατηλεύον-  
τες dicitur pro κατηλεύομεν graecismo satis noto. Κατη-  
λεύειν (α κάτηλος, *insultor, propola, caupo*) non solum  
significat *uendere* aliquid, *uenale habere, lucrum captare*,  
sed et *adulterare, artificiose fucare et exornare*. De uino,  
aqua misto occurrit Ier. I, 22. Ὁ λόγος τῆς Θεῆς, *do-  
ctrina Euangelii*. Hanc adulterabant *falsi Apostoli*; nam  
hi sunt h. l. οἱ πολλοί. Nam non solum ex ipsa do-  
ctrinae tractatione lucrum quaerebant, sed et ineptis fabulis  
eam corrumpebant; (Iudaeorum alliciendorum causa;) men-  
dacijs insignibus de instante fine mundi, de nouo regno  
Christi per mille annos, homines concutiebant, atque bo-  
nis fortunisque suis non inuitos exuebant. Alii suspican-  
tur, hos falsos Apostolos Corinthiis in illis praesertim in-  
dulsisse cupiditatibus, quibus haec urbs prae alijs immersa  
erat, e. g. scortatione, nuptiis incestis, nimia diuortiorum  
licentia, luxu, et nimis familiari cum gentilibus etiam in  
comedendis εἰδωλοθύτοις commercio. Hoc sensu aptiores  
erant falsi Apostoli ad Euangelium magno cum applausu  
praedicandum, quam Paulus, alique genuini Christi Apo-  
stoli, qui soli Deo suam debebant *ικανότητα*, c. III, 5. 6.

ἀλλ' ὡς ἐξ ἐλεγκριβίας) Sc. λαλῶμεν τὸν λόγον. *Sincere*, quam possum integerrime Euangelium doceo, sine spe et proposito lucri aut honoris externi. Ὡς, ut Io. I, 14. ὡς ἐκ θεῶ) *A Deo iussus*, ut a Deo per Spiritum sc. edoctus sum. κατενώπιον τοῦ θεοῦ) *Deum prae oculis habens*. ἐν χριστῷ) *Nomine Christi*, tanquam legatus ipsius, c. V, 20. Vel etiam: Plane idem doceo, quod Christus de se docuit.

### CAP. III.

I. Ἀρχόμεθα — συνιστάνειν;) Πάλιν spectat ad ea, quae sunt in priore Epist. ad Corinth. c. V. IX. XIV. Est autem positum ἀρχόμεθα pro: *opusne est, ut incipiamus?* Est interrogatio pro negatiua; quasi dicat: *minime id opus;* cum quo sensu bene cohaerent sequentia. εἰ μὴ — συστατικῶν) *Nisi forte mihi, sicut aliis quibusdam, opus est commendatitiis litteris aliorum ad uos, aut uestris ad alios.* Ἐι μὴ, per ellipsin pro: εἰ μὴ διεσθε ἴτι χρήζομεν etc. Συνιστάνειν, συνίστασθαι, *commendare*. Dicit hoc, aliorum deridens ambitionem, ut sit sensus: Non opus est mihi commendatitiis litteris, quales ostendunt illi aduersarii mei et falsi Apostoli, ad capiendam beneuolentiam. Fortassis auditores nonnulli Iacobi et Petri, insciente utroque Apostolo cum litteris aliarum ecclesiarum, quas peruagati fuerant, Corinthum uenerant; deinceps uero per sectatores suos Corinthios eorumque litteras mira disseminarunt de suis in rem christianam meritis, quae ab ipsis demum constituta fuerit Corinthi. Pro εἰ μὴ olim in plerisque condicibus fuit ἢ μὴ, *aut, num* nobis etiam opus erit talibus epistolis?

2. ἡ ἐπιστολὴ — καρδίαις ἡμῶν) *Vos enim ipsi talis epistolae loco mihi estis, qui animo meo inscripti estis, quos ita diligo, ut nunquam non uestri sim memor. Quam tenero uos amore prosequar, omnes norant. Si commendatitia epistola mihi forte opus sit, potero uos producere testes doctrinae et institutionis.* γνωσκομένη — ἀνθρώπων) *Quae epistola cognoscitur et legitur ab omnibus hominibus, i. e. qua ego commendor toti mundo. Doctrinae a me perceptae studium et fructum tam luculenter soletis prae uobis ferre, ut nemini possit obscurum esse, me uobis recte atque diligenter tradidisse doctrinam Christi. Ista realis quasi commendatio facit, ut a uobis epistolam atramento scriptam me postulare, non opus sit.*

3. Φανερόμενοι — ἡμῶν) Participium Φανερόμενοι apponitur ad pronomem antecedens ὑμεῖς. *Manifestum est, (inquit Apostolus,) Christum meo ministerio uos edocuisse.* ἐγγεγραμμένη — ζῶντος) *Scripta est a me haec epistola (edocti a me estis) adiuuante Spiritu diuino. Πνεῦμα Θεῶ ζῶντος, uis et efficientia Dei aeterni, auctoris doctrinae ab Apostolo propositae. Epistolae scribuntur atramento; sed Corinthii ad religionem perducti erant per eam institutionem cuius auctor est Deus. Et hoc monumentum est aere perennius; nam inscriptum est ἐκ ἐν πλαξὶ λιθίνας, non in tabulis marmoreis, sed ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίνας, pectoribus uestris.*

4. πεποιθήσειν — Θεῶν) *Talem uero certam persuasionem (de effectu muneris mei) ego debeo per Christum Deo.* Πεποιθήσεις h. l. est certa Apostoli persuasio de fructu muneris sui apud Corinthios. Hanc persuasionem et muneris sui

fui fructum refert πρὸς τὸν Θεόν, auctorem, qui eum huic muneri idoneum reddiderat διὰ τοῦ Χριστοῦ, per Christum, a quo Paulus doctrinam suam, moderante Deo, acceperat. Gal. I, 12. Cf. c. II, 16. κατὰ πρὸς ταῦτα τις ἰκανός; Ad hanc quaestionem nunc respondet. Cohaerent tamen haec uerba etiam cum immediate antecedentibus. Multum omnino est, quod uobis tribuo; sed confido per Deum et Christum hoc ita esse, et uos porro quasi commendationis loco mihi et meo ministro fore.

5. ἐχ' ὅτι — ἑαυτῶν) *Non quasi mihi ipsi insit facultas excogitandi* (eiusmodi) *aliquid, tanquam repertum a me, et ingenii mei uiribus.* Fatetur Apostolus, eiusmodi modum perducendi homines ad salutem aeternam, a se reperiri haud potuisse, sed habere se doctrinam suam ex reuelatione diuina. Ideo quum dixisset ἀφ' ἑαυτῶν, repetit ὡς ἐξ ἑαυτῶν. *Demetrius Phaler.* de Elocut. Θεόφρατος φησιν, ὅτι ἔ' πάντα ἐκ ἀκριβείας δεῖ μακρηγορεῖν, ἀλλ' ἕνα καταλιπεῖν καὶ τῷ ἀκροατῇ συνιέναι, καὶ λογίζεσθαι ἐξ αὐτοῦ. ἀλλ' ἡ — Θεῷ) *Sed haec meae doctrinae praestantia tota Deum habet auctorem, quod docendo sum idoneus, debeo Deo.*

6. ὅς καὶ — διαθήκης) *Qui etiam dignos habuit nos, ut constitueret ministros nouae religionis; doctores religionis perfectioris, nempe christianae.* De nomine καὶ νῆς διαθήκης cf. Prolegomena ad Euangelia. Vox διὰ κόνε hic generaliter sumitur, ut 1 Cor. III, 5. ἔ' γραμματος, ἀλλὰ πνεύματος) *non litteris perscriptae, sed spiritualis religionis.* Γράμμα est *lex Moysis*, quae sic appellatur,

tur, quia primum per scripturam promulgata est. *Religio christiana* autem uocatur πνεῦμα ab Apostolo, quia eius prima promulgatio sine litteris et scriptura per Spiritum sanctum facta est. Quo tempore Paulus hanc epistolam scripsit, doctrina Christi ore tradi solebat, non litteris. Graeci interpretantur: καθ' ἣν (διαθήκην) ἔ γράμματα ἐπιτείνθημεν, ὡς Μωσῆς, ἀλλὰ πνεῦμα διδόναι, ut γράμματα sint scriptae leges. Πνεῦμα per meton. causae pro effectu, *Euangelium*, melior religio, quae Spiritum sanctum ita habet auctorem, ut scripta lege non sit opus. Loquitur Paulus de suis temporibus. Nam post fata Apostolorum omnino necessaria erat consignatio doctrinae Christi per litteras. τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει) *Lex enim scripta* (Mosaica) *poenas minatur.* Ἀποκτείνειν, sicut Πῆγ Ezech. XIII, 19. *mortem minari.* Cf. Hebr. X, 28. *Lex Mosis minatur mortem et poenas, uires certe nouas animo nullas addit.* τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ) i. e. *Euangelium uero promittit et confert uitam*, nempe felicitatem et salutem aeternam. Sic Πῆγ Ezech. XIII, 19. est *uitam promittere.*

7. εἰ δὲ ἡ διακονία — ἐν δόξῃ) Laudat nunc Apostolus dignitatem et praestantiam muneris sibi et aliis religionis christianae doctoribus demandati, comparatione instituta religionis christianae cum uetere illa Mosaica. *Quodsi enim lex* (inquit Paulus) *quae poenas minatur, inscripta tabulis saxeis, praestans fuit et excellens.* Ἡ διακονία τῷ θανάτῳ, ad uerbum: *administratio mortis* h. l. uidetur esse lex Mosis, quae mortem et poenas minatur. *Schol. ap. Matthaei:* διακονίαν θανάτῳ τὸν νόμον λέγει, διὰ τὴν τιμωρίαν τῶν ἀμαρτανόντων. Ἐν γράμμασιν Ἰσ. ἕσα. Ἐυε-  
νήθη



νήθη ἐν δόξῃ, i. e. ἔνδοξος, *excellens et praeftans*. Δόξα non tantum est splendor externus, sed interdum etiam, ut hic, *excellencia*. ὡς μὴ — τὴν καταργημένην) Ἡ δόξα nunc est *splendor externus*, per elegantem Dilogiam. Cf. Exod. XXXIV, 29. δεδόξασαι ἢ ὄψις τῆ χρωτὸς τῆ προσώπου. Τὴν καταργημένην, sc. δόξαν, *euanidam, parui temporis*; nec enim ille splendor faciei per omnem Mosis uitam durauit, sed defuit.

8. πῶς — ἐν δόξῃ) *Nonne religio christiana multo erit praeftantior?* Vid. modo dicta ad u. 7. Argumentum a minori ad maius. Vos, experientia edocti, ingens intelligitis discrimen inter religionem Mosis et religionem christianam, quam ego uobis trado; igitur non dubito, ministerium meum apud uos in maximo fore honore.

9. εἰ γὰρ — δόξα) Sc. εἶσι. *Si enim ministerium, quod poenas et condemnationem minabatur, in magno fuit honore.* Repetit, quod u. 7. 8. dixerat, aliis tantum uerbis. πολλῶ — ἐν δόξῃ) *Multo magis ministerium gratiam (Dei) annuncians in maximo honore esse, uel excellens et praeftans haberi debet.* Cf. Rom. V, 16. sqq. Δικαιοσύνη, *gratia, beneuolentia diuina*, opponitur τῇ κατακρίσει. Alii intelligunt ueram uirtutem. Περισσεύει construendum est cum ἐν δόξῃ, et intelligendum est *logice*.

10. καὶ γὰρ — δόξης) *Quid, quod illa uetus religio, quae in tanto honore fuit, isto nomine ne comparari quidem possit ad hanc longe excellentiorem religionem.* Τὸ δεδόξασμένον h. l. est lex Mosaica, quae in se fuit excellens. Sed eadem haec lex εἰδὲ δεδόξασαι, ne excellens quidem

quidem nominari potest. Ἐν τέρτῳ τῷ μέρει, *hac ratione; hoc nomine*, si respicitur ad hanc διακονίαν τῆς δικαιοσύνης. Ἐνεκεν τ. ὑπ. δ. *respectu huius eminentioris dignitatis; i. e. comparata ad hanc excellentiorem dignitatem*, quae inest religioni christianae.

11. εἰ γὰρ — ἐν δόξῃ) *Quum enim haud diu duratura illa religio uetus fuerit praestans, multo magis perpetuo duratura erit excellens.* Τὸ καταργούμενον est illa παλαιὰ διαθήκη, religio Mosaica, quae tantum certi cuiusdam temporis fuit, et esse debuit, Ierem. XXXI, 31. Διὰ δόξης, i. e. ἐν δόξῃ ἐγενήθη. Τὸ μένον, *religio christiana*, quae perpetuo durare debet, cui noua alia oeconomia nunquam succedet; τὰ μὴ σαλευόμενα, Hebr. XII, 27.

12. ἔχοντες ἕν τοιαύτην ἐλπίδα) *Nempe oeconomiam euangelicam, cuius nos sumus ministri, non ad tempus, sed perpetuo duraturam esse.* πολλῇ παρρησίᾳ χρώμεθα) *Aperte et agimus, et loquimur, sine omni timore, licet Iudaei maxime offendantur, sicut eos Christi noua doctrina offendit.*

13. καὶ ἕ — ἑαυτῷ) *Nec imitamur Moysen, qui uelamen imposuit uultui suo.* Post καὶ ἕ suppleendum est aliquod uerbum, uel: ἕ παρακαλύπτομεν, καθάπερ Μωσῆς ἐτίθει etc. uel: Non facimus sicut Moses, qui etc. uel aliud eiusmodi. Plane et libere Euangelium docemus, nihil inuoluentes. πρὸς τὸ — καταργούμενον) *Sensus est, Moysen uelamine operuisse uultum, ne Israelitae uiderent finem splendoris, quem uultus emittebat.* Splendebat uultus eius, illustra-

illustratus gloria diuina, quam cum Deo colloquens uiderat, Exod. XXXIV, 30. sqq. Hic splendor postea *periiisse*, Mose uero ad Deum redeunte renouatus esse uidetur. Moses igitur, cui splendor hic apud populum durae cervicis multum auctoritatis conciliabat, imposito uelamine impediebat, ne finem huius splendoris uiderent. Sic elegans est nexus cum u. 12. Nam parrhesiae oppositus est pudor; quia uero pudore tangebantur, uelare caput solebant. τὸ τέλος igitur h. l. est finis et absentia splendoris, qui diutius potuisset perspicui, nisi uelum intercessisset. Sub hac autem figura orationis indicare uult Paulus, splendorem uel auctoritatem Mosis ad tempus tantum durare debuisse. Simul autem hac in re aliquam ueluti imaginem Iudaeorum uidet, qui, quamquam legis Mosaicæ usuram habentes, istius legis quasi ultimum et extremum, Christum, non contuerentur.

14. ἀλλ' ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν) *Immo uero mentes ipsorum uirium quasi stupiditatis sibi contraxerunt.* De Iudæis sui temporis loquitur Apostolus. Ἀλλὰ h. l. non opponitur, sed sicut hebr. וְ עֵשֶׂה est pro וְ עָשָׂה, uel גַּבְרָה, itaque, imo uero. Πώρωσις saepe de mentis stupiditate usurpatur, ut Marc. III, 5. Eph. IV, 18. Sic et ipsum uerbum occurrit de Iudæis Marc. VI, 52. VIII, 17. Io. XII, 40. ἄχρι γὰρ — μένει μὴ ἀνακαλυπτόμενον) *Nam ad hodiernum usque diem idipsum uelamen in lectione V. T. manet non reuelatum.* Sic iungenda sunt uerba. Ἡ παλαιὰ διαθήκη, libri ueteris Testamenti, praecipue uero libri *Mosis*, in quibus leges illius ueteris religionis continentur. Quum hos libros in synagogis, sab-

batis maxime, legunt et audiunt, *manet quasi istud uelamen*, i. e. non perspiciunt uerum sensum, nec causas legum Mosaicarum, datas nempe esse eas ad tempus tantum. Satis patet, Paulum improprie loqui, et comparare Iudaeorum sui temporis statum moralem, cum Israelitarum ueterum statu physico impediti oculorum usus. *ὅτι ἐν χριστῷ καταργεῖται*) *nam per Christum* (religionem Christianam) *aufferri potest*, sc. illud uelamen. Sola Christi doctrina uerum legis Mosaeicae sensum et consilium aperit.

15. ἀλλ' ἕως — κείται) *Μωσῆς, scripta Moſis*. Hoc autem loco (cf. u. 14.) intelligitur ἡ παλαιὰ διαθήκη. Κάλυμμα, uelamen, quo Orientales, preces ad Deum fundentes, uultum tegere solent. Iudaei hoc κάλυμμα uocant תלבו, *Tallis*. Apostolus autem dicit, non tantum faciebus et oculis, sed et animis et mentibus Iudaeorum libros V. T. legentium obductum esse uelamen. Καρδία, לב, mens, intelligendi facultas. Metaphorice et improprie iterum dicit, quod antea dixerat, eos nempe non perspicere, quod leges Mosaeicae finem per Christum sint habiturae.

16. ἡνίκα — κύριον) Supplent nonnulli ἡ καρδία αὐτῶν, alii δ' Ἰσ'ραήλ, alii τις, uel ἕκαστος αὐτῶν. Κύριος h. l. est Dominus Iesus, uerus Messias. Sensus est: *Si admittant doctrinam Christi et Apostolorum*; quod sine mutatione mentis in melius fieri haud potest. *περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα*) *Remouebitur uelamen*. Bene intelligent legem Moſis, eiusque consilium, et agnoscent, ueteris illius religionis Mosaeicae nullam amplius esse auctoritatem.

17. ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμα ἐστὶ) *Dominus* (Iesus) enim auctor est perfectioris religionis. Δὲ pro γὰρ. Πνεῦμα, supra u. 6. erat *Euangelium*, h. l. uero ipse Christus ita uocatur, ut I Cor. XV, 45. quia non ea docet, quae corporeis cernantur oculis sed inuisibilia, quae per fidem credantur. Qui eius meliorem et praestantiolem doctrinam admittit, is de consilio et sensu legis Mosaicae recte iudicare potest. MORUS (p. 338. \*\*) *Quum dominum dico, intelligo illam diuinitus datam religionis scientiam.* Ergo ad dominum accedunt Iudaei, qui hanc scientiam religionis amplectuntur. Etiam Gal. III, 2. 3. 5. πνεῦμα est scientia religionis, interna spectantis, cum effectis et commodis suis, ideoque praestantior religione iudaica, ad externa tantum pertinente. Sensus non multum est diuersus. § δὲ — ἐλευθερία) *Vbi autem Spiritus* (cogitandi et sentiendi ratio) *Domini est, ibi est libertas.* Est in uoce πνεύματος, ut mihi quidem uidetur, Dilogia, Paulo frequens. Nunc enim τὸ πνεῦμα κυρίου est *Spiritus Domini Iesu*, eodem sensu quo Gal. IV, 6. quem locum uide. Potest tamen τὸ πνεῦμα κυρίου iterum esse *diuinitus data religionis scientia*. Ἐλευθερία, *libertas*, sc. a seruitute Mosaica, Io. VIII, 36. Iudaei γράμματα adhaerebant sicut serui, quibus liberum non est, agere aliquid sine peculiari praecepto; sed Christiani per hanc meliorem Christi doctrinam in statum libertatis sic uindicati sunt, ut ipsi intelligant, quid ad praestantiolem Dei cognitionem pertineat.

18. Ἡμεῖς δὲ — κυρίως πνεύματος) *Nos autem omnes, hunc Domini splendorem tanquam in speculo aperta facie uidentes, simili ratione eodem splendore magis magisque or-*

namur, utpote a Domino, h. e. diuinitus data religionis scientia. Sic fere hunc difficilem locum interpretatus est NOESSELT in Opusc. Fasc. II. p. 174. sq. Ἡμεῖς πάντες, nos omnes, puta doctores aut Apostoli. Nam ἡμεῖς, nos ante de se uno dixerat Paulus; nunc autem orationem ad omnes sui similes transfert, h. e. ad omnes qui διακονίαν τῷ πνεύματος suscepissent, quam demonstraerant esse ἐν δόξῃ. Hos igitur Paulus dicit κατοπτριζομένους τὴν δόξαν κυρίου, hunc Domini splendorem tanquam in speculo uidentes. His uerbis non tam debilis et imperfecta, quam potius ea cognitio exprimitur, quae sic tributa esset interueniente doctrina Christi, ut radii a speculo redditi oculos ferire solent. Hoc patet uel ex adiectis uerbis ἀνακαλυμμένη πρόσωπῳ, quibus modus describitur, quo illum splendorem uidissent. Nam, etsi sunt, qui haec uerba referant ad faciem Christi, claris tamen uerbis Paulus Iudaeorum mentibus quoddam quasi uelum iniectum commemorat, u. 14. 15. non nisi a Christo detrahendum, qui κύριος fit, idemque πνεῦμα. *Videte splendorem Domini* nihil est aliud, nisi agnitionem magnificentiae et maiestatis Domini per ipsius doctrinam consequi; agnoscere maiestatem Christi e beneficiis iis, quae sua doctrina tradidisset, ut quae uel ipsa maximum beneficium esset. Nos autem, inquit Paulus, dum Domini splendorem contuemur: μεταμορφώμεθα (κατὰ) τὴν αὐτὴν εἰκόνα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, simili ratione eodem splendore magis magisque ornatur. i. e. eadem doctrina tradenda eandem celebritatem cum Christo nanciscimur. In uerbis ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν est significatio incrementorum; in μεταμορφώσει autem nihil aliud quaerendum est nisi quaecunque cum Christo similitudo. Cf. Col. III, 10. Eandem, Paulus inquit, tradimus doctrinam,

nam, quam Christus tradidit, iisdem beneficiis ornamus homines, quae ex doctrina Christi ad alios redundarunt. Exinde uero apparet, nos propter munus nostrum honore esse dignos; nam felices alios reddimus, adiuuante Deo et Christo. Cf. supra u. 8. et cap. IV, 1. 2. Alludit Paulus ad μεταμόρφωσιν uultus Moſis. Suo modo, inquit, etiam de nobis, Apoſtolis, eiusmodi aliquid dici poteſt. Apparet nempe in nobis quaedam ſimilitudo cum ipſo Chriſto doctore, ut eandem perfectiorem doctrinam et religionem doceamus, quam ille nobis tradidit, et inde celebritatem et honorem confequamur. τὴν αὐτὴν εἰκόνα non pendet a μεταμορφώμεθα, ut ſit transformamur in imaginem; haberet enim praefixam propoſitionem εἰς: neque a κατοπτριζόμενοι, cuius caſus eſt τὴν δόξαν. Ergo intelligendum eſt, ac ſi ſcriptum eſſet: κατὰ τὴν αὐτὴν εἰκόνα, iuxta eandem imaginem; ad ſimilitudinem eiusdem imaginis, quam quaſi in ſpeculo contemplati ſumus, et ipſi transformamur. Nihil autem eſt frequentius, quam praepoſitionis κατὰ omiſſio. καὶ ὡς ἀπὸ κυρίου πνεύματος) Ὑποτε ab illo Domino, qui Spiritus (i. e. ſpiritualis religionis auctor) eſt, (ſive, ut u. 17. a Domino, hoc eſt a diuinitus tradita nobis religionis ſcientia.) illum ſplendorem, illamque gloriam accipientes. Redditur ratio, cur Apoſtoli illius ſplendoris Chriſti magis magisque fiant participes. Domini gloria eſt perennis et ſpiritualis; quum igitur ab hoc Domino nos accipiamus noſtrum ſplendorem, quo alios etiam illuſtramus, fieri aliter non poteſt, niſi ut illa ſpiritualis perfectio et praeſtantia in nobis perpetuo creſcat et augeatur.

## CAP. IV.

I. Διὰ τῆτο — ταύτην) *Quare quum tam nobili ornati simus munere.* Καθὼς ἠλεήθημε.) *Quae est Christi erga nos beneuolentia.* Deriuat Paulus hoc munus a Christi beneuolentia et misericordia quae tantam *ἐναντιότητα* in ipsum contulerit. ἔκ ἐκκακῶμεν) *Non segnescimus; diligentissime facio, quod meum est, licet eximiis difficultatibus, molestiis, et malignis aliorum artibus fere obruar.*

2. Ἄλλ' ἀπειπάμεθα — ἐνώπιον τῆ Θεῆ) *Sed repudiamus clandestinum dedecus ita, ut neque in uasritie uersetur, neque adulteremus doctrinam Dei, sed ueritatis declaratione probemus nos omnium iudicio hominum, consentiente etiam Deo.* (Vid. Noeffelt, opusc. Faic. 2. p. 162. f.) Verbum ἀπειπεῖν in Actiuo inter alia significat etiam *uetare, interdiceret alteri; in Medio est aliquid fugere, omittere, uel semet ab aliqua re continere.* Maxim. Tyr. Dissert. V, 5. Ἄμασις ἀπειπάτο Πολυκράτην, *Amasis neglexit Polycratem.* Plutarch. Coriol. c. 8. τῶν δ' ἀπειπαμένων, *quum detrectarent pugnam.* Τὰ κρυπτὰ ἴσ. πράγματα τῆς ἀισχύνης, *occulta omnis turpitude.* Hoc loco intelligitur ipsa illa *πανεργία*, ἴ. *uasrities*, cuius statim fit mentio, doctrinae diuinae peruersio, σοφία σαρκική, c. I, 12. illud *κατηλείπειν τὸν λόγον τῆ Θεῆ*, a qua turpitudine se Paulus alienum profitetur. Ἀλήθεια est pura Euangelii doctrina, non humanae stultitiae commentis infusata, quam se dicit *φασιεῖν*, non abscondere, non celare, sed dicere aperte. Rom. I, 16. Hac libera ueritatis professione *probabat se* (συνιστῶντες ἑαυτοῦς) Dei hominumque iudicio. Verba πρὸς πᾶσαν συνείδησιν ἀνθρώπων coniungenda sunt



sunt cum illis: συνιστῶντες ἑαυτοὺς, non cum φανερώσει τῆς ἀληθείας. Quamvis enim Profanis non fit usitata phrasis συνιστᾶναι ἑαυτὸν πρὸς τινα, Paulus tamen saepe more Hebraeorum utitur πρὸς pro Dativo, ut c. III, 1. 4. Συνείδησις, iudicium. I Cor. X, 29. Ἐνώπιον τῆς Θεοῦ, siue afferendi causa positum putes, ut Gal. I, 20. siue pro: consentiente s. probante Deo, ut pariter se hominibus ac Deo probauerit, idem est. Cf. c. V, 11. VIII, 21.

3. εἰ δὲ — ἡμῶν) *Sin uero Euangelium nostrum sit obscurum et incertum nonnullis, eiusque ueritas non ab omnibus agnoscatur.* Κεκαλυμμένον, repetit metaphoram a uelamine Moysis. Ideo hoc addit, quia obiici poterat, multos esse, qui ueritatem istam non agnoscant. ἐν τοῖς — κεκαλυμμένον) *Iis, quorum ingenium est insanabile, est obscurum.* Metonymia. Nam pereuntes uocat eos, qui perire meruerunt, qui uitiis suis fauent, et nolunt ea esse uera, quae uitiis aduersantur. Ἐν τοῖς ἀπολλ. *inter pereuntes, pro τοῖς ἀπολλ. Schulzius uertit: Per eos qui seruari nequeunt; per falsos doctores, qui omnia mea peruertunt.*

4. ἐν οἷς — ἀπίστον) *Varie constructionem graecam explicant interpretes. Simplicissima uidetur esse haec: ἐν οἷς ἀπίστοις ὁ Θεὸς τῷ αἰῶνος τῆς ἐπιφώσεως τὰ νοήματα αὐτῶν, pro: ἐν ἀπίστον τὰ νοήματα ὁ Θεὸς τῷ αἰῶνος τῆς ἐπιφώσεως. Quorum infidelium mentes Deus huius seculi, (Satanas) occaecauit, nempe uoluptatum et rerum terrenarum amore. Seculum, i. e. homines horum temporum; ut Plautus: haec seculi huius mores in se possidet. Vocatur autem Satanas Deus malorum hominum,*

num, quia ei obtemperant, et in omnibus gratificantur, pro domino et Deo quasi eum colunt. Cf. Io. XII, 3. XIV, 30. Homines, qui non admittunt ueritatis cognitae uim salubrem, omnino comparandi sunt coecis. εἰς τὸ μὴ — χρῆσθαι) *Ne intelligant institutionem in religione praestantissima Christi.* Ὁ φωτισμὸς, institutio, ut φῶς saepe est doctor, qui alios instituit, *aufklärt*, ut nos dicere solemus. Τὸ εὐαγγέλιον τῆς δόξης, pro εὐαγγ. δεδοξαμένου, *religio excellentissima, maiestatis plena.* ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ) Quo sensu Christus h. l. *imago Dei* dicatur, ipse contextus docet. In eo nempe similis est Patri, quoniam per eum terrarum orbi *lumen* illuxit sensu improprio, sicuti per Deum orbi illuxit lumen sensu proprio. u. 4. 6. Quemadmodum nempe Deus lumen attulit terrarum orbi, tenebris ante quam formaretur, sepulto, maiestatemque suam quasi spectandam dedit: ita Christus quoque, depulsis ignorantiae tenebris, ueritateque consiliorum diuinorum ad hominum intelligentiam translata, lumine compleuit homines, et demonstrauit magnificentiam suam.

5. εἰ γὰρ αὐτὸς κηρύσσομεν) i. e. *Non doceo religionem a me ipso inuentam.* Inest uero haec etiam sententia: Non studemus gloriae nostrae, nostrisque rebus priuatis, in annuncianda doctrina Euangelii. Similis locus apud Dion. Chrysost. XIII. οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ τῶν καλεμένων φιλοσόφων αὐτὸς ἀνακηρύττεσιν, ὥστερ δὲ Ὀλυμπιακοὺ κήρυκες. αὐτὸς — Ἰησοῦ) Ἐαυτὸς δὲ, sc. κηρύσσομεν. De nobis hoc tantum praedicamus, nos esse seruos uestros in docenda religione. Vestris inferuimus commodis, *propter Iesum*; ut huius ueram gloriam

riam amplificemus, durissimae uitae rationem lubenter toleramus.

6. *ἔτι — λάμψαι*) *Idem ille Deus, qui olim (quum orbem crearet) ex tenebris lucem effulgere iussit.* Praedicat originem huius doctrinae suae; se eam non ab hominibus, Iudaeis uel Iudaeorum doctoribus didicisse, sed ab eodem illo Deo, qui Gen. I, 3. iussit olim lucem ex tenebris terrarum orbi splendere. Ὁ εἰπὼν, qui iussit, ἸΩΝ δὲ ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν) Ὁς, pro εἶπος, ut Rom. XVI, 27. Alii suppleri iubent εἶς, uel ante εἶς ἔλαμψε, uel post illud δ θεός. *Ipse accendit lucem in animis nostris.* Ἐλάμψεν hic est pro Hiphil, ut supra θριαμβεύειν. Fatetur Paulus et se antea in tenebris fuisse; sed sensisse se Dei aliquod lumen, seu cognitione Christi uera auctum fuisse. πρὸς φωτισμὸν — χριστῷ) *Vt alios illustrarem eadem cognitione maiestatis diuinae, quae in persona uel facie, s. etiam per Christum conspecta est.* Genitiuus τῆς δόξης non sic copulandus est cum γνώσει, ut attributi uim habeat, q. d. *illustris cognitionis Dei*, notionem potius palmarem, eamque in disputatione uniuersa regnantem continet, et habet uim subiecti, nempe *diuinae maiestatis*, quam contuerentur agnoscerentque Apostoli. Paulus enim miratur, Iudaeos ita hebetes ac coecos esse, ut neque lumen istius doctrinae, neque muneris Apostolici dignitatem uideant, quum tamen tantus splendor (δόξα) Dei et Christi emicuerit per Euangelium, radiosque in partes omnes sparserit. *Ista δόξα resplendit ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ χριστοῦ*, in quibus uerbis explicandis mira est interpretum dissensio. Vertunt enim: *in facie, in persona, nomine, auctoritate Christi* etc. Pos-

fent etiam uerti: *per Christum* ut *πρόσωπον* redundaret Hebraeorum more, ut Matth. XI, 10. Sic Paulus diceret, Christum esse eum, per quem et missus et edoctus et adiutus sit. Cf. c. II, 17., III, 4. sqq. Sed (ut *Noeffelt.* monet) *πρόσωπον Ἰησοῦ χριστοῦ* refertur ad *πρόσωπον Μωϋσέως*, atque cum eo componitur, ut, quamquam Israelitae ferre splendorem uultus Moſis non possint, eundemque contueri, Apostoli tamen in uultu Christi splendorem maiestatemque Dei agnoscerent. Igitur uerbi aut imaginis proprietates non negligenda uidentur, quatenus nempe in his uerbis est significatio comparationis cum facie Moſis collustrata diuino splendore. Fuit autem *δόξα τῷ Θεῷ ἐν προσώπῳ χριστοῦ* non haecenus, quod Christi facies lineamentis ac forma referret Deum, sed quod, qui Christum contuerentur in his terris, h. e. tanquam ueritatis diuinae interpretem, Deum se dictis factisque adumbrantem, cernerent. Cf. Io. VIII, 19. XV, 24. XII, 45. 46. 49. *ὁ φωτισμὸς τῆς γνώσεως*, cuius caussa lumen Dei animis Apostolorum immisſum fuerit, referendus est ad propagationem doctrinae christianae per Apostolos; nam omnis Pauli disputatio est de propagatione Euangelii, et locus simili consentit Eph. III, 8. sqq. Indicat igitur Paulus his uerbis finem huius reuelationis, qui erat, ut alii etiam homines discerent, in Iesu Christo splendere maiestatem uere diuinam, eumque esse diuina auctoritate praeditum. Schulzius: *ad propagandam praestantissimam Dei cognitionem, respectu religionis Iesu Christi*, i. e. quatenus haec Dei notitia e religione christiana hauritur.

7. *ἔχομεν — σκεύεσιν*) *Hunc uero thesaurum doctrinarum saluberrimarum circumferimus in corpore multis malis*

*malls obnoxio*, sicut fictile, quod facile frangitur, Ierem. XXII, 28. Deus ultro prouidit, ut superbire non possumus; nam contemptui sumus potius multis. ἵνα ἡ ὑπερβολὴ — ἡμῶν) *Vt summa illa uis*, quae se in Euangelio exferit, *ex Deo, non a nobis esse cognoscatur.* Ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως est eleganter pro ὑπερβάλλουσα δύναμις, *summa uis*, ut apud Ioseph. Ant. I, 13, 4. ἡ ὑπερβολὴ τῆς θρησκείας, *summa pietas.* II, 2. I. ἡ ὑπερβολὴ τῶν ἀγαθῶν, *summa bona.* Hoc loco intelligitur uis illa summa, quae se in Euangelio exferit. ἢ τὸ θεῶ, *logice: ut intelligatur Dei esse.* Iſtam uim Dei, quae per ueritatem cognitam hominum animos emendat, Paulus alibi δύναμιν πνεύματος dicit. Potest tamen intelligi etiam ea uis et potentia Dei, quae Paulum et alios Apostolos e periculis eripuit.

8. ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' ἐκ σενοχωρόμενοι) Sensus est: *Nos undique omni calamitatum genere affligimur, non ita tamen, ut animum despondeamus, spemque, ex his tot, tantisque malis elutandi, abiiciamus.* Ἐν παντὶ, sc. τόπω. Θλιβόμενοι, supple: ἴσμεν, et hoc pro θλιβόμεθα. Θλιβεῖν, uti et πείζειν, dicitur athleta, quum aduersarii corpus lacertis implicat, tamque arête comprimit, ut spiritus coarctetur. Deinde σενοχωρῶσθαι dicuntur, quorum fauces, aliaque animae trahendae instrumenta ita coarctata et compressa sunt, ut spiritus trahendi meatibus omnis fere aditus praeclusus sit. Cf. Krebsii obs. ad h. l. ἀπορούμενοι, ἀλλ' ἐκ ἐξαπορούμενοι) *Dubitantes, sed non desperantes.* Ἐξαποροῦσθαι, *ita perplexum esse, ut desperes*, ut supra c. I, 8. Nunquam, inquit,

inquit, Dei mihi defuit auxilium, licet saepe consilii omnis expers essem.

9. δεικόμενοι, ἀλλ' ἐκ ἰγκαταλειπόμενοι) נָלִי וְיָדַי וְרַגְלָי. Ab hominibus quidem male tractamur, sed Deus nos non deserit. Solatur nos Spiritu suo. καταβαλλόμενοι, ἀλλ' ἐκ ἀπολλύμενοι) *Prosternimur, ut quum in certamine aliquis cadit, nec tamen perimus.* Similitudo sumta a militibus, qui deiecti resurgunt. Alii referunt ad feras, a uenatoribus in terram deiectas; alii ad gymnasium et ludum luctantium, quum aduersarius, solo sublatus in terram sternitur. Recensentur uariae species maximorum periculorum.

10. πάντοτε — περιφέροντες) *Semper mortis periculis propter Iesum expositi sumus.* Νέκρωσις, Πῶνον, sunt miseriae et mortis pericula, Pf. LXXIX, II. Quum autem mortis pericula circumferri non possint, νέκρωσις uel pro signis est horum periculorum, i. e. uulneribus, εἴγματα τῷ κ. I. dixit Paulus Gal. VI, 17. uel περιφέρειν τὴν νέκρωσιν κ. I. uim habet significandi: quod ubicunque locorum, quo Euangelium Apostolus tulerit, in impetus hostium mortisque pericula incurrerit. Vid. S. V. *Noesselti* disp. in locum Pauli 2 Cor. IV, 10. sqq. in opusc. p. 227. sqq. ἵνα καὶ — φανερωθῇ) *Vt et uita Iesu in corpore nostro appareat.* Varias sunt interpretum de horum uerborum sensu sententias. Placet Ven. *Noesselti* sententia, interpretantis τὴν ζωὴν de ipsa conseruatione uitae, in maximis, quibus obiecta erat, periculis, quod ζῆν haud dubie significat Io. IV, 51. et 2 Cor. VI, 9. ut, quemadmodum Paulus τὴν νέκρωσιν τῷ κηρίῳ Ἰησοῦ sibi tribuerat propter similitudinem mortis cum Christo, sic ζωὴν τῷ Ἰησοῦ propter ea, quod non

non magis quam Christus interisset prorsus, sed ereptus e mortis faucibus fuisset. Ἰνα est ἰκβατινόν. Sensus itaque totius commatis est: *Semper quidem propter Iesum eiusque doctrinam mortis periculo expositi sumus, sed eripimur, ne prorsus intereamus.*

II. καὶ γὰρ — Ἰησοῦν) *Quotidie inquam, i. e. saepissime nos, qui adhuc uiuimus, uitae periculis exponimur, Euangelii causa, quod a Christo nobis commendatum est. Est illustratio et confirmatio superioris sententiae.* Ἰνα καὶ — ἡμῶν) i. e. *Vt etiam uitam similem uitae Christi experiamur in hoc nostro corpore, quod mortis periculo est obiectum.* Σάρξ hic dicitur θνητὴ, non quod mortale sit corpus, aut quod sit mortuum, sed quod mortis periculo obiectum; nam eo sensu ante et νέκρωσιν et θάνατον corpori suo tribuerat Paulus. Ἡ ζωὴ τῆς Ἰησοῦς est conseruatio Pauli inter media mortis pericula, qua similis erat Christo e mortuis reuiuiscendi. Sensus igitur huius commatis, sicuti praecedentis, est: *Nos quidem in hac uita semper mortis periculo exponimur propter Iesum, sed et nunc in uita conseruamur, et post mortem corporis in aeternum uiuemus non minus ac Iesus.*

II. ὧστε — ἐν ἡμῶν) *Itaque nos quidem uersamur in perpetuis mortis periculis; ad uos autem fructus conseruationis nostrae in uita redundat.* Θάνατος, ut in superioribus complectitur impetus et pericula, in quae coniecta fuerat Apostoli uita. Ζωὴ autem per uim disiunctionis significat uacuitatem a periculis, siue quis non incurrat in ista discrimina, siue iis liberetur; qualis liberatio Paulo contigerat. u. IO. et II. Ἐκπεπῶσθαι, idem significare uidetur

uidetur quod modo φανερόσθαι. Vnde talis nascitur sensus: *Quare mortis quidem (nostrae) fructus in nobis, sed uitae (nostrae) in uobis cernitur, uel: qua re fit, ut quum mortis periculis iactamur, id nobis magis obfit; sed quum liberamur istis, id uobis magis proficit.* Vid. supra I. 4. seq. Facilior tamen sensus esse uidetur, si ζωὴν interpretemur *felicitem, salutem: Versor in perpetuis mortis periculis; uobis autem obtingit salus, felicitas, per doctrinam Euangelii quam ego propono.*

13. ἔχοντες — γεγραμμένον) *Habemus enim eundem fidei et fiduciae Spiritum, atque is de quo scriptum est.* Particula δὲ h. l. non est aduerſatiua, sed potius sententiam connectit. Participium ἔχοντες positum est pro ἔχομεν. Πνεῦμα τῆς πίστεως, pro πίστις, fiducia, uel *sensus fiduciae, glaubige Gesinnung.* ἐπίστευσα, διὰ ἐλάλησα) Pf. CXVI, 10. *Confisus sum in Deo, itaque hoc libere profiteor.* Dauid, qui similiter calamitates multas tum perferebat, profitetur illam animi sui fortitudinem. Πιστεύειν, sperare bona, his terrenis et caducis longe meliora. διὰ καὶ λαλῶμεν) Sc. τῦτο, τῆτον τὸν λόγον, ut λαλῶν saepe occurrit. Libere profiteamur ea, quae credimus et speramus.

14. εἰδότες — διὰ Ἰησοῦ ἐγερῆ) *Speramus nempe, eundem, qui suscitauit Dominum Iesum, (Deum omnipotentem) etiam nos propter Iesum ab omnibus periculis esse liberaturum.* Est elegans Dilogia in his uerbis. Nam prima uice uerbum ἐγείρειν sumitur proprie, altera uice improprie. Deus nempe ἤγειρε Apostolum, seruans eum inter pericula uiuum, plane ut apud Iacobum c. V, 15. καὶ παραστή-



οαι σὺν ὑμῖν) *Viuos nos seruabit quemadmodum uos, ut* I Cor. IV, 8. ἡμεῖς ὑμῶν συμβασιλεύσομεν, *uobiscum regnabimus, i. e. in pari uobiscum fortuna uersabimur.* Praetulerim tamen nunc hanc commatis 13. et 14. interpretationem: *Habeo autem (quanquam quotidianis fere expositus mortis periculis) eundem fiducia plenum animum, atque is de quo scriptum est: Fidem habeo Deo, propterea hoc libere profiteor; (nam ego etiam credo quae deceo,) scio nempe eum qui Iesum suscitauit, etiam mihi per Iesum uitam redditurum esse, sicut uobis.* Sic Paulus doctrinae de resurrectione apud Corinthios in dubium reuocatae grauitatem suo exemplo confirmaret, et spe salutis post hanc uitam se erigeret. Cf. etiam STORR p. 79. not. 156.

15. τὰ γὰρ πάντα δι' ὑμᾶς) Sc. perferimus. Δι' ὑμᾶς, propter uos, *gentes*; hanc enim ob causam, quod Paulus Euangelium ad omnes homines propagaret, contempto omni usu legis Mosáicae, tot mala et calamitates Iudaei in ipsum concitabant. Nisi potius sic cohaereat initium huius commatis cum praecedente: *Omnia enim ista, quod Christi resurrectionem intelligo et annuncio, et huius nuncii causa uaria incommoda perfero, in uestram salutem uertunt.* ἵνα ἡ χάρις — τῷ Θεῷ) Sensus esse uidetur: *Vt non ego solus beneficia diuina accipiam, sed eadem ad tanto maiorem Dei gloriam per munus mihi demandatum ad alios quoque complurimos redundent.* Sic STORRIUS l. c. Alii: *Vt hoc beneficium uehementer s. magis magisque illustret gloriam Dei, eo quod quamplurimi super ea re gratias agant Deo.* Ἡ χάρις, beneficium, est conseruatio Pauli in uicis, cuius ipsius beneficii fructum percipiebant Corinthii,

c. I, II. Dicitur autem haec χάρις πλεονάσασα propterea, quod semper morti obiectus (u. II.) semper se uidisset diuino beneficio adiutum. Constructio est talis: Ἰνα ἡ χάρις πλεονάσασα περισσέουση εἰς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, διὰ τῶν πλειόνων τῆν εὐχαριστίαν. Alii cum Erasmo illa διὰ τῶν πλειόνων, referunt ad participium πλεονάσασα, et uerbo περισσεύειν adiungunt significationem transitiuam hoc sensu: *ut hoc beneficium auctum propter plures* (siue propter commodum, siue propter preces plurimorum) *augeat quoque gratiarum actionem ad honorem Dei.*

16. διὸ ἔκ ἐκκακῆμεν) Repetit quod u. I. dixerat. *Non segnescimus* propter uarias calamitates nobis perferendas, sed strenue agimus quod nostri est muneris. ἄλλ' εἰ καὶ — ἡμέρα) *Sed, quanquam corpus per tot aduersa attenuatur, animus tamen in dies fit uegetior.* Quid sit δ' ἐξω ἄνθρωπος, et δ' ἔσω ἄνθρωπος, diximus ad Rom. VII, 22. Διαφθείρεται, *frangitur, attenuatur* corpus; nam et in iure *perire* dicuntur, quae deteriora fiunt. Ἀνακαινῶται quasi dicat: *iuuenescit, recreatur* et quasi roboratur animus per confidentiam et spem positam in Deo, natam illam et confirmatam perpetua e summis malis liberatione. Ἡμέρα καὶ ἡμέρα, □'□' □'□', est Hebraismus, qui uertitur καὶ εἰς ἑκάστην ἡμέραν, I Sam. XVIII, 10.

17. τὸ γὰρ — θλίψεως ἡμῶν) *Praesens afflictionum leuitas, s. afflictiones praesentes, quae leues sunt.* Proprie esset: ἡ παρῶσα καὶ εὐλαφὲς θλίψις. Aduerbium pro Adiectiuo optimus quisque scriptor ponit. Sic Pericles apud Thucydidem L. II. *Neque enim diu durare odium potest, ἡ δὲ παραυτίκα τε λαμπρότης καὶ εἰς*

τὸ ἔπειτα δόξα ἀίμνηστος καταλείπεται, *splendoris uero praesentis et subsequenter gloriae sempiterna remanet memoria.* καὶ ὑπερβολὴν — ἡμῖν) *Incomparabilem aeternumque duraturam felicitatem pariunt.* Βάρος δόξης, pro δόξην βαρεῖαν, et quasi ita dixisset, adiecit, καὶ ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν, i. e. *excellentissime grauem gloriam.* καὶ ὑπερβολὴν, Paulo propria phrasis, hebraice **גָּדוֹל גָּדוֹל**. Κατεργάζεσθαι h. l. est *acquirere*, uti ἐργάζεσθαι Io. VI, 27. et apud Dionys. Hal. Ant. L. V. τὸ τοῦτο τὸ ἔργον ἀθάνατον αὐτῷ δόξαν ἐργάσατο, *hoc opus immortalem ipsi gloriam peperit.*

18. μὴ σκοπέυων — μὴ βλέπόμενα) *Dum non spectamus ea quae cernuntur, sed ea quae non cernuntur.* Σκοπεῖν *curare, animum ad aliquid attendere.* τὰ βλέπόμενα, huius terrae bona, quae cernuntur oculis, τὰ ἐπιγεια etiam dicuntur, et τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, quae ab hominibus uulgo amari solent. τὰ μὴ βλέπόμενα, futuri saeculi bona, quae nondum cernuntur oculis. Hebr. XI, 1. πρόσκαιρα) *Quae non diu durant.*

## CAP. V.

1. Ἐάν — καταλυθῆ) *Etiamsi corpus nostrum fragile dissoluatur.* Ἐάν hic est *etsi*. Οἰκία τῆ σκηνῆς est domus, quam ad tempus habitamus, i. e. diuersorium, siue hospitium, in quo commoramur, u. 4. *Hesychius: σκηνῆς σῶμα. Σκηνῆς, δικητηρίς.* Cutem hominis cum pelle tentorii comparantes Pythagorici, corpus humanum σκηνῆς uocabant, apud *Stobaeum* passim I. 16. *Hippocrates* Aphor. ἀπολιτῆσα ἢ ψυχὴ τὸ τῆ σώματος σκηνῆς. *Nicander* saepis-

fime hac uoce utitur. *Aelian. Hist. Anim. L. V, c. 3.*  
*ἄχρηστον δ' ἔστι τὸ λοιπὸν τῆ ζωῆ σκῆνος, inutile est reli-*  
*quum animalis corpus.* Οἰκία τῆ σκῆνης, quomodo  
 fons Timaii, oppidum Antiochiae, amnis Eridani, arbor ficī.  
 Animus noster in corpore habitat, non tanquam in domo  
 diu statura, quae iam dicetur *δικοδομή*, sed tanquam in  
 tentorio, quod facile tollitur. *Schulzius* uertit: *Wenn*  
*gleich verändert wird der ietzige Aufenthaltsort meines*  
*terrenen Körpers*, et *δικίαν* intelligit de loco ubi habita-  
 mus et commoramur in his terris. Sed hanc explicatio-  
 nem nec statim sequens uerbum *καταλυθῆ*, quod nunquam  
 de *mutatione loci* usurpatur, nec contextus sermo pati ui-  
 detur; quod facile intelliget, qui attento animo legerit.  
*Καταλυθῆ*, *dissoluitur*, disiicitur quasi, uentorum, plu-  
 uiarum, caloris, putredinis coeuntibus caussis; si maxime  
 incolae nolint. *δικοδομήν — ἔρανοῦς*) *Domicilium diuinum*  
*(coeleste) habemus, domum non hominum manibus exstru-*  
*ctam, aeternam in coelis.* Exempti corpore breuis aeuī,  
*uersabimur in aeterno coeli domicilio.* Ἐκ θ. εῦ, adiectiue,  
*diuinum*, a Deo factum. Οἰκοδομή, *δικία ἐν τοῖς ἔρανοῖς*  
 non est corpus quod resuscitati olim habebimus, sed nostra  
 in coelis commoratio felix, ad quam statim a morte cor-  
 poris deferemur. Nam hanc sententiam u. i. Paulus in-  
 fra u. 8. aliis uerbis repetit: *separati a corpore erimus*  
*apud Dominum.* Ergo *post mortem esse apud Dominum*  
 idem est ac *post mortem uti commoratione in coelo aeterna.*  
 Non ergo dicitur, quid futurum sit in resurrectione mortuo-  
 rum, quale corpus tum simus accepturi; sed dicitur quid  
 statim a morte futurum sit, scilicet, nos aliquo loco, in  
 coelo, fore felices. Vnde et optat mori Paulus, ut solutus  
 corpore,

corpore, sit apud Dominum. Sic *Morus*, dissertatt. p. 193. not. \*) Alii: *Corpus a Deo accipiemus aeternum, nunquam interiturum*, ob antithesin. Anonymo (in den Beytraegen zur Befoerderung des vernünftigen Denkens in der Religion, fasc. 2. p. 109. f.) hic locus uidetur confirmare hypothesein de euolutione corporis subtilioris statim post mortem inchoanda.

2. καὶ γὰρ ἐν τούτῳ σκνύμεθα) 'Ἐν τούτῳ, sc. τῷ σκνύμεθα, dum in hoc mortali corpore sumus, gemimus, nempe ob quotidianas molestias. Potest etiam suppleri μέρει, uel πράγματι, propterea. τὸ δικητήριον — ἐπιποθέμεθα) Quod uellemus domicilium (uestimentum) nostrum coeleste induere. τὸ δικητήριον τὸ ἐξ ἑρανοῦ uel est corpus coeleste, et opponitur τῇ ἐπιείῳ ἡμῶν οὐκία τῷ σκνύμεθα, u. I. uel, quod aliis placet, coeleste illud domicilium, de quo u. I. sermo fuerat. τὸ ἐξ ἑρανοῦ, i. e. ἑράνιον. Propter statim sequentia priorem sententiam praefero, quam etiam uerbum ἐπιποθεῖσθαι suadet. Transiit Apostolus ad aliam metaphoram uestimenti, quod permutatur cum alio. Sensus est: Vellemus, ut hoc corpore exuti, induere possimus aliud uestimentum, nempe corpus coeleste, immortale.

3. εἴτε καὶ — ἐυρεθησόμεθα) Siquidem induti, non nudi (non sine corpore) erimus. 'Ευρεθῆναι, hebr. נשדד esse. 'Εἴτε καὶ potest reddi: siquidem. Sensus: Nam in altera uita non penitus destituti corpore erimus, sed habebimus omnino corpus. Γυμνός h. i. esse animos separatos a corpore, facile patet. Sic etiam Plato Crat. 20. καὶ ὅτι ἡ ψυχὴ γυμνὴ τῷ σώματι παρ' ἐκείνου ἀπέρχεται, quod animus, corpore nudus ad illum (orcum) abit. Alii ἐκιδυσάμενοι praeferrant,

ferunt, quam lectionem nonnulli codices exhibent. Tum effet sensus: *Siquidem etiam (καὶ) exuti corpore hoc mortali, non nudi, non sine corpore erimus; quod eodem recidit. Etiam in coelesti illa commoratione (u. l.) corpore induti erimus, sed coelesti, non caduco et mortali. Veteres animum nunquam sine omni corpore esse putabant. Cicero: (de nat. Deor.) aperta simplexque mens, nulla re adiuncta, quae sentire possit, fugere intelligentiae nostrae vim et notionem uidetur. Vid. Beytraege etc. l. c. p. 98. ubi etiam recentiorum Philosophorum sententiae de evolutionis Systemate recensentur. p. 102. f. Sed multa in hac re sunt obscura.*

4. καὶ γὰρ — βαρέμενοι) *Nos enim, quoad sumus in hoc tabernaculo, (corpore,) molesto metu grauati gemimus. Βαρέμενοι, grauati, pressi, onere corporis. Repetit, quod dixerat, et addit causam, cur gemant. Loquitur communicatiue, ut solet; sed magis de aliis, quam de se. εἰς — ἐπευδύσασθαι) Dictum hoc comparate: Quia malumus non exui corpore hoc, sed per mutationem superindui corpore immortalī. Malumus mortem lucrifacere. Statius Theb. X, 938. Sed membra uirum terrena relinquunt, exuiturque animus. Artemidor. IV. 32. ὁ δ' ἄλλως τὸ ἰμάτιον ἰβρωγὸς ἔχειν, ἐικότως ἐπρώθην — ὡσπερ γὰρ αὐτῶν, τὸ ἰμάτιον, ἔτω καὶ τῇ ψυχῇ αὐτὸ τὸ σῶμα περιέκειτο. Nolumus mortem experiri, sed optamus, ut mortale hoc nostrum corpus sensim sensimque euanescat, et mutetur in corpus immortalē. ἵνα — ζωῆς) *Vt corpus mortale sensim sensimque absumatur ab immortalī.**

5. ὁ δὲ — θεός) Sc. ἰς τ. Verba ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς uarie explicantur. *Camerarius*: Deus est, qui ad hoc ipsum nos condidit; ut sit ἀντιθεσίς ἐλλειπτικῆ: Nos quidem istud malleus, uerum Deus est, qui ad hoc ipsum nos condidit, uel ita constituit. *Rechte Schulzius*: Doch! dieß ist ein unzeitiger Wunsch! denn es hat nun Gott einmahl gefallen, die Einrichtung mit uns in diesem Stücke anders zu machen. *Chrysostomus* προληπτικῶς interpretatur. Quomodo, inquit, hoc futurum sit, ut immortalitatem induamus, μὴ περιεργάζε, ὁ θεός ποιεῖ. Καὶ εἰ οὖν τῆτο ἔδοξεν, ἀλλ' ὅτε ἐξ ἀρχῆς ἔκλαττεν ἀπὸ γῆς καὶ τοῦ Ἄδὰμ ἐδημιούργει. Ἐμ εἰς τῆτο δὲ ἐδημιούργει, ἵνα ἀποθάνη, ἀλλ' ἵνα καὶ ἀθάνατον ἐργάσῃται. Hunc fere sequitur *Beza*: ὁ κατεργασάμενος, qui condidit, i. e. ὁ κτίσας, ἢ ὁ διαπλασάμενος, *Grotius*: Qui nos ad hoc praeparauit, per Euangelii cognitionem. ὁ καὶ — πνεύματος) *Qui etiam interea, dum tandem contingat status ille melior arrhabonem, Spiritum nempe dedit.* *Genitius*, τὸ πνεύματος hic positus est ἐξηγητικῶς. Nam ipse spiritus est arrhabeo, datus a Deo credentibus uelut promutuum uitae illius plene spiritualis. Cf. Rom. VIII, 14. 15. 16. 17. et dicta supra ad c. I, 22. huius epistolae. Quicquid fit de modo, inquit Paulus, res ipsa tamen certa est. Modus, quo in statum meliorem transformabimur, est obscurus, sed res ipsa, nos olim fore beatos, est certissima. Habemus enim in fidem huius rei pignus et arrhabonem, τὸ πνεῦμα.

6. ὁρῶντες ἕν πάντοτε) Iterum subaudiendum sumus. Sic enim solent Hebraei Participia sine uerbo ponere pro uerbo praesentis temporis, quod Hebraei in uerbis non

habent. *Sumus igitur semper bono animo.* καὶ εἰδότες — κύριε) *Quanquam scimus, nos, quamdiu habitamus in corpore, (dum in hac mortali uita uersamur,) abesse a Domino. Ἐνδημεῖν, domi esse, habitare. Absumus a Domino, ut peregrini, qui a patria absunt. Christianorum autem patria est coelum, ubi Christus, nostrum caput.*

7. διὰ — εἶδεν) *Nam in spe tantum et fide nunc fruimur Christo, non uero eiusdem aspectu.* In parenthesi haec dicta sunt. διὰ πίστεως, διὰ εἶδεν, i. e. ἐν πίστει, εἶδεν. Nondum habemus Christum ἐν εἶδει, his corporis sensibus praesentem. τὸ εἶδος est id, quo uidemus, ὁψις ἴσ. aut ὄρασις, uisus ipse, quod nonnumquam speciem Romani quoque ueteres dixerunt. Lucrer. L. IV. *In luci quae poterit res accidere ad speciem, quadrata nisi eius imago?*

8. θαρσύνεμεν) Repetit, quod dicere coeperat, ut fieri interdum solet, absoluta parenthesi. καὶ εὐδοκῆμεν — κύριον) *Etiamsi mallems, si nempe nostram tantum conditionem respicimus, migrare e corpore, et perpetuo esse, (domi esse) apud Dominum. Plat. Apol. ἀποδημία, ἢ θάνατος. Cic. Tusc. I. mors emigratio est. Velleius I. Migrare magis quam mori.*

9. διὸ καὶ φιλοτιμέμεθα εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι) *Quapropter, i. e. quia de aeterna felicitate apud Dominum consequenda non dubitamus, summo studio id agimus, ut ei placeamus. φιλοτιμέμεθαῖ proprie est, magno studio aliquid facere, gloriae consequendae et ostentationis causa, ut ap. Ioseph. Ant. XV, 9, 5. Sed dicitur quoque de quocumque studio paullo acriori, sine uanae gloriae notione, ut apud*



apud eundem Iosephum A. III, 6, 1. de summo studio mulierum, conferendi, quae ad sacrum ornatum et Dei ministerium desiderabantur: ἐφιλοτιμῶντο δὲ καὶ γυναῖκες περὶ τῆς σοφῆς ἱερατικῆς, καὶ περὶ τὰ ἄλλα ὅσων ἔχρησε τὸ ἔργον κόσμῳ τῆ καὶ λειτουργίας ἕνεκα τῆ Θεῆ. Ἐυαρεσῆσαι τῷ κυρίῳ non tam habet hanc uim, ut se Domino gratiosum dicat, quam uim uitae accommodatae ad Dei uoluntatem. Gen. V, 24. VI, 9. Hebr. XI, 5. 6. Verba ἔπειτα ἐνδημῶντες, ἔπειτα ἐκδημῶντες referenda sunt ad ea, quae modo dixerat u. 6. et 8. Ergo ἐνδημῶν ἐστὶ uersari apud Dominum, et ἐκδημῶν ἐν his terris nondum solutis huius corporis uinculis uiuere, ut hic sit sententiae Paulinae sensus: *Quomocunque sit, siue mox deferamur, quod quidem sitienter anquirimus, ex hoc corporis domicilio ad Dominum, siue, quod patimur magis quam optamus; adhuc seiuncti a Domini consuetudine detineamur in hoc corpore, omni enitimus studio, ut ei recte agendo probemur.*

10. τὴς γὰρ — τῆ χριστῆ) Nos omnes enim manifestari oportet coram tribunali Christi. Illud γὰρ reddit rationem eius, quod dixerat u. 9. summo studio id agimus, ut Domino placeamus. Πάντας ἡμᾶς, quod Iudaei minime solebant diligentius reputare, existimantes, alias gentes subesse seuero Dei iudicio, ipsis autem sufficere, quod sint populus Dei. Tristissima est sententia: *Vniuerso Israeli portio et pars competit in mundo futuro.* φανερωθῆναι, non solum apparere, praesentes sisti, sed etiam manifestari; nam in hac uita τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων in neutram partem certo patent. ἵνα — σώματος) Sc. πεπραγμένα, aut γενόμενα. Διὰ σώματος, i. e. ἐν σώματι, in hac uita. *Vnusquisque huius uitae*

*actae fructum percipiet.* Κοιλιεσθαι, *percipere, accipere.*  
 προς δ — κακόν) *Conuenienter uitae, quam duxerit.* Bonis laus  
 et praemium, malis reprehensio et poena debetur.

11. εἰδότες — κυρίως) i. e. εἰδότες φοβεῖσθαι τὸν κύριον, uel  
 φοβῶντες τὸν κύριον, *timentes igitur Dominum*; uel: *Scien-*  
*tes, Dominum esse timendum.* ἀνθρώπους πείθομεν) Nempe  
 λόγοις παραινετικοῖς καὶ κηδετικοῖς πρὸς αὐτοὺς χρώμεθα. Et sup-  
 plendum est μὲν, ἀνθρώπους μὲν πείθομεν, *omnem quidem damus*  
*operam, ut hominibus religionem persuadeamus.* Alii: *Fa-*  
*uorem hominum nobis conciliare studemus.* Alii sic inter-  
 pungunt: Ἐιδότες ἔν, (sc. τῆστο u. 10.) τὸν φόβον τ. κ. αὐθ.  
 πειθ. *aliis hominibus persuademus timorem Domini, s. reli-*  
*gionem.* Θεῷ δὲ πεφανερῶμεθα) i. e. *sed integritas mentis*  
*nostrae Deo est manifesta*; ita fauorem hominum nobis  
 conciliamus, ut cogitemus, Dec nos esse notos. Absti-  
 nemus a uanis et fictis causis, semper cogitantes, con-  
 filia nostra patere Deo, qui omnia perfectissime nouit.  
 ἔλπω — πεφανερῶσθαι) i. e. Non dubito, quin me quod  
 attinet, etiam uestra conscientia huius ingenuae mentis  
 mihi testis sit.

12. εἴ γὰρ πάλιν ἑαυτὸς συνιένουσι ὑμῶν) Quasi dicat:  
 Nec enim hanc in rem plura dicam; ne me denuo uobis  
 comendare uidear. ἀλλὰ — ὑπὲρ ἡμῶν) Sc. ταῦτα γρά-  
 φομεν ἢ λέγομεν. *Eo haec commemoramus, ut praebeamus*  
*uobis occasionem collaudandi et defendendi apud alios nostram*  
*docendi rationem.* Καυχῆματός ὑπὲρ ἡμῶν, sc. ad-  
 uersus alios, qui mihi et meae doctrinae detrahunt, et soli  
 gloriantur. ἵνα ἔχητε — εἰ καρδίᾳ) Ἴνα ἔχητε, sc. καύ-  
 χημα, *ut habeatis, qui gloriari, et causam meam tueri*  
*possitis.*

possitis aduersus eos, qui sibi placent in rebus externis, non autem in mentis castitate puritateque. Πρόσωπον, פְּרָאָה ו Sam. XVI, 7. externa hominis forma, ad quam homines solent respicere; deinde etiam omne id, quod inter homines uulgo magni fieri solet, ut honores, diuitiae etc.

13. εἴτε γὰρ — ὑμῶν) Repetendum est utrumque uerbum, θεῶ ἐξέστημεν, et ὑμῶν σωφρονῆμεν. Siue extra modum egredimur sc. nosipfos laudando, id facimus Dei causa; seu moderationem praestamus, id fit a nobis uestri causa. Ἐξίστασθαι, insanire. Recte Scholion ap. Matth. ad uerba εἴτε γὰρ ἐξέστημεν) οἶον ὑπέρογκα καὶ μεγάλα ἐφθραγῆσθαι, ὃ δεκεῖ μαινομένων εἶναι. Θεῶ) ὥστε μὴ τινα δηλαδὴ ὑφῆσιν τῷ κηρύγματι προσγενέσθαι, διὰ τὴν δοκῆσαν ἡμῶν εὐτέλειαν. Ἐἴτε σωφρονῆμεν) ὅτιον μέτρια καὶ ταπεινὰ φρονῆμεν. Ἰμῶν) ὥστε ὑμᾶς ταπεινοφρονεῖν διδάσκεισθαι.

14. ἡ γὰρ ἀγάπη — κριναντας τῆσο) Namque amor Christi urget nos ita statuentes, s. ut hoc capiamus consilium, illud nimirum u. 9, recte agendo nos probandi Domino. Hoc cohaeret cum praecedentibus, et cum. u. 9. (Vid. NOESSELT, Fascic. 2. p. 192. s.) Nempe arx erat et caput uniuersae disputationis haec (u. 9.) sententia: *damus operam ut probemur Domino*, idque dupliciter, tanquam *mortui*, quum uerseremur apud Dominum (ἐνδημῶντες,) et tanquam *uiui*, s. nondum soluti corporis huius uinculis, (ἐκδημῶντες.) Illud latius persequebatur Paulus u. 10. seqq. ubi de ratione olim reddenda loquebatur, et conditione futura, eaque pendente ab his quae hac in uita egerimus, hoc, quod nunc, dum uiuimus in his terris agendum restat,

u. 14 — 17. Ἡ ἀγάπη τῷ χριστῷ h. l. non est Pauli amor in Christum, sed is quo nos complexus est Christus, quem statim post haec uerba mortuum pro nobis et restitutum in uitam dicit Apostolus. Cf. Gal. II, 20. Verba κριναντας τῷτο coniungenda sunt cum iis quae antecesserunt, συνέχει ἡμᾶς, et τῷτο est idem illud, quod Paulus u. 9a declarauerat sibi constitutum esse, nempe recte agendo se probare Domino. Nam κρίνειν non semper est *iudicare*; certe, si uelis ita reddere, est eo sensu quo *iudicare* Latinis dicitur, ut *considere*, pro eo quod quis *decernit* aut *constituit*, ut Act. XXVII, 1. I Cor. II, 2. Addit igitur: ὅτι ἐι εἰς — ἀπέθανον) *Quum enim unus pro omnibus mortuus sit, profecto omnes oportet mori sibi suoque arbitrio.* Verba: ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον cum Noesselto intelligo de eo quod nostri officii sit, et illud ἀπέθανον in hunc sensum, ut nos oporteat uale dicere et repugnare nobis ipsis, libidinique et uoluntati nostrae. Nam Paulus ipse (u. 15.) interpretatur illud ἀποθνήσκειν per μηκέτι ἑαυτοῖς ζῆν, non sequi suum arbitrium sed Christi.

15. καὶ ὑπὲρ — ἐγενθύντι) *Nam est ille pro omnibus mortuus, ut quisque dum uiuit, non sibi uiuat, sed ei, qui pro singulis mortuus est rediitque in uitam.* Ὅτι ζῶντες, SCHULZIUS uertit: *die durch ihn glücklich geworden.* Sibi uiuere, i. e. pro lubitu uiuere, cupiditatibus suis indulgere.

16. ὡς — εἶρα) *Ita ut ab hoc tempore neminem ex rebus externis aestimemus.* Ἄρδ τῷ νῦν, ex quo tempore nempe Christi Apostolus esse coepi. ἐδένα, respicit ad aliquem uel aliquot istorum doctorum, quos Galat.

II. nominat ψευδαδελφός, uel, quod praefero, εδένα intelligit quemcunque qui Christum pro se mortuum, i. e. qui se Christi discipulum profiteretur, quod statim u. 17. exprimitur: εἰ τις ἐν χριστῷ. Ἡ σὰρξ h. l. sunt externa, quae Iudaei iactare solebant, ut Gal. VI, 15. et supra u. 12. Possunt igitur uerba, ἀπὸ τῆς οὐν — σάρκα, sic reddi: *Non eum nunc christianum agnoscimus, qui externis rebus, in quibus Iudaei maximam laudem purant esse, conspicuus est.* εἰ δὲ καὶ — γινώσκουμεν) *Etiam si uero Christum ipsum in carne, i. e. quum uitam adhuc mortalem ageret, familiariter cognitum habuissimus, nunc tamen eum non ut talem consideramus et colimus; sed ut regem coelestem et iudicem humani generis.* Ἐγνώκαμεν hic est Indicatiuus pro Subiunctiuo, more hebraeo. In uerbo γινώσκειν est ἀντανάγκαις, nam et notitiam significat et aestimationem. Dictum hoc est aduersus illos, qui quum ex Iudaea Corinthum uenissent, se praeferebant ceteris, eo quod Christum ipsum docentem audiissent, uidissent, forte et cognatione aliqua contingerent, ut illi, qui ob id dicti fuere δεσποῦνοι. Cf. I Cor. I, 12. His Paulus respondet, cognationem solam nihil prodesse, Io. VII, 5. Matth. XII, 50. XXII, 16. et Christum non humilem esse, qualis fuit Iudaeus, Iudaeos docens, circumcissus, iacens in praeseptio, pauper, contemptus, cruci denique affixus; sed exaltatum super omnes, omnium hominum, nationumque communem Seruatorem, iustissimumque iudicem. **NOESSELTUS**, qui et alias interpretationes recenset atque diiudicat, ita uertit: *Etiam si alias fuerimus Christiani sectantes Iudaica: nunc tamen non porro tales oportet esse.* Sic ἐγνωμένοις χριστῷ κατὰ σαρκα esset: spectare Christum tanquam statorem

rem aut restauratorem felicitatis externae, quod fecerunt non tantum Iudaei, sed etiam Christiani Ἰουδαϊζοῦντες. Ἐνω-  
 ναι, ἢ ἐγνωμέναι τοῦ χριστοῦ saepe significat, *Christianum esse, religionem Christianam profiteri*, ut supra c. IV, 6. Eph. I, 17. Igitur ἐγνωότες χριστοῦ κατὰ σάρκα sunt ii, qui Christiani facti sunt, disciplinamque Christi susceperunt, sed ita ut, quae ante τῆς σαρκὸς uocabulo comprehendebantur, h. e. Iudaicam uanitatem magni facerent.

17. ὡς — κτίσις) *Quapropter si quis Christi nomen profitetur, est (i. e. esse debet) uelut homo nouus. In Christo esse denotat Christianum esse; Christum Doctorem et Dominum agnoscere. Καινὴ κτίσις est νεὸς ἄνθρωπος, conditus per Christi doctrinam ad praestanda omnia officia in Deum atque homines, multo perfectius, quam per obseruationem legis Mosáicae fieri potest. Non aestimandus est Christianus ex rebus externis, sed ex profectu in uera uirtute. τὰ ἀρχαῖα — πάντα) *Vetera illa nunc pro nihilo habenda sunt; ecce, omnia sunt noua. Idem aliis uerbis repetitur. Nobis, qui Christiani sumus, porro non sunt spectandae res externae, sed potius interna animi bona. Τὰ ἀρχαῖα, uetera illa non sunt quaerenda in pristina eaque praua consuetudine uiuendi, et uitiiis quibus antea fuissent addiēti, quam ad Christi societatem accessissent, sed in uetere eaque peruersa consuetudine sectandi haec externa et magni faciendi uanitatem Iudaicam. Nam ex contextu liquet, haec uetera id ipsum continere quod antea complectebatur formula κατὰ σάρκα. Cf. Phil. III, 3. sqq.**

18. τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ) *Huius uero tantae con-  
uerſionis rerum auct̄or eſt Deus.* Τὰ πάντα ſunt omnia,  
de quibus h. 1. ſermo eſt, omnia quae Deus per Chriſtum  
ad ſalutem hominum inſtituit. Omnis illa mutatio e ſtatu  
priſtino in nouum referenda ad auct̄orem Deum. τὸ  
καταλλάξαντος — χρις̄) *Qui nos ſibi reconciliauit per Chri-  
ſtum.* Deus ipſe inſtituit et procurauit illud, quo opus fuit,  
ut ſciamus certo, Deum omnibus hominibus, ſiue Iudaei  
ſint, ſiue gentiles, eſſe propitium, atque iis bene uelle. Hic  
ſummus Dei fauor in omnes homines luculentiffime de-  
monſtratur per Chriſtum, modo iam conſentiant in hunc  
ordinem ſalutis. καὶ δόντος — καταλλαγῆς) *Et deman-  
dauit nobis munus annuncianti hanc reconciliationem* omni-  
bus hominibus. Ἡμῶν, mihi et ceteris Apoſtoliſ. Hanc  
rem exoptatiſſimam, Deum nempe propter Chriſtum omni-  
bus hominibus bene cupere, omneſque in gratiam reci-  
pere uelle, ſi conſentiant in hunc ordinem ſalutis, nos  
Deus iuſſit per totum terrarum orbem doctrina noſtra  
diſſeminare.

19. ὡς ὅτι — ἑαυτῶ) *Nempe Deus ipſe per Chriſtum  
reconciliauit ſibi uniuerſum genus humanum.* Τὸ ὡς eſt  
ἐξηγητικόν, declarat enim, quae ſit illa καταλλαγή, de qua  
loquitur. Ἦν καταλλάσσων, περιφραſικῶς, i. e. κατήλ-  
λαξε τὸν κόσμον ἐν χρις̄. Ipſe Deus fauorem ſuum offerre  
iuſſit primus hominibus, antequam eum rogarent. Κόσμος,  
ut ſaeppiſſime, omneſ qui in mundo ſunt homineſ, uniuer-  
ſum humanum genus. μὴ — αὐτῶν) *Non punit eorum  
peccata.* Pf. XXXII, 1. 2. Ἄ αυτοῖς, pro αὐτῶ, quia ad  
κόσμον refertur. καὶ θέμενος — καταλλαγῆς) *Et deman-  
dauit*

davit nobis hanc doctrinam de reconciliatione annunciandam atque propagandam. Ponere uerba in aliquo, aut in ore alicuius, est mandata alicui dare; praecipere ei, quae dicere debeat, ut Exod. IV, 15. Λόγος περὶ τῆς καταλλαγῆς, doctrina de reconciliatione. Deus iussit per nos publicam fidem factae reconciliationis fieri; constituit nos praecones et suafores publicos. Hinc intelligitur, quoniam sit haec hominum reconciliatio, καταλλαγή, quam Deus Pater effecit; qui modus cogitandi gratiam Dei salutarem differt a modo cogitandi hanc gratiam illo, quum Christus nominatur ὁ ἐξιλασόμενος τὰς ἁμαρτίας. Vid. MORI Epit. Th. christianae p. 151. f.

20. ὑπὲρ χριστοῦ ἔν τρεσβεύομεν) Nos igitur legatione fungimur pro Christo, i. e. loco Christi, uel propter Christum. Vocula ὑπὲρ enim in hac locutione Genitio praeponitur, qui eum indicat, a quo missus est legatus, s. cuius causa a legato agitur. Demosth. de fals. legat. διότι ὑπὲρ ὑμῶν δικαίως καὶ καλῶς ἔτρεσβευσαν, quod pro uobis legationem recte et bene obierint. ὡς τῷ Θεῷ παρακαλέντος δι' ἡμῶν) Deo ipso quasi per nos hortante. ὡς, ut alibi, est asseuerantis. Legati quod dicunt, id rex dicere uidetur. Deus Christum legatum fecerat, Christus Apostolos. καταλλάγητε τῷ Θεῷ) In gratiam redite cum Deo, ut Matth. V, 24. διαλλάγηθι τῷ ἁδελφῷ, in gratiam redi cum altero. Admonet igitur Apostolus, ut homines recte et digne aestiment illam Dei beneuolentiam, quae per Christum tam luculenter hominibus demonstrata est, et mentem aliam, meliorem induant, quae digna sit tanto beneficio.



21. τὸν γὰρ — εἰποίησεν) *Christum enim insontem pro nobis sacrificium pro peccato constituit, uel: Siuit Christum nostro loco tractari et occidi tanquam scelerosum. Nosse peccatum est conscium sibi esse peccati. Ἄμαρτία, uictima pro peccato, ut hebr. אֶשֶׁן Leuit. VII, 2. אָהֳרָה et אָהֳרָה, quod saepe elliptice ponitur pro אָהֳרָה כַּבֵּד, ut Pl. XL, 7. Exod. XXIX, 14. pro quo LXX. usurpant περὶ ἁμαρτίας, sc. θυσία. Leuit. V, 8. 9. 11. aliisque locis. Aliis abstractum est pro concreto, et subaudiendum est ὡς, pro: ὡς ἁμαρτάνοντα εἰποίησεν, tractauit eum ut peccatorem, se gessit erga eum, uti erga peccatorem. Sensus est idem. ἵνα ἡμεῖς — ἐν αὐτῷ) *Vt nos fieremus Deo accepti per eum. Δικαιοσύνη θεῶ, i. e. δίκαιοι θεῶ, υἱοὶ θεῶ, qui habentur a Deo pro iustis, uel habent remissionem peccatorum propter Christum; sed et qui mente mutantur, et fiunt longe meliores homines; nam utrumque in homine simul habet locum. SCHULZIUS uertit: Dafs wir dafür Dankopfer an Gott würden. Δικαιοσύνη pro θυσίαι δικαιοσύνης, קָרָב יְהוָה Pl. LI, 21. LXX. comm. 19.**

## CAP. VI.

1. Συνεργῶντες δὲ καὶ παρακαλῶμεν) *Quapropter nos (Apostoli) operam nostram coniungentes, hortamur. Post συνεργῶντες quidam subaudiunt τῷ θεῷ, quod durum. Considerantur potius Apostoli tanquam συνεργῶντες, operam coniungentes ad unum finem, qui est conuersio hominum. μὴ εἰς — ὑμᾶς) *Ne tantum beneficium frustra accepisse uideamini, i. e. ne ita uos geratis, ut appareat frustra in uos collatum hoc Dei beneficium. Χάρις, beneficium, h. l. nominatim illud**

illud beneficium, de quo praecedente c. V, 18 — 21. fermo fuerat, doctrina de salutari gratia Dei, de reconciliatione a Deo per Christum sponte oblata hominibus. Ἐἰς κενὸν δέξασθαι τὴν, sine fructu quippiam accipere. Ex sententia Ven. Schulzii Apostolus a comm. I — 10. sermonem dirigit ad solos doctores Corinthios. Tum uero συνεργούντας scribere debuisset, non συνεργούντες, ut ipse Schulzcius monet. Equidem non uideo, cur discedendum sit ab eorum sententia, qui Paulum de se et aliis Apostolis loqui existimant.

2. λίγαι — ἐβοήθησά σοι) Continet comma hoc parenthesin et comparisonem. Dicit enim Deus (Ies. XLIX, 8.) opportuno tempore exaudio te, tempore commodissimo auxilium tibi fero. Λίγαι γὰρ, sc. ὁ θεός. Sive dicatur hic locus a Paulo applicari ad hanc causam, sive proprie agere de tempore illo, quo Messias uenturus sit, perinde est. Καίριος δεκτός, in Hebr. יְמֵי לַחַיִּים est tempus illud, quod Deus elegit ad salutem procurandam. Ἡμέρα σωτηρίας, tempus saluti opportunum. Quod Deus apud Iesaiam dixit, inquit Apostolus, id nunc maxime fit. Offeritur uobis nunc exoptatissima occasio salutis obtinendae. ἰδὲ νῦν — σωτηρίας) Hoc tempore, quo nos Apostoli uiuimus, tanta rerum diuinarum notitia instructi, Deus eximiis modis uobis offert salutem. Cf. c. V, 19. 20.

3. μηδεμίαν — προσκοπήν) Nos, inquam, hortamur uos, qui nemini ullam praebemus offensionem. Est enim hoc connectendum cum uerbo παρακαλέμεν u. 1. ita ut u. 2. ueluti sit interiectus, uel post διδόντες supplendum est

ἑμῖν

ἔσμεν. Προσκοπή, quod alibi πρόσκομμα, ut Rom. XIV, 13. est omne id, per quod aliquis auerti possit ab Evangelio. ἵνα μὴ κομηθῇ ἡ διακονία) *Ne hoc nostrum munus praedicationis evangelicae iure possit reprehendi et uituperari.* Ἡ διακονία, i. e. αὐτὴ ἡ διακονία ἡμῶν, ἡ τῆς καταλλαγῆς, aut τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ. Paulus loquitur praecipue de se et Timotheo; sed et hoc exemplum proponit Corinthiacis ministris et Christianis, quorum iusto negligentiore uiuendi et agendi consuetudinem u. 14. seuerius reprehendit.

4. ἀλλ' ἐν — διάκονοι) συνιστῶντες, sc. εἶσιν. *Sed in omnibus approbamus nos tales, quales Dei ministros esse decet.* Ἐν παντὶ, πράγματι, uel παθήματι, in quauis re, sicut modo ἐν μηδενί, in nulla re. ἐν ὑπομονῇ — σενοχωρίας) *Magna tolerantia, quam demonstramus in calamitatibus, in necessitatibus, in angustiis.* Vox ὑπομονὴ construenda est cum sequentibus, usque ad uocem νησιείαις. Explicat enim Apostolus, quibus in rebus ista tolerantia uersetur. Θλίψεις, ἀναγκαί, σενοχωρίαι, sunt Synonyma, quibus uaria genera calamitatum exprimuntur.

5. ἐν ἀκαταστάσει) *In seditionibus,* ut Syrus interpretatur. Quidam ueterum et recentiorum intelligunt id ipsum, quod ἀσατεῖν dixit, I Cor. IV, 11. quia non licuit Apostolis diu manere et quiescere quasi uno in loco, sed semper periculorum uitandorum causa locum et solum mutare debuerunt. Sic ἀκατάστατος sumitur Ies. LIV, 11.

6. ἐν ἀγνότητι) *Mentem puram et innocentiam seruamus.* Ante commemorauit, quibus in malis uertaretur quotidie, nunc explicat suam agendi rationem, uirtutes in-

ternas. Ἄγνοτης, *innocentia*, sicut ἀγνός, *purus*, nullo scelere pollutus. ἐν γνώσει) Varie explicatur: *prudentia*, *Bedachtsamkeit*, ut, quicquid faciam, suo loco et tempore faciam; vel secundum alios christianae doctrinae firma cognitio, quae non solum dubitationi sed et trepidationi opponitur. Quum autem h. l. uirtutes practicae commemorentur prior explicatio erit praefenda. ἐν μακροθυμίᾳ, ἐν χρηστότητι) Non solum abstineo ab ira et animi feruore, sed et benignum et facilem me praebeo aliis. Μακροθυμία et χρηστότης etiam alibi iunguntur, ut I Cor. XIII, 4. Rom. II, 4. ἐν πνεύματι ἀγίῳ) *Obsecuti Spiritui sancto*, Luc. IX, 55. Gal. V, 22. Alii explicant: *sancta sentiendi ratione*. Alii intelligunt dotes a Spiritu s. acceptas, quibus recte et suo loco usus fuerit Apostolus. ἐν ἀγάπῃ ἀνυποκρίτῳ) *Charitate ingenua utimur erga alios*. Ἄνυποκρίτος, *sine priuato consilio*, ut Rom. XII, 9.

7. ἐν λόγῳ ἀληθείας) *Veracitate*. Λόγος nempe ut hebr. דבר interdum pleonastice ponitur, ut Matth. V, 32. Alii: *praedicando doctrinam ueritatis*, i. e. Euangelium. Λόγος ἀληθείας, *doctrina uera*, κατ' ἐξοχὴν ueritas coelestis, Euangelium. *Vt uerum semper doceam*, non admixtis erroribus. ἐν δυνάμει θεῷ) *Auxilio diuino munitus*, ita ut appareat, me semper a Deo adiuuari. Alii ad miracula referunt; alii ad uirtutem diuinam in animo. διὰ τῶν ὀπλων — ἀριστρῶν) *Armati ueritate a dextris et sinistris*, i. e. *undique*, ut ab omnibus partibus muniti simus, et sustinere ualeamus impressionem hostilem. Tropus desumptus a militibus, qui sinistra gerebant clypeum, dextra regebant gladium aut hastam. Ὅπλα δεξιῶν, sc. μέρων,

μίρων, apud Veteres ἔπλα ἀμυντήρια, *arma offensiva*, sicut ἔπλα φυλακτήρια, *arma defensiva*. Δικαιοσύνη, ΠΩΝ, *ueritas*. Et refutamus aduersariorum errores, et ueritatem defendimus contra eorundem cauillationes. Semlerus: Patimur ista mala fortiter, (u. 4. 5.) non utimur fraudibus et artificiis, ut nos subducamus; *agimus* autem, quod nos agere oportet, ut expugnemus quasi homines, dignissime et sanctissime. Sed est potius prouerbialis locutio, qua ἔχειν ἔπλα δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ est, *ad utrumque paratum esse*.

8. διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας) *Sive honor nobis habetur, sive contemnimur*. Connectenda haec sunt cum antecedentibus. διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας) *Sive male sive bene homines de nobis loquuntur*. ὡς πλάνοι, καὶ ἀληθεῖς) *Desunt uerba duo. Tanquam impostores habemur, et probi sumus*. Non deterrent nos calumniae, per quas ut impostores traducimur, quo minus pergamus probi esse, et eloqui doctrinam illam, quae uera est, et ob quam traducimur.

9. ὡς ἀγνοούμενοι, καὶ ἐπιγινωσκόμενοι) *i. e. tanquam homines, quorum fides et integritas suspecta est, quorum tamen uirtus aliis bene nota*. Ἀγνοούμενοι, *Verkannte*. ὡς ἀποθνήσκοντες, καὶ ἰδὲ ζῶμεν) *Credimur quotidie morituri, et uiuimus adhuc Dei ope; uiuimus donec Deus ipse morte gloriosa nos honestare uoluerit*. ὡς παιδευόμενοι, καὶ μὴ θανατούμενοι) *Id ipsum, quod iam dixerat, explicat, adducto Psalmi loco CXVIII, 18. Considerant nos alii tanquam homines propter scelera et uaria crimina castigatos; nec tamen morte afficimur*.

10. ὡς λυπόμενοι, ἀεὶ δὲ χαίροντες) Videmur semper in moerore esse, ob tot res aduersas; interim gaudemus ob testimonium bonae conscientiae, et Dei solatia. Magni animi est indicium, semper gaudere, etiam in perpetuo malorum sensu. πολλὰς δὲ πλετίζοντας) Augemus alios diuitiis aeternum duraturis, Matth. VI, 20. Videtur tamen Paulus simul respicere ad eleemosynas, quas Hierosolyma miserat. ὡς μηδὲν — κατέχοντας) Nihil uidemur possidere, et tamen omnia obtinemus, quae sc. nobis sunt necessaria. Terent. Eunuch. II. 2. Omnia habeo, neque quicquam habeo: nil quum est, nil deficit tamen. Seneca de tranquill. 8. Non te pudet, quisquis diuitiis adstupes? Respice, agedum, mundum. Nudos uidebis Deos, omnia dantes, et nihil habentes.

11. τὸ εἶμα — ὕμῃς) *Aperte et libere uobiscum loquor.* Ἀνέφυε hic est pro Hithpaël, Πηθη, ut et Passiuum sequens. *Aperire os*, frequens Hebraeis locutio. Significat autem hic non quouis modo loqui, sed liberaliter et aperte loqui. Excusat quasi suam libertatem scribendi. ἡ καρδία ἡμῶν πεκλάτουνται) *Cor meum dilatatur; i. e. omnem quasi animum effundo. Ich schütte euch mein ganzes Herz aus.* Quum autem *laetitia* saepe cum animi dilatatione comparetur, sicut *moeror* cum cordis angustiis, simul uerbo πεκλάτουνται inest notio laetitia. Sine ullo timore, tanquam familiaribus laetus loquor.

12. ἢ εὐνοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν) *Non exiguum locum possidetis in animo meo.* De propria significatione uerbi εὐνοχωρεῖσθαι uid. supra ad c. IV, 8. Coarctatur uero etiam, qui in angusta domo habitat. Est igitur sensus huius loci:

Vos

Vos in animo meo quasi domicilio quodam estis, eoque minime angusto; *totum enim uobis cor meum patefecit*, atque adeo, uestri accipiendi causa, ueluti dilataui. *σενοχωρεῖσθε — ὑμῶν*) Sed uos mihi non pariter locum facitis in animis uestris; iusto pauciora documenta mihi datis amoris uestri. Hic *σενοχωρεῖσθαί* significat *angustum esse*. Vos intus mihi estis angusti, cui locus non fit apud uos; quorum tamen uiscera oportuerat mihi quoque patere, ac uicissim me capere, ut par pari referretis. Τὰ σπλάγχνα, uiscera uocat, Hebraeorum more, teneriores illos affectus intimo cordi insidentes. Videtur Paulus hac ratione sibi uiam facere ad reprehensionem istius licentiae in uita publica, qua uel in idoleis adhuc adesse solebant; quae res sine dubio multum inuidiae conflauit Paulo apud Iudaeizantes, qui tum alieni erant a gentibus.

13. τὴν δὲ — καὶ ὑμεῖς) i. e. *Vt mihi par pari referatis, (tanquam filios uos compello,) date et mihi quasi ampliozem locum in animis uestris.* Distinguenda haec in hunc modum: Τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν, (ὡς τέκνοις λέγω) πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς: *Vicissim et uos (nam ut filiis loquor) dilatate uos.* Τὴν ἀντιμισθίαν est pro κατ' ἀντιμισθίαν, ad uicem rependendam. Τὴν αὐτὴν, eandem, i. e. pacem affectui meo. ὡς τέκνοις λέγω: filiorum autem est patris admonitionem pio et lubenti animo admittere.

14. μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις) *Ne societis uos consortio uobis indigno, cum infidelibus.* Proprie: Ne dissocietis uos ad infideles. Ἐτεροζυγεῖν notat: ordinem suum et socios pristinos relinquere, aliisque se associare,

quemadmodum opposita significatione *συνυγῆναι* dicuntur milites, qui in acie in una linea s. serie inter se coniuncti sunt. Deinde etiam Leuit. XIX, 19. Deut. XXII, 9. **כלאי** a LXX. Interp. uertitur *ἑτερόζυγον*, de iugo impari bonum et asinorum, quod uetitum fuit. *Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες*, i. e. *μὴ ἑτεροζυγοῦντε*. Nolite familiariter uti hominibus a religione christiana alienis; uel simpliciter: *Nolite uergere, uel propendere in alteram partem*. Cf. locum Photii ap. Wettstenium ad h. 1. Videntur fuisse inter Christianos Corinthios, qui profanos ritus gentilium cum noua, quam nunc profitebantur religione, coniungere uolebant, et fortassis etiam idolea frequentabant. *τίς γὰρ — ἀνομίᾳ*) *Quaenam enim coniunctio uirtuti est cum scelere*, i. e. quomodo potest fieri, ut homines qui uirtuti uerae student, consortium improborum ament? *Διναίσομένης*, uirtus, ut saepe, et per meton. *homines uirtutis amantes*. Sic etiam *ἀνομία*, improbitas, *homines improbi*. *τίς δὲ — σὺντος*;) *Quid commune esse potest hominibus Euangelii luce illustratis, cum illis qui hac luce carent?* *τὸ φῶς*, lux quae per doctrinam Euangelii in animis hominum accenditur; et h. 1. qui hac luce sunt illustrati. Possimus etiam uertere haec uerba: *Quomodo religio christiana cum profanis gentium religionibus conciliari potest?*

15. *τίς δὲ — Βελίαλ*;) *Quae concordia Christo cum diabolo?* *Βελίαλ*, hebr. *בליעל*, i. e. *בלי יעל*, qui non promouebit, uel *בלי מעיל*, *nequam*, siue qui nulli sit commodus. Hoc loco significatur Diabolus, auctor idololatriae et omnium scelerum, Christo maxime contrarius. In V. T. haec nox plerumque *hominem improbum* significat. *ἢ τίς —*



ἀπίστῳ;) *Aut quid commune habet Christianus cum non-Chri-  
stiano? Πιστός, qui Euangelio credit, eique conuenien-  
ter uiuit. Ἄπιστος, qui Euangelio haud credit, nec obse-  
quitur eius dictis. τίς δὲ — ἰδῶλον;) Quomodo in templo  
Dei locus esse potest idolis? Vox συγκατάθεσις proprie  
ita est circumscribenda: In templo Dei quomodo poni  
possunt idola. : Iudaei imagines Deorum in suo templo  
esse, minime patiebantur, nec licitum erat profanare tem-  
plum idolis. ἕμεῖς — ζῶντος) Nam templum est, ubi  
Deus quasi habitat, et prouidentiae suae singularis edit do-  
cumenta. Ἰμεῖς, υῶς, exprimere uidetur totum coetum  
Christianorum Corinthi, ut I Cor. III, 16, ubi uide a no-  
bis annotata. Dicit nempe Apostolus: Vobis non am-  
plius licet honorem praestare diis gentium; uester enim  
coetus est quasi templum Dei. Alii intelligunt ita, quasi  
Paulus dicat, animum cuiusque Christiani esse templum Dei.  
Deus uiuus, i. e. aeternus, opponitur Diis gentium, pror-  
sus inanibus et uanis. καθὼς εἶπεν ὁ Θεός) Extant uerba  
sequentia Leuit. XXVI, II. 12. et Ezech. XXXVII, 27.  
sed cum libertate aliqua citantur a Paulo, ita ut in medio  
posita omittat, et personam mutet, saluo sensu. ὅτι ἐνοικί-  
σω — ἐμπεριπατήσω) Pro ἐνοικίσω LXX. habent Leuit.  
XXVI, II. καὶ θήσω τὴν σκηνὴν μου ἐν ὑμῖν, ponam  
tabernaculum meum inter uos. Deus praesens erat Israelitis  
peculiari modo, dum in tabernaculo maiestatem et praesen-  
tiam suam manifestauit. Sic Deus multo augustius habitat  
inter Christianos, et in eorum coetu, per uerbum et Spi-  
ritum sanctum. *Ambulat quasi inter ipsos*, quia a Christianis  
agnoscitur et colitur, ita ut mentibus ipsorum perpetuo sit  
Praesens. καὶ εἶσομαι — λαθεῖ) Sunt haec quoque uerba*

ex Leuit. XXVI, 12. ubi Graeci: καὶ ἔσομαι ὑμῶν θεός, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι λαός, quae uerba Christianis multo magis, quam ueteribus Israelitis competunt; nam in Christianos multo maiora beneficia confert Deus, eosque multo magis amat, quam ueteres illos Israelitas.

17. διὸ — κύριος) *Quapropter secedite ex eorum societate, et separate uos; sic iubet Dominus.* Quod de Babyloniis deferendis dixerat Ier. LII, 11. id pari iure aptat ad idololatrias alios. Ἀφορίσθητε, *separate uos, sc. ratione animi, consilii et propositi, non externo quodam odio ducti, ut Iudaei solent ἀφορίσθῆναι a gentibus.* Ἐκ μέσου αὐτῶν, *sc. τῶν ἁγίων. καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἄπτεσθε*) i. e. *Cauete ne animum uitis gentilium polluatis.* Est et haec phrasis desumpta ex uetere religione Moisaica, quae immundos homines, immunda animalia, immundos cibos etc. sollicitè cauere iubebat. Sic saepissime uetus phrasium consuetudo ad rem aliam et longe perfectiorem applicatur. Sentiunt tamen et Hebraei, per animalia immunda et res immundas significari idololatrias. καὶ ἐγὼ ἑστέξομαι ὑμᾶς) *Et ego recipiam uos, nempe in societatem meam propiorem.* Separatio haec non pertinet ad externum discrimen a gentibus et infidelibus, sed distinctionem internam indolis. Haec perfectior mentis indoles facit nos **coniunctiores** cum Deo.

18. καὶ ἔσομαι — παντοκράτωρ) *Ego uos patris instar amabo, atque uos habebō filiorum et filiarum loco, dicit Dominus omnipotens.* Verba haec non ex uno loco desumpta sunt, sed respicit Paulus ad plures sententias, 2 Sam.

VII, 14. Ierem. XXX, 22. XXXI, 1. 9. Ezech. XXXVI, 28. Παντοκράτωρ, *omnipotens*, opponitur idolis.

CAP. VII.

1. **T**αύτας — ἀγαπητοί) Deum nempe nobis fore patrem; nam per Christum illae promissiones, c. VI, 16. 18. maxime implentur. Ceterum hic quoque est inepta capituli sectio, quum hunc uersum proflus oportuerit superioribus adiungere. καθαρῶμεν — πνεύματος) *Seruemus nos pu-ros ab omni re, quae corpus uel animum inquinare possit.* Cf. supra c. VI, 17. Israelitis, qui erant populus Dei, abstinendum erat ab immundis animalibus, hominibus etc. sic multo magis Christiani abstinere debent ab iis uitiis, quibus non tantum corpus sed etiam animus polluitur. Μολισμὸς σαρκὸς pertinet ad solemnem in delubris lasciuiam, cui Corinthii, huic generi scelerum, quod Corinthi praesertim regnasse constat, assueti, facile se dedere poterant, μολισμὸς πνεύματος uniuerse ad animi uitia. ἐπιτελούντες — θεῷ) *Ita ut reuerentia Dei tacti subinde fiamus sanctiores.* Ἐπιτελεῖν opponitur proposito, aut rudimento mediocri.

2. χωρήσατε ἡμᾶς) *Locum date mihi; admittite me; nolite me fastidire.* Capere hic non accipitur pro intelligere, sed sicut uas aut locus aliquid capit. εἰδέναι ἡδικήσαμεν) *Neminem (uestrum) iniuria affeci.* Incipit per μείωσιν, quum posset in memoriam reuocare beneficia uaria. Corinthii illis praebere aures solebant, qui eos iniuria afficiebant, i. e. praeter ius et fas opes et facultates iis adimebant, c. XI, 20. Quanto aequius erat locum dare precibus eius, qui nulla eos iniuria affecerat? εἰδέναι

ἐφθάρμεν) *Neminem corrumi*, i. e. neminem ad inopiam redegit. Sic statim addit: ἕδ' ἄνα ἐπλεονεκτήσαμεν, nemini quicquam per avaritiam eripui, sc. ut alii faciunt, uobis non inuitis. *Storrius* tamen (p. 93.) uerbum φθάρειν cum Chrysofomo et Raphelio in hanc sententiam interpretatur, ut Apostolus se neget quemquam *prauis opinionibus imbuisse*, quod more suo in Apostolo exprobrarunt, qui potius ipsi hoc crimen sibi fecerant. Nam et uniuerse Pauli doctrinam falsitatis insinularunt, et in illa proprie incesti causa ecclesiam a Paulo *inductam fuisse* perhibuerunt ad iniuriam homini imponendam per excommunicationem.

3. εἰ πρὸς κατάκρισιν λέγω) *Non exprobrandi animo haec dico*, ut nempe uobis exprobrem illum tam prolixum fauorem in alios, quum ego talem liberalitatem uestram expertus non sim. Corrigere eos uult, non *traducere*, quod hic est κατακρίνειν. Antecedens pro consequente. προείρηκα — συζηῖν) *Nam paulo ante sum professus, maximo me amore uos complecti, ita ut, quod dici solet, uobiscum uiuere et mori uelim.* Constantissimae amicitiae significatio! *Horatius* Od. III. 9. 24. *Tecum uiuere amem, tecum obeam libens.*

4. πολλή μοι παρήγορία πρὸς ὑμᾶς) *Magna itaque loquendi libertate erga uos utor*, uel: magnum mihi ius libere apud uos loquendi. Metonymia. Viam sibi aperit, ad consequendum propositum. πολλή μοι καύχησις ὑπὲρ ὑμῶν) i. e. *Multum gloriari soleo* (apud alios) *de uestro in me animo.* De uobis soleo magnifice aliis loqui. πεπλήρωμαι — ἡμῶν) *Plenus sum laetitia et hilaritate, quantacunque sit mea afflictio.* Τῇ παρακλήσει, sc. de uobis, postquam intellexi

intellexi e Tito, quo in me fitis animo, u. 6. Ἵπερπε-  
ρισσέυομαι, uerbum rarum! Non solum tranquilla mihi  
mens rediit, sed et eximii gaudii sensum percipio. Ἐπὶ  
hic significat *post*, uel durante adhuc illa calamitate, quae  
interea animum oppressit. Dicit hic generalius, quod iam  
explicabit specialius, primum dicens, quae fuerint aduersa;  
deinde, quod illud gaudium et solatium.

5. καὶ γὰρ — Μακεδονίαν) Actor. XX, 3. sqq. supra  
I, 16. ἔδεμίαν — ἡμῶν) *Vix respirare mihi a malis  
licuit.* Σάξ pertinet ad corporis infirmam ualetudinem,  
uel ἡ σὰρξ ἡμῶν pro ἡμεῖς. Fugiendum fuit e loco in locum  
ob insidias Iudaeorum. ἀλλ' ἐν παντὶ θλιβόμενοι) Sc. ἐσμέν.  
Ἐν παντὶ ἴ. τόπω, ἴ. χρόνῳ. Afflictio undique me preffit.  
ἐξωθεν μάχαι, ἔσωθεν φόβοι) i. e. Quod ad externum statum  
attinet, continuae quasi pugnae superandae fuerunt; animam  
nero uariis metus huc illuc impellebat. Alii τὸ ἐξωθεν  
ad uaria pericula a gentibus et Iudaeis, τὸ ἔσωθεν uero  
ad metum a falsis fratribus referunt. Thucyd. VIII. 71.  
διὰ τὸν ἔνδοθεν τε καὶ ἐξωθεν κατὰ τὸ εἶκος γενησόμενον  
θόρυβον. Schol. τὴν πόλιν ἔνδοθεν τε τεθορυβημένην διὰ ζήσιν,  
καὶ ἐξωθεν διὰ τὸς πολέμους. Sed rectius referri uidetur  
τὸ ἔσωθεν ad timorem et metum Pauli ob multos Christia-  
nos adhuc infirmos, praesertim Corinthi.

6. ἀλλ' ἡ παρακαλῶν τὸς ταπεινός) *Qui consolatur affli-  
ctos.* Ταπεινός, hebr. אָנְיָוּ uel אָנְיָוּ. ἐν τῇ  
παρουσίᾳ Τίτου) *Per aduentum Titi*, qui interea Corinthi fue-  
rat. Quum nempe Titus diutius abesset, quam Paulus spe-  
rauerat, uariis metus animum angebat, ecquid illa legatio  
Titi profecisset. Pertinet huc u. 5. ἔσωθεν φόβοι.

Sed

Sed post aduentum Titi, nunciantis pacatas esse res Corinthiorum, recreatus est eius animus. Hoc beneficium Paulus, ut solet, refert ad Deum, quo dirigente et adiuuante res ita ceciderat.

7. ἢ μόνον — ἰφ' ὑμῶν) *Non autem solum aduentu eius, sed et quod collaudaret mihi eximium uestrum fauorem, quem ipse expertus esset.* Ἐν τῇ παρακλήσει per metalepsin pro ipsa narratione τῆς παρακλήσεως. Titus enim et ipse dubius animi ad Corinthios Epheso uenerat; sed magna affectus est laetitia, quum intelligeret, quanti Paulum et Euangelium ab eo praedicatum adhuc facerent. τὴν ὑμῶν ἐπιπόθεισιν) *Vestrum desiderium, sc. mei uidentis.* Alii: desiderium *satisfaciendi*, i. e. emendandi illam uitiositatem, ut *Ambrosius* iam intellexit. τὸν ὑμῶν ἔδυρμον) *Vestrum moerorem, uel lacrymas eorum, qui culpam faterentur.* Alii intelligunt moerorem piorum Corinthi ob ea mala, quae Paulus in Asia et Macedonia pertulerat. τὸν ὑμῶν ζῆλον ὑπὲρ ἐμοῦ) *Ardorem uestrum in perficiendis iis rebus, de quibus scripseram.* Alii intelligunt ardens studium illorum piorum Corinthi in defendenda bona Pauli fama contra calumnias. ὥς με μᾶλλον χαρήσασθαι) Huius narrationis tam laetum argumentum maiori me iam gaudio affecit, quam ille incertus metus et illa externa afflictio me affecerat tristitia.

8. ὅτι εἰ — ἢ μεταμέλομαι) *Quanquam enim per epistolam (meam priorem) uos tristitia affeci, non tamen me poenitet huius rei.* εἰ καὶ μετεμέλομαι) *Etiamsi antea fere poeniteret.* Ante aduentum Titi, inquit, tantum non poenitebat, me talia scripsisse; nunc autem postquam ex Tito

Tito talia cognoni, me non poenitet. βλέπω — ὑμῶς) *Intelligo enim, illam epistolam, ad breue quidem tempus, uere tamen uos affecisse tristitia.* Camerario βλέπω h. l. est ἀναθεωρῶ uel ἐννοῶ, *intueor*, ut sit sensus: Hoc enim intueor, i. e. confidero, quod, quamuis illa epistola momento uos offenderit, nunc ego tamen laetitia afficiar successu uestrae tristitiae. Potest etiam ἐκ καὶ absolute sumi, *si modo*, atque sic minuit τὸ ἐλύπησεν. Si modo tristitia dicenda est, quae nempe tantos fructus peperit.

9. νῦν χαίρω — μετάνοιαν) *Nunc gaudeo, non tam uos contristatos fuisse, quam potius uos commotos esse illa tristitia ad animi emendationem, uel resipiscentiam.* Grata fuit mihi tristitia uestra, non in se, sed quatenus per eam declarastis uestram resipiscentiam. ἐλυπήθητε γὰρ κατὰ θεόν) *Tali enim tristitia estis affecti, cuius Deus auctor et suasor fuit; uel ut alii malunt: qua Deus afficere solet homines.* Alii: *Contristati estis conuenienter diuinæ uoluntati*, sicut κατὰ σάρκα, conuenienter cupiditatibus prauis; κατ' ἄρετὴν πράξεις, actiones quae uirtuti conueniunt. Intelligitur itaque tristitia, quae oritur ex caussis, e quibus Deus uult oriri tristitiam, et quae habet eos effectus, quos habere Deus uult. Deus autem per calamitates tristitia afficit homines eo consilio, ut animos eorum emender, eosque uere felices reddat. κα — ἐξ ἡμῶν) *Ita ut nulla per me poena, nullo damno afficeremini.* ἵνα pro ἄσε. Iam non opus fuit, fatali poena et morbo quodam corporis afficere fontes; quod hand dubie accidisset, si auctoritatem Apostoli temere spreuissent. De eiusmodi fatali et inusitato poenae publicae genere agitur I Io. V, 16.

10. ἡ γὰρ — κατεργάζεται) *Haec enim uoluntati Dei consentanea tristitia salubrem consiliorum mutationem efficit, cuius sane neminem unquam poenituerit.* Quid sit ἡ κατὰ Θεὸν λύπη, diximus modo ad u. 9. Est nostra tristitia talis, qualem Deus postulat, si tristitia afficimur ob id, quod Deum non amauimus, non recte usi sumus scientia religionis, aliis malum exemplum praebuimus etc. unde oritur propositum, meliori uitae, bonis exemplis studendi. Haec tristitia efficit μετάνοιαν ἀμεταμέλητον. Est hic quasi ἀντανάκλασις. Nam μετάνοιαν ἀμετανόητον si dixisset, perfecta fuisset ἀντανάκλασις. Ἀμεταμέλητος uocatur *resipiscencia*, uel consiliorum et mentis mutatio in melius, quia est εἰς σωτηρίαν, ut non solum absit ζημία, externa maior calamitas, sed etiam felicitas hominis adiueretur. ἡ δὲ — κατεργάζεται) *Tristitia uero hominum improborum et uanorum summum damnum affert.* Ἡ τῷ κόσμῳ λύπη, tristitia, qualis uulgo inter homines esse solet, moeror ex damnis externis, ob ignominiam acceptam, ob res amissas, ob ereptos amicos etc. Talis tristitia saepe aut morbos mortiferos parit, aut etiam homines ad ultro quaerendam mortem adigit. Cf. Sirac. XXIV, 21. sqq. Ven. *Tittmannus* (in libro: *christliche Moral* §. 147.) quem sequitur Ven. *Schulzius* τὴν κατὰ Θεὸν λύπην putat esse calamitatem a Deo afflictam, (κατὰ Θεὸν, *Deo auctore*,) et τὴν τῷ κόσμῳ λύπην, iniurias, quas homines hominibus infligere solent, ut sensus sit: *Denn wenn Gott die Menschen betrübt (durch Auflegung gewisser Leiden,) so thut er es in der Absicht, um bei ihnen eine heilsame Besserung zu bewirken, und wenn dann diese Besserung erfolgt ist, so gereuet es niemand, iene Betrübniß empfunden zu haben. Aber wenn Menschen*



*Menschen einander betrüben, so thun sie es in der Absicht, einander zu schaden.* Sic praepositio κατὰ, (in uerbis κατὰ θέν) significaret tristitiae auctorem, et ἡ λύπη τῷ κόσμῳ esset moeror a malis hominibus illatus. Nec male. Tristitiam enim a malis hominibus illatam afferre detrimentum, patebat exemplis Pseudapostolorum coetum Corinthiacum uariis inodis perturbantium, et incesti, per eorum placita infando crimine, quumque in illud animaduerneretur tandem, grauissimo moerore implicati, tum etiam mortibus atque morbis in ecclesiam Corinthiam grassantibus propter perturbationes, in quas ab iisdem falsis Apostolis coniecta fuerat. 1 Cor. XI, 30. Vid. *Storr* p. 93. not. 175.

II. ἰδὲ γὰρ — σκεδὴν;) *Ipsi apud uos cogitate, haec Deo grata et accepta tristitia, quantum studium in uobis excitauerit!* Ipse euentus docuit, hanc tristitiam effecisse μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον. Σκεδὴ, studium et industria in corrigenda illa uitiositate, quum antea leuitas plerorumque animum corrupisset. ἀλλὰ ἀπολογίαν) Ἄλλὰ hic ualet imo et. Ἄπολογία, i. e. excusationem suae negligentiae apud Titum, unde culpa tantum ad paucos rediit, unoquoque diligenter proferente, quod antea ignorabatur. ἀγανάκτησιν) *Indignationem* in reum. Nunc enim patebat res, post quaestionem habitam, et aberat metus multos offendi oportere. Testis itaque Titus esse poterat correctionis non dubiae. φόβου) *Cautam prouidentiam*, ut omnia corrigerentur. Al. iure metuebatis, ne ingenti poena et supplicio res uindicanda sit. ἐπιπόθησιν) *Desiderium*, siue Pauli uidendi, et eius fauore fruendi, siue per seueriorum morum ordinem Paulo placendi. ζῆλον).

ζήλου) *Vehemens studium*, siue recte agendi, siue pro Pauli bona existimatione. Potest etiam intelligi Presbyterorum et ministrorum noua cura et strenua diligentia in corrigendis minoribus similibus quorundam culpis et uitis; quod confirmare uidetur illud ἐπιτιμῆσις, ultio, siue animaduersio seuera in malos. ἐν παντί — πράγματι) *Per omnia praestitistis uos integros quod ad istud negotium attinet*, i. e. iam plane uos mihi satisfecistis, nec est, quod porro eius rei causa uobis aliquid exproberem.

12. Ἄρα ἐὶ καὶ — ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ) *Quaquam ergo* (dura) *scripsi uobis* (in epistola priore) *non tamen feci id uel propter eum qui iniuriam fecit* (incestum) *uel propter eum qui iniuriam passus est*, (mei causa) *sed ut uobis manifestum fieret studium illud meum pro uobis integerrimum.* Ἐὶ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, *quamquam scripsi uobis*, sc. dura, postulans in priore epistola excommunicationem incesti, seueris usus admonitionibus et uerbis. Ὁ ἀδικήσας, *homo incestus.* Negat Paulus se huius hominis causa scripsisse, quasi male ei uoluisset. Per τὸν ἀδικηθέντα, siue eum, qui iniuriam passus sit, seipsum intelligere uidetur Paulus: in quem ut Christianum, imo ecclesiae Corinthiacae parentem aliquid certe dedecoris redundauit, si tale crimen a Corinthiis christianis admitteretur, probaretur, toleraretur, ne dicamus, ab incesto, ut partis *Antipaulinae* socio directam quoque contumeliam Apostolum haud dubie passum fuisse. Vid. *Storr* p. 92. not. 174. Negat Paulus se principaliter sui causa scripsisse, ut satisfactionem pro illata sibi contumelia postuleret. Alii τὸ ἀδικηθέντος referunt uel ad coetum Corinthiacum, ut Singularis sit pro Plurali, uel ad familiam illius hominis

hominis qui nouercam duxerat. ἄλλ' εἵνεκεν — τῷ θεῷ) Sed ut uobis manifestum fieret studium illud meum pro uobis integerrimum. Ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, siue minime fucatum, siue eiusmodi, ut Deo possim illud approbare. Omnia pro uestra salute egi, non ex odio quicquam feci, ue' animo laedendi. Ideirco postulauī hominis excommunicationem, ut macula deleteretur, quam istam tolerando ecclesia uestra susceperat.

13. διὰ τῆτο — παρακλήσει ὑμῶν) Quapropter magna affectus sum laetitia, quum intelligerem, uos iam laeto esse animo. Ἐπὶ τῇ παρακλήσει ὑμῶν, propter laetitiam uestram, pro: ὅτι παρακλήθητε ὑμεῖς. Alii intelligunt laetitiam, quam senserit Apostolus ex litteris Corinthiorum per Timotheum missis, ut παράκλησις ὑμῶν sit: solatium, quod ex uobis percepi. περισσοτέρως — πάντων ὑμῶν) Multo magis autem grauisus sum, Titum omnis sollicitudinis expertem a uobis rediisse. Περισσοτέρως μᾶλλον, duplex Comparatiuus, ut Marc. VII, 36. Talia sunt μᾶλλον δαβιώτερος, apud Aristophanem; ἀριστώτερον μᾶλλον, apud Aristotelem; magis certius; magis dulcius, apud Plautum etc. Ἀναπέπαιται, respicit ad ancipitem antea animum, metumque Titi, qui incertus et dubius, quid Corinthi effecturus esset, hoc iter susceperat.

14. ὅτι — ἢ κατησχύνθη) Quod enim uos saepe laudari apud eum, non mihi nunc est erubescendum; i. e. non potui in ea re mendacii conuinci, ut in uoce κατησχύνθη effectus positus sit pro causa; nam qui mendacii conuincuntur, eos pudor seoui solet. ἄλλ' ὡς — ἐγενήθη) Sicut uos, quaecunque uobis dixi, uera comperistis, sic et Titus IV. U Titus

*Titus uera comperit, quae ipsi de uobis dixeram.* Ἐπὶ Τίτῳ hic est: apud Titum. Sic ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων, apud tot testes, apud Lucianum. Ἡ καύχησις ἡμῶν, *gloriatio mea*, nempe de uestris moribus et profectibus in religione.

15. καὶ — εἰς ὑμᾶς ἐστίν) *Itaque amor eius erga uos maior est*; intimo amoris sensu eo amplius uos amplectitur. Τὰ σπλάγχνα, אֲמִנִי, intimus amor, ut supra VI, 12. ὧς μετὰ — αὐτῶν) *Quod cum summa reuerentia eum exceperitis*, i. e. eius auctoritatem omnino fitis reueriti; si enim eum reuerenter exceperunt, obediuerunt ei in omnibus, quicquid suaderet, moneret, institueret. Illud μετὰ φόβου καὶ τρόμου pro orationis serie uarie explicatur; 1 Cor. II, 3. Eph. VI, 5. Phil. II, 12.

16. χαίρω — ἐν ὑμῖν) *Gaudeo, quod omnino confidere possim de uobis*, i. e. quod tales sitis, ut de uobis mihi omnia optima possim polliceri. Metonymia effectus pro causa.

## CAP. VIII.

I. Γνωρίζομεν — Μακεδονίας) *Significo autem uobis, quanto pere Dei beneuolentia in ecclesiis Macedoniae propositum meum adiuuerit.* Ἡ χάρις τῆ Θεοῦ h. l. est Macedonum in tantis aerumnis alacritas, eorumque liberalitas. Sed Paulus, ut solent Apostoli, pro effectu causam nominat, docens, omnia quae a Christianis fiunt, deberi eximiae bonitati Dei, ut qui tot et tam grauia peccata remiserit, eosque impulerit ad tantam liberalitatem. Macedonum exemplo Paulus Corinthios uult excitare.

2. ὅτι — ἀπλότητος ἑωυτῶν) *Nam inter multa aduersa, quibus explorati sunt, magnum ipsorum gaudium (nempe ex Euangelii doctrina perceptum,) et summa eorum paupertas exundauit in egregiam liberalitatem; i. e. quamuis Macedones per maxima aduersa explorarentur, tamen prae gaudio ob beneficia Euangelii, ipsi pauperes copiosam liberalitatem exercuerunt.* Ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως, respicit ad uexationes, quas Macedones Christiani passi sunt, et a gentibus Aēt. XVI, 20. sqq. et Iudaeis, Aēt. XVII, 5. 13. Ἡ κατὰ βάρβας πτωχεία, *summa paupertas, i. e. βαρβατα πτωχεία, sicut διὰ ταχέων, pro ταχέως, iis κάλλος, καλῶς.* Comparete dicuntur pauperes, quia uix comparari poterant cum aliis, Corinthi et alibi in rerum affluentia et copia uiuentibus. *Ipsorum summa paupertas, i. e. ipsi Macedones ualde pauperes.* Ἀπλότης est alioqui uox generalis, quae quamuis animi integritatem significat; hoc autem loco est *ingenua liberalitas, ut infra IX, 11. 13. Rom. XII, 8.*

3. ὅτι κατὰ — ἑωδαίρετοι) Sc. ἐγένοντο, s. ἦσαν. Beza uero inusitatam putat hanc ellipsin, atque posse illud ἑωδαίρετοι cum u. 4. iungi. Alii huc e u. 5. referunt ἔδωκαν. Sensus est: *Pro uiribus (quod uere testari possum,) imo supra uires suas ipsi, nondum rogati, contulerunt.* Μαρτυρῶ est parenthesis. Ἐπερ δύναμεν, ut apud *Liuium XLV, 23. Atheniensium populum fama est celerem, et supra uires audacem esse ad conandum.*

4. μετὰ — δέξασθαι ἡμᾶς) Ad δεόμενοι subauditur ἦσαν. *Cum multa obtestatione rogarunt me et socios meos, ut reciperemus hoc beneficium, et deferremus istas pecunias*

*ad Christianos in Iudaea.* Παράκλησις est *deprecatio, obtestatio.* Ἡ χάρις *beneficium, elemosyna, uel etiam gratia, die Gefälligkeit,* ut sensus sit: rogabant, ut ipsis ea in re gratificarer, ut uellem socius esse in hoc ministerio praestando. Sed illud δέξασθαι ἡμᾶς deest in multis et optimis codicibus, in Versionibus et Patribus. Διακονία εἰς τὰς ἀγίας, ministerium, quod praestatur Christianis, h. l. est illa collecta pecunia. Τὴν κοινω-  
νίαν τῆς διακονίας, i. e. rogarunt, ut et ipsi effemus κοινωνοὶ τῆς διακονίας, ut nempe in nosmetipsos recipere-  
mus partem laboris, istas pecunias deferendi ad Christianos in Iudaea.

5. καὶ ὁ καθὼς ἠπίσασμεν) Sc. ἐπίσησαν. Post ὁ sub-  
auditur μόνον. Non hoc tantum fecerunt, quod speraui.  
ἀλλ' ἑαυτοὺς — θεῷ) Sed etiam seipsos deuouerunt primum  
Domino, deinde mihi, Deo ipsorum animos mouente. καὶ  
hic ponitur pro ἔπειτα, ut respondeat uoci πρώτον. De-  
uouerunt, uel tradiderunt se Domino, ad ministeria uaria  
in ecclesia obeunda, non ueriti tot molestias et pericula,  
quae instarent illis, qui publica in luce seruitia addicerent  
Christo. Locutio διὰ θελήματος θεῷ uarie accipi-  
tur; hoc loco recte uertitur: Deo ipsorum animos mouente.  
Paulus itaque dicit, se iis non persuasisse aut eos eo addu-  
xisse, ut sic facerent, sed Deum ipsis fuisse huius propo-  
siti auctorem.

6. εἰς τὰ — χάριν ταύτην) Itaque hortatus sum Titum,  
ut, sicut paulo ante instituerat, ita etiam pergeret uos hor-  
tari et inter uos colligere. Sensus est: Ista tam inex-  
spectata Macedonum alacritas me impulit ut Titum admo-  
nerem,

nerem, iam omnino opus esse festinatione, ne Macedones uos antecellerent liberalitate.

7. ἀλλ' ὥσπερ — περισσεύετε) Plena oratio esset eiusmodi: ἀλλὰ σπευδάτε, ὥσπερ περισσεύετε ἐν παντί etc. ἵνα ὡσαύτως καὶ ἐν ταύτῃ τῇ χάριτι περισσεύετε. *Verum date operam, ut, quemadmodum excellitis in omnibus etc. ita etiam liberalitate superetis alios.* Περισσεύετε τίς τις, excellitis uniuersae doctrinae christianae cognitione; καὶ λόγῳ, facultate docendi alios; καὶ γνώσει, habitu recte iudicandi, cognitione sublimiore; καὶ πάσῃ σπευδῇ, omnī studio ad agendas res bonas. Ex aliorum sententia *fides, doctrina, cognitio*, quoad rem non differunt. Vos iam antea demonstrastis aliis nauiter factis, uobis non deesse alacritatem et facultatem in rebus procurandis. Καὶ τῇ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπῃ, *et uestro in me amore.* Ἐν ἡμῖν, pro eis ἡμῶς.

8. ἀλλὰ διὰ τῆς ἐτέρων σπευδῆς) *Sed aliorum* (Macedonum nempe) *studio motus.* Quia Macedones iam praecleara studia in Palaestineneses ostenderunt, occasionem inde arripio admonendi uos. καὶ τὸ — δοκιμάζων) *Exploraturus, quam sincera sit uestra dilectio*, nempe in illos fratres, qui in Iudaea sunt. Τὸ γνησίον τῆς ἀγάπης, alibi ἀνυπόκριτος ἀγάπη, opponitur simulatae dilectioni. Fictus amor facile se excusat, si uel parcissime donat.

9. γινώσκετε — χριστῷ) χάρις, *benignitas, beneficentia.* ὅτι δι' ἡμῶς ἐπτώχευσε, — πλετήσητε) *Quod quum esset rerum omnium Dominus ditissimus, i. e. beatitate abundantissimus, tamen propter uos in maxima paupertate*

vixit in his terris, ut eius paupertate diuites fieretis, i. e. etfi poterat esse beatissimus, quippe filius Dei, tamen multas calamitates pertulit, ut felices fieretis, et omnibus bonis cumularemmini. In uerbis *πλοῖος ὢν* ponitur species felicitatis, intelligitur autem omnis felicitas. Non enim Christus ullo tempore fuit diues, ut nos diuites pecuniis dicimur, et quales illi erant, quos ex opibus suis aliquid erogare pauperioribus Paulus uolebat. Fuit autem beatitate abundantissimus priusquam in has terras adspēctabilis uenit. Sic etiam *paupertate* Christi omnis eius humilitas et uita aerumnarum plena est intelligenda. Haec enim, Deo ita uolente, salutis nostrae causa facta est. Selegit autem Apostolus paupertatis speciem, quoniam hic de pauperibus et liberalitate sermo est. Sic Hebr. XII, 2. ponitur ignominia, intelligitur autem omne id, quod Christo accidit mali. Ibi enim erat sermo de iis, qui contemnebantur.

10. καὶ γινώσκον ἐν τέρῳ δίδωμι) *Sententiam meam, quid mihi in hac re faciendum uideatur, dico.* Est quidem praecceptum Christi, iuuare pauperes, sed modus aliquis libertati relinquitur. Quod Macedones fecerant, tale erat, ut suaderi magis, quam iuberi posset. τέρῳ γὰρ ὑμῶν συμφέρει) Expedi nempe uobis tueri bonam famam, quam coepistis consequi, ne uideamini leues et uani promissores. οἵτινες — πέποι) *Siquidem iam anno superiori non solum promissistis, sed et hoc negotium agere, i. e. colligere, coepistis.* Est loquendi genus inuertum, ubi in disparium comparatione praecedit, quod naturali ordine subsequi debuit; et ita hunc locum recte interpretati sunt et Syrus et Arabs.



Arabs. Πέρουσι, inde a superiori anno. Graeci scriptores  
 & πδ addere non solent. Iam dudum, inquit, hoc agitis et  
 nihil peragitis; id minuit uestram bonam existimationem.  
 Annus ferre elapsus erat, ex quo colligere coeperant,  
 I Cor. XVI.

II. οὐν) — ἐπιτελέσατε) Nunc perficite, quod bene in-  
 choatum est. Amat Paulus, ut et Graeci, Infinitiuos ponere  
 uice nominum, idque cum articulo neutro. ἔπως —  
 ἔχειν) i. e. Ut tam promptae uoluntati respondeat tandem  
 dignus effectus, pro uestra facultate. ἔγω καὶ τὸ ἐπι-  
 τελέσαι, adfit scilicet. Ἐκ τῆ ἔχειν, ex eo, pro eo,  
 quod habetis, aut potestis. Nec enim pauperes ipsis  
 donis et muneribus aequare diuites possunt; possunt autem  
 animo liberali.

12. εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται) Nam si modo animus  
 promptus benefaciendi adfit. Eleganter enim προκειῖσθαι  
 dicuntur, quae animo nobis proposuimus, quorum faciendo-  
 rum studio tenemur. Est loquendi ratio elliptica, et sub-  
 intelligitur κατὰ νῦν Ioseph. Ant. VII, 8. 4. προσκαλεσάμενος  
 Ἰωάβον, ἐπιτυχεῖν τε τῆ προκειμένῃ κατὰ νῦν ἔφασκε, se  
 affectum esse, quod in animo habuisset, dicebat, καὶ τὸν  
 Ἀβσαλώμον ἄγειν ἐκέλευσεν. Προκειῖσθαι etiam saepius ea  
 dicuntur, quae sunt ad manum, et parata; hinc πρόκειται  
 in Glossa apud Hesychium explicatur παράκειται. καθ —  
 ἐκ ἔχει) Καθ pro κατὰ τῆτο δ. Ἐάν hic pleonastice poni-  
 tur. Ἐυκρόσδεκτος, sc. θεῷ καὶ ἀνθρώποις ἐς). Placet Deo  
 ista alacritas pro facultatum praesentium ratione, ut non  
 opus sit, tenuitatem praetexi a quoquam, quasi non sit  
 Deo futurum gratum ipsius munus, nisi par fuerit locuple-

tum collationi. Nam spectat Deus in probando munere, non id quod aliquis non habet, sed id demum quod habet: alioquin charitas esset diuitum propria. Cf. Luc. XXI, 3. Marc. XII, 43.

13. ἢ γὰρ — θλίψις) Loquendi ratio elliptica, pro: ἢ γὰρ τὸ τοῦ βλάσφαι ἢ αἰ ἀλλοις ἢ ἀνεοισ etc. *Nolo enim ex uestro damno et detrimento aliis paucis re rerum commoditatem.* Non uos detrahatur suo in pauperum locum; sed id tantum rigo, quo uos possitis carere sine propria molestia.

14. ἀλλ' ἐξ ἰσότητος) Post ἀλλ' supple: ἢ α ἢ. *Sed ut sit par conditio,* uestrorum, et aliorum Christianorum. Si ex eo, quo forte apud uos quidam abundant, conferatur aliquid, quo isti Palaestinienses nimis egeni destituuntur, tum fiet quasi exaequatio. Sic aliis procuratur commodum sine uestro incommodo. ἐν τῷ — ὑπέρημα) Supple: ἢ α γίνηται. *Vt hoc tempore abundantia uestra illorum inopiae subueniat.* Hoc tempore, quo Christiani Palaestinienses bonis omnibus exuuntur a Iudaeis. ἢ α καὶ — τὸ ὑμῶν ὑπέρημα) *Vt* (uicissim alio tempore) *illorum abundantia illud suppleat, quo uobis forte opus fuerit.* Ut si quando calamitas illa in Iudaea cessauerit, et uobis forte aliquid acciderit aduersi, illi ex suis diuitiis aliquid conferant ad subleuandam uestram paupertatem. ὅπως γίνηται ἰσότης) *Vt aequabilitas utrinque locum habeat.* Hoc non eo ualet, ut patres multorum liberorum, ipsi nihil plus possideant, quam alii; sed ut quodammodo exaequetur istorum penuria per beneficentiam aliorum.

15. καθὼς γέγραπται — ἢ ἡλαττόνησε) Exod. XVI. 18. Post τὸ πολὺ, et post τὸ ὀλίγον subauditur ἔχων. Ἐλαττόνησε

τονείω, minor sum, habeo minus ceteris, extra vers. Alexand. non occurrit. Numerosior familia multo plus Mannae colligebat, quam minor; sed utraque eo seruabat quandam ἐσότητα, quod nemo per istam copiam suam alteri crearet penuriam. Vtraque colligebat tantum, quantum satis esset unicuique. Hoc uult Apostolus: De paupertate et diuitiis inter uos, idem habeat locum, quod apud Mosen dicitur etc. Qui nempe possidet parum, pauper, is non debet carere; ceteri debent eum adiuuare.

16. χάρις — Τίτῳ) i. e. *Maxime laetor, Deum idem hoc studium excitasse in animo Titi, ut nempe hoc negotium inter uos procurandum susciperet.* Phrasid: χάρις τῷ Θεῷ ex serua re quasi translata est ad prouerbium, et h. l. indicat, studium hoc Titi Paulo ualde placuisse.

17. ὅτι τὴν μὲν παράκλησιν ἐδίκατο) Τὴν παράκλησιν, sc. τὴν ἐμὴν, facile mihi obsecutus est. Cf. supra u. 6. σπηδαιότερος — ὑμᾶς) *Imo tam liberali fuit animo, ut ultro ad uos proficisci uellet.* Ostendit se praeuenisse mea desideria, et sua sponte iam id cupiisse. Ἄυθαίρετος, i. e. ἐκκλισιζόμενος.

18. συνεπέμψαμεν — τῶν ἐκκλησιῶν) Quis fuerit hic itineris socius, non constat. Non pauci intelligunt Lucam; alii Silam, alii Barnabam, alii Marcum, alii alium; sed certi nihil definiti potest, nec magni refert, quisquis is fuerit. *Marcum* fuisse *STORRIUS* (p. 84. not. 166.) putat, quod nomen eius tum per itinera Euangelii causa suscepta, tum multo magis per *expositionem uitae Iesu* latissime per ecclesias manauisset. Sed ualde dubium est, an Marcus tum temporis Euangelium suum iam ediderit.

19. ἔ μόνον δέ) Sc. τῆτο. *Sed non hoc tantum ad eius laudem pertinet, quod Euangelio proferendo dedit iam apud multas ecclesias operam. ἀλλὰ καὶ — χάριτι ταύτη) Sed et solenni ritu designatus est ab ecclesiis, ut sit comes nostrae peregrinationis et colligendae huius eleemosynae. χειροτονηθεὶς, sc. ἐσιν, suffragiis electus est, ordinatus, initiatus, muneri huic rite admotus est. Ἐπεὶ τῶν ἐκκλησιῶν, a pluribus, succedente tempore eandem auctoritatem accepit, ut prae aliis esset comes Pauli atque adiutor huius negotii. STORRIUS tamen (p. 83. not. 165.) non eundem hoc commate ac u. 18. intelligit, sed hoc sibi uelle putat Apostolum, non modo Titum cum antiquiore comite reuerti Corinthum, sed ab ecclesiis (Macedonicis u. I.) hortatu Apostoli, qui recentes Pseudapostolorum suspiciones ex Tito cognouisset, (c. XII, 16 — 18.) ac materiam calumniae subtrahere uellet, nuper designatum fuisse certum hominem, qui argentum in Macedonia collectum nunc quidem in Achaiam, unde Paulus mox subsecuturus Hierosolyma cogitauerat, deinde uero in comitatu Pauli Hierosolyma deportaret, quorsum etiam Corinthii suam stipem per suos legatos, ipsum comitaturos, mittere possent. Metonymice χάρις uocatur id, quod ex liberalitate datur. τῇ διακονημένῃ — προθυμίαν ὑμῶν) *Quae procurata est a me ad gloriam Domini amplificandam, et prolixam uestram uoluntatem excitandam. Τῇ διακονημένῃ ὑφ' ἡμῶν, quam procurauī, in Macedonia scilicet. Verbum διακονεῖσθαι hic sumitur, ut supra u. 4. uox διακονίας, et significat: procurare.**

20. φελλόμενοι τῆτο) *Dum hoc caueo. Cohaeret hoc participium cum uerbo συνεπέμφαμεν, u. 18. Στέλλεσθαι est*

est mitti, dimitti, et in media uoce, *se auocare, se subducere, deuitare, Polyb. hist. V, 17.* ἢ δυνάμενων καθόλου τὴν ἐκ τῆς συνθηκῆς καταξίωσιν ἐέλλεσθαι, *quum non possent omnino declinare reuerentiam consuetam.* μή τις — ὑφ' ἡμῶν) *Ne quis me uituperet propter copiosam hanc pecuniam, quae a me colligitur.* Ἄδρότης, *copiosa pecunia, a Corinthiis, ut certo sperat, conferenda.* *Helych. ἀδρός, πλούσιος, ἀδρόν, μέγα, θαυμάσιος, παχὺ.* Pergit Apostolus in declarando suo consilio, quod pertinet ad integerrimam procurati nem eleemosynarum. Ne, inquit, ulla suspicio aut obtreectatio hominum malignorum locum habeat, nisi tales uiros, qui illud negotium apud uos ita procurent, ut nihil uituperationis in me cadere possit.

21. προνοούμενοι — ἀνθρώπων) *Quia mihi bene prospicere uolui coram Deo et hominibus, sc. ne quis me possit carpere, et dicere, fraudem a me esse admissam.* Καλῶς, *pro καλῶς.*

22. συνεπέμφαμεν δὲ ἑαυτοῖς τὸν ἀδ. ἡμῶν) *Alium praeter istum, de quo u. 18. dixerat. Si is, de quo u. 19. sermo erat, diuersus erat ab illo, u. 18. plures fuerunt, qui Tito adiungi, et ab eo discerni poterant.* νυνὶ δὲ — εἰς ὑμᾶς) *Nunc autem (in hac caussa) multo studiosiorem se praeestabit, ideo quod de uobis omnia sperat optima, uos nempe fore liberales.*

23. εἴτε ὑπὲρ Τίτου) *Sc. quaestio est. Si de Tito agitur. Vel: Demonstrate igitur eximiam beneficentiam, εἴτε ὑπὲρ Τίτου, s. propter Titum, qui est κοινωνὸς ἔμμε, socius laboris in Euangelio praedicando, καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργός, et apud uos adiutor mihi fuit; qui est quasi*  
meo

meo ipsius loco, atque *gentibus* solet maxime studere. Nam referenda sunt haec, quae hoc commate scribuntur, ad rationem, qua moueri uult Paulus Corinthios, ad copiosam collectam praestandam, ut ex u. 24. patet. *ἴτε ἀδελφοί — ἐκκλησιῶν*) Siue alii fratres nostri ad uos ueniant, omnes sunt legati ecclesiarum, nempe e gentibus, ut additur Rom. XVI, 4. *δόξα χριστῷ*) Metonym. Instrumenta sunt gloriae Christi. His igitur potestis fidem habere.

24. *τὴν ἑν — ἐνδείξασθε*) Est Hebraismus; nam *ἐνδείξασθε* *ἐνδειξίν τῆς ἀγάπης καὶ καυχίσεως* ponitur pro: *ἐνδείξασθε ἀγάπην καὶ καύχησιν*, ostendite ipsis amorem uestrum erga eos, et ostendite, uera esse, quae de uestro in me et meos affectu praedico. *εἰς πρόσωπον τῶν ἐκκλησιῶν*) *Ἐἰς πρόσωπον*, pro *ἐν προσώπῳ*. *Ut omnes ecclesiae hoc audiant et intelligant.* Titus nempe ab uno coetu ad alterum faciens iter, ubicunque uenerit, laudabit uestram liberalitatem.

## CAP. IX.

I. *Περὶ μὲν — γράφειν ὑμῖν*) Ego uero, quod attinet ad negotium colligendae stipis, superuacaneum duco, copiosius uobis scribere. Haec connectenda fuerant cum superioribus. Ostendit enim Apostolus, se nullis ultra hortatibus uti uelle super isto negotio pauperum, quum de ipsis omnia maxima multis de causis expectet.

2. *ἣν ὑπὲρ — ἀπὸ πέρους*) De qua apud Macedones gloriator, Achaïam nempe iam anno superiori paratam esse, et largiter in commune contulisse. Ne Macedonibus plus tribuere

tribuere uideretur, quod plus dedissent, solatur Achiuos, quorum praecipui Corinthii, hoc honore, quod priores incepissent. καὶ ὁ ἕξ — πλείονας) *Et aemulatio uestri exempli prouocauit plures.* Sic per Corinthios excitat Macedonas, et per hos excitat illos.

3. ἐπεμψα δὲ ἀδελφούς) Sc. τότες, qui uobis has literas tradunt. Volui per eos tempestiue uos admonere. Iam enim et Pauli et Corinthiorum multum intererat, ut tam copiosa pecunia omnino in Achaia colligeretur, quam solebat largiter promittere.

4. μήπως — Μακεδόνες) Fieri posse dicit, ut quidam ex Macedonia secum proficiscantur; non dicit certo sic euenturum esse. ἐν τῇ ὑπόστασι ταύτῃ τῆς καυχήσεως) *Ob confidentem illam gloriationem, i. e. quod inde a tanto iam tempore confidentissime gloriatus sim de uestra liberalitate; wegen dieses dreifsten Rühmens (eurer Freygebigkeit)* Nam ὑπόστασις est fiducia, Hebr. XI, 1. Polyb. IV, 50. δι δὲ Ρόδιοι, θεωρῶντες τὴν τῶν Βυζαντιῶν ὑπόστασιν. VI, 53. de Coclite. εἶχ' ἔτω τὴν δύναμιν, ὡς τὴν ὑπόστασιν αὐτῆ καὶ τὴν τόλμαν κατατελεγμένων τῶν ἐναντίων.

5. καὶ προκαταρτίσωσι τὴν προκατηγγελμένην εὐλογίαν ὑμῶν) *Et interea procurent munus uestrum, de quo iam multum dixi.* Ἐυλογία, more hebraico, donum, beneficium, quia pro beneficiis Deo aliisque agimus gratias et bona omnia precamur. Προκατηγγελμένην, i. e. προειρημένην, praedictam, de qua iam multum dixi: uel, beneficium, iam antea Macedonibus nunciatum, u. 2 — 4. Nonnulli codices uetusti, quibuscum consentiunt uersio copt. Vulg. et

et Itala et Patres nonnulli pro recepta lectione habent προεπιγγελμένην, beneficium *promissum*. ταύτην — πλεονεξίαν) Ante ταύτην supple ὡς ε, ut plena sit oratio: ὡς ε ταύτην ἐτοιμὴν εἶναι etc. Ita ut paratum sit *tanquam munus satis copiosum, haud parcum*. Ἐυλογία adiunctam habet notionem doni satis copiosi; πλεονεξία, donum parcum et exiguum.

6. τέτο δὲ) Sc. Φημι, uel ut Graeci interpretes explent: τέτο δὲ τῆς ἐλεημοσύνης τέτον ἔχει τὸν τρόπον. Quod statim sequitur, est prouerbiū, ut apud Ciceron. de Orat. II. 65. Vt sementem feceris, ita metes. Illud θεριζειν, *metere* pertinet ad retributionem Dei. Ἐξ εὐλογίαις, *liberaliter*. Si donum uestrum fuerit parcum, non magnos uobis fructus afferet.

7. ἕκαστος καθὼς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ) *Vnusquisque det quemadmodum s. quantum uult*. Nam Praepositionis πρὸ in Voce προαίρεσθαι nulla est uis et emphasis; et sicut προαίρεσις saepe est *uoluntas*, sic προαίρεσθαι denotat *uelle*. Sic apud Iosephum A. IV, 6, 2. Balamus negat, se posse Israelitis mala imprecari; nam τὸν θεὸν ἀντιλέγειν αὐτῷ τῇ προαίρεσει, *Deum resistere eius uoluntati*. Hoc sensu etiam uerbum προαίρεσθαι apud Philonem occurrit. De Sacr. Ab. et Ca. p. 135. A. Legat. ad Cai. p. 1005. D. ἰλαρὸν — θεὸς) Videtur fuisse sententia trita apud Hebraeos; nam occurrit huic similis Prou. XXII, 8. et in Siracide. *Is demum Deo placet, qui hilari et lubenti animo dat*.

8. δυνατὸς — εἰς ὑμᾶς) *Potest autem Deus omnis generis dona largissime in uos conferre*. Περισεύειν, ut hebr.



hebr. Hiphil, *facere ut quis abundet*, quemadmodum βασιλεύειν, *facere ut quis regnet*. Πᾶσαν χάριν appellat *Dei dona*, ut rei domesticæ augmentum, opportunitatem commodam acquirendi huius uitae bona etc. ἵνα ἐν παντί — ἀγαθῶν) *Vt ipsi in omnibus rebus semper habeatis, quod sufficiat, et largiter collocare possitis beneficia in alios*. Deus non concedet, ut unquam ob egestatem uel inopiam huius liberalitatis uos poeniteat.

9. καθὼς — ἀιώνα) *Supple: Vt etiam uobis eueniat*. Verba desumpta sunt ex Psalmo, qui Hebraeis CXII, 9. *Sparsit, i. e. liberaliter dat pauperibus; haec eius liberalitas non definit per omnem uitam*. Quamdiu uiuit, tam diu liberalis esse potest, quia nunquam eget, Deo eius liberalitatem remunerante. Δικαιοσύνη, *liberalitas, eleemosyna*, ut Marth. VI, 1.

10. ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν — βρώσιν) *Deus uero, qui suppeditat semen serenti, et panem ad escam*. Ies. LV, 10. *Sensus est: Deus, cui datori omnia debemus*. χορηγήσαι — σπέρνυ ὑμῶν) *Suppeditet et multiplicet sementem quasi uestram*. Per sementem autem Corinthiorum intelligit beneficia, quae collocare in egenos Christianos Palaestinos decreuerant. *Χορηγήσαι καὶ πληθύναι* sumuntur in Optatiuo. Vulgata et quidam alii interpretes minus commode uerba: *καὶ ἄρτον εἰς βρώσιν χορηγήσαι* coniunxerunt. *καὶ ἀυξήσαι — ὑμῶν) Et augeat fructus liberalitatis uestrae*, ut nempe fructus copiosissimi ex illa uestra liberalitate ad uos et ad Palaestinos redeant.

11. ἐν παντί — ἀκλόγητα) *Vt omni modo fitis diuites ad omnem ingenuam liberalitatem, i. e. ut fatis diuites*  
fitis

fitis ad exercendam liberalitatem. Post *καταβιβασίαι* subauditur *ἴσσε*, uel, *ἴσσεθε*. Ἀπλότης uero hic est *ingenua liberalitas*, ut supra VIII, 2. ἢ τις — θεῷ) *Quae causa est, cur nos Deo gratias agamus; uel: ita distribuemus illa beneficia, ut Deo maximae gratiae agantur.* Ita *εὐχαριστία* traheretur ad alios Christianos, praecipue ad Palaestinos, qui laudaturi essent Deum, si per Pauli hoc ministerium se tantopere adiutos experirentur. Possunt etiam ita uerti haec uerba: *Quae (liberalitas uestra ingenua) efficiet, ut multi, nobis monentibus, (δι' ἡμῶν) gratias agant Deo.*

12. ὅτι ἡ διακονία — τῷ θεῷ) *Nam hoc officiosum publicum beneficium non tantum subleuat egenos Christianos, sed et multorum hominum animos impellit ad gratias agendas Deo.* Ἡ διακονία, *ministerium quoduis, siue officium, Dienst, Gefälligkeit.* Λειτουργία, omnes sumtus publici, ueluti si quis suo sumtu domum publicam aut nauem exstruat. H. i. est *publicum beneficium* a coetibus Christianorum collatum. Ἡ διακονία τῆς λειτουργίας, *officiosum publicum beneficium.* Alii τὴν διακονίαν referunt ad Paulum, qui hoc beneficium procurabat suis monitis et precibus, ut sensus sit: *Nam illud ministerium, quo publice fungor in colligendis elemosynis, non modo eo pertinet, ut suppleatur aliorum Christianorum inopia.* Nolite existimare, nihil aliud uos sic agere, quam pauperes adiuuare; quod et ipsum non est exiguum, et Christiano maxime dignum. ἀλλὰ θεῷ) *Sed et multorum hominum animos impellit ad agendas Deo gratias.* Datius θεῷ regitur ab *εὐχαριστεῖν*, idque fit more cultissimorum scriptorum, quibus

bus mos est, ut Nomina Verbalia, cognatamque Verborum suorum significationem fortita, eandem constructionem admittant, quam Verba ipsa. Iam quemadmodum dicitur εὐχαρισεῖν τῷ Θεῷ, ita quoque εὐχαρισταὶ τῷ Θεῷ. Tale illud Iosephi Ant. V, 1, 3. τὰ πρὸς ὑπηρεσίαν ταῖς θυσίαις σκέυη, pro: τὰ πρὸς ὑπηρεσίαν τῶν θυσιαῶν σκέυη, *uasa ministerio sacrificiorum destinata.*

13. διὰ τῆς — τὸν Θεόν) *Laudant enim Deum propter hoc munus, quo ingenuitatem uestram (uos genuinos Christianos esse) declaratis.* Δοξάζοντες, pro δοξαζόντων, ut Voci πολλῶν uel ἀγίων responderet; cuiusmodi Anacoluthon apud optimos Scriptores occurrit. Ἡ διακονία, pro ipso munere, quod supra u. 10. τὴν δικαιοσύνην προσεuerat Apostolus. ἐπὶ τῇ — χριστῷ) *Quod nempe (haec uestra liberalitate) obedientiam erga religionem publice declaraueritis.* Τῇ ὑποταγῇ τῆς θμολογίας pro: τῇ ὑποταγῇ ἐμολογημένη. Qui enim liberales erant in alios Christianos, eo ipso publice quasi profitebantur, se consentire cum illis in fide. Hunc esse uerum horum uerborum sensum, ex sequentibus mihi patere uidetur, ubi idem fere repetitur. καὶ ἀπλότῃ — πάντας) *Et quod sincere consentiatis (in religionis professione) cum iis (in quos liberales estis) et cum omnibus (aliis Christianis.)* Ἐπὶ τῇ ἀπλότῃ τῆς κοινωνίας, pro τῇ κοινωνίᾳ ἀπλῇ. Alii κοινωνίαν de liberalitate explicant ut Hebr. XIII, 16.

14. καὶ αὐτῶν — ἐφ' ὑμῶν) Ante haec uerba repete ex u. 12. ἡ διακ. — — περισσεύουσα. Sensus est: Liberalitas uestra etiam sic in Deum redundat, quoniam pro uobis preces faciunt; *amant enim uos propter immensam Dei*  
 Tomus IV. X erga

*erga uos gratiam*; quia Deus uos non solum diuitiis, sed et animo bono et liberali ornauit.

15. ἐπὶ τῇ — δωρεᾷ) *Pro ineffabili ipsius beneficio, in uos et omnes gentes collato. Ἀνεκδιήγητον, id, quod tantum est, ut explicari nequeat. Paulus se adiungit illis, qui gratias agebant Deo pro tanto beneficio.*

## CAP. X.

1. Ἄυτος — χριστῷ) *Ego ipse uero Paulus rogo uos ea lenitate atque humanitate, qua Christus esse consuevit. Etymol. Ἐπεικῆς παρὰ τὸ εἶναι καὶ ὑποχωρεῖν, καὶ γὰρ διπραεῖς ὑποχωρεῖσι καὶ ἐκ ἀντιτείνουσι. Hesychius: ἐπεικῶς, πᾶν λίαν τράως. Aliud iam argumentum tractatur. Defendit Paulus suam agendi rationem et auctoritatem aduersus aduersarios aliquos, qui ipsi adhuc obtrecebant, epistolas eius quidem seueras esse concedentes, sed praesentem eum nihil ualiturum, nec minis suis re ipsa satisfacturum, u. 10. Primo igitur Paulus mansuetudinem suam defendit exemplo Christi; deinde ipsis illis amore et modestia plenis precibus confirmat, non modo absentem uerbis, sed praesentem quoque re ipsa castigaturum se esse immorigeros, si salus ecclesiae aliter non possit restitui, u. 8. Πραότης καὶ ἐπιείκεια τῷ χριστῷ est clementia similis clementiae Christi. Διὰ τῆς πραότητος, cum lenitate, leniter. Nam ☐ Hebraeorum interdum uoce διὰ exprimitur, ut 1 Cor. XIV, 19. Ceterum de obtreccationibus aduersariorum forte Titus aliquid rescauerat, et Paulo exposuerat. ὅς κατὰ — εἰς ὑμᾶς) *Qui praesens apud uos timidus multis uideor, absens uero uideor esse seuerus in uos. Ταπεινός**

ἐν ὑμῖν, sc. ἐμῷ. Ταπεινός est, qui demisse se gerit, modeste et timidius inter alios uersatur, nec sibi quicquam arrogat. Ὁ αἰσθητὴς ἐπὶ ὑμῶν h. l. ex oppositione est: *asperius uos et durius castigo atque reprehendo*. Sic Paulus se ipsum describit ipsis aduersariorum uerbis, ut e u. 10. apparet, ubi aduersarii loquentes introducuntur. Κατὰ πρόσωπον, *coram*, hebr. פְּנֵי. Dicebant obtrectatores, eum praesentem multo lenius agere, quod offensas metueret, aut gratias captaret.

2. δέομαι — περιπατῶντας) *Hoc autem rogo, ut ita uos geratis, ne opus mihi sit, quum aduenero, uti ea seueritate, qua usus esse existimor erga quosdam, qui putant me prauis consiliis obsequi.* Δέομαι δὲ. Per epanalepsin repetit uerbum synonymum, quia interiecerat nonnulla post παρακαλῶ in priori commate. Τὸ μὴ θαρρῆσαι, *ne cogar uti mea auctoritate, ἢ λογίζομαι τολμῆσαι ἐπὶ τινος, qua audacius contra alios uti existimor; nam τολμῆσαι ἐπὶ τινα est audacius se gerere; pro auctoritate agere contra aliquem.* Κατὰ σάρκα περιπατεῖν, consilia ad hominum mores adaptare; minari timidis, cedere audacibus; quod est hominum humilium, qui carent interna uirtute. Cf. supra I, 12. 17.

3. ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατῶντες) *Quanquam enim hominum sum, sicut sunt alii. Ἐν σαρκὶ εἶναι, in conditione esse humana, infirma, et multis malis obnoxia. ἐκ κατὰ σάρκα κρατούμεθα) Tamen non milito prauis consiliis, nempe cum aduersariis meis et cum impedimentis quae tollere studeo.* Saepius utitur Paulus tropo militiae in descri-

benda ministrorum religionis fortitudine, 1 Tim. I, 18.  
2 Tim. II, 3. 4. 5.

4. τὰ γὰρ — σαρκικά) *Nam arma quibus utor, non sunt inualida, e. g. uerborum lenocinia, rerum externarum noua omina et uota, fraudes et fallaciae.* ἀλλὰ — ὀχυρωμάτων) *Sed ualida Deoque probata, ad destruendas munitiones aduersariorum.* Δυνατὰ θεῶ, quae Deo probantur, uel ἐν, σὺν θεῶ, quibus Deus uim addit, uel etiam iudice Deo. Καθαίρειν dicuntur, qui hostium ferociam contundunt, uiresque frangunt. Ὀχυρώματα munitiones, loca munita, arces, castella. Hoc loco intelliguntur impedimenta religionis Christianae, et nominatim sinistra aduersariorum de Paulo iudicia, quae sane impedire poterant progressum muneris eius. Alii intelligunt omne id, cui hostes Euangelii confidunt, et contra ueritatem doctrinae coelestis se muniunt efferuntque, qualia sunt humana sapientia, eruditio, eloquentia etc. Est uero hoc comma 4. in parenthesi seiungendum a sequenti, ut pergat constructio: κρατευόμεθα — λογισμῶς καθαίρυντες.

5. λογισμῶς καθαίρυντες, καὶ πᾶν ὕψωμα) Est hic primum traiectio, pro καθαίρυντες λογισμῶς, καὶ πᾶν ὕψωμα. Deinde ἐν διὰ δυοῖν, nam λογισμῶς κ. π. ὕψ. dictum est pro πᾶν ὕψωμα τῶν λογισμῶν. *Destruens omnes temerarias opiniones, quas nempe aduersarii de me habent.* Λογισμοί h. l. non sunt *ratiocinationes*, sed *opiniones*. Respicit enim Apostolus ad eos, de quibus supra u. 2. dixerat: τὸς λογιζομένους ἡμᾶς ὡς κ. σ. περιπ. Ὑψωμα, *altitudo*, et ex Hebr. *locus editus in monte, arx, castellum*, idem ὀχύρωμα. Hoc castellum quasi falsarum de me opinionum (inquit Apostolus)

*extollit*

*extollit se* κατὰ τῆς γνώσεως τῷ Θεῷ, *aduersus cognitionem Dei*, i. e. impedimentum est propagandae cognitionis Dei. Nam illae aduersariorum opiniones impediabant successum muneris Apostolici, atque adeo ipsius doctrinae Christi. Non multum abest a ratione poetica scriptoris dictio h. l. Sicuti castellum *extollit se*, h. e. oppositum est hostibus; ita etiam castellum opinionum prauarum dicitur oppositum esse cognitioni Dei. καὶ ἀρχιμαλωτίζοντες — — χριστῷ) *Et in captiuitatem redigo*, i. e. irritas reddo, omnes machinationes, ut Christo se subiciant. Pergit Ap. in metaphora a bello desumpta. Νόημα, *consilium hominum et machinatio*, ut supra c. II, II. Intelliguntur h. l. ipsae illae artes et machinationes aduersariorum Pauli, de quibus haecenus dixerat.

6. καὶ ἐν ἐτόμῳ — ὑπακοῇ) *Et paratus sum ulcisci omnem inobedientiam* (eorum qui doctrinae parere nolunt,) *ubi uos ad perfectam obedientiam adduxerim*. Postquam in coetu uestro omnia fuerint Christo subiecta, tum etiam membra se mihi opponentia in ordinem redigam. Hi opponentes se, fuisse uidentur doctores, Pauli aduersarii.

7. τὸ κατὰ πρόσωπον βλέπετε;) *Adeone illa tantum, quae apud homines ualent, respicitis?* Cf. supra V, 12. Hic iterum nobis deest lux historiae. Respicit uel ad praerogatiuas externas, e. g. cognationem cum familia Mariae, quae alios commendabat, uel ad habitum Pauli apud Corinthios praesentis, moderatius ibi se gerentis, quam alii πολλὴν φαντασίαν ostentarent. Videtur Paulus respicere falsos doctores, qui praecipuo quodam iure, quod ad Paulum nihil pertinuerit, se Christi esse dicerent, eoque titulo

Corinthiis', *externa* spectantibus, se uenditarent. Gloria-  
bantur nempe, ut uerosimile est, de *Iacobo*, quem suae  
sectae coriphaeum et principem esse fingebant. Hi igitur  
propter suum Iacobum non modo contra Paulinos et Apol-  
lonios, quorum duces Christum, dum in his terris uixerit,  
omnino non habuerint cognitum, sed et contra Petrinos,  
quorum princeps certe *cognatus Christi* non fuerit, tume-  
bant, et nomen τῶν χριστῶν factioni suae peculiariter arroga-  
bant, quod non modo familiarem, sed propinquum etiam  
necessarium Christi sectarentur. I Cor. 1, 12. s. Vid.  
*Storrius* p. II. sqq. ἢ τις — εἶναι) *Si quis gloria-  
tur, se esse Christi.* Πέποιθεν ἑαυτῶ. Hebraismus, *יְהוָה*,  
*apud seipsum.* Includit exprobrationem superbiae et negli-  
gentiae. πῶτο λογιέσθω — ἡμεῖς χριστῶ) *Is uicissim sua  
sponte agnoscat, sicut ipse Christi est, ita me etiam Christi  
esse.* Se non eodem quidem, ac isti, sed ueriore titulo  
*Christi esse* affirmat. ἀφ' ἑαυτῶ) *Ex sese, i. e. etiam a  
me non admonitus.*

8. ἵνα τε — ἐξουσίας ἡμῶν) *Nam si amplius etiam quid  
glorier (quam alii possent gloriari) de potestate mea.  
εἰς δικοδομὴν — ὑμῶν) Ad commodum, non ad damnum ue-  
strum.* Tacite reprehendit immorigeros illos doctores,  
qui magis nocebant quam proderant. Ὅσον ἀισχυουσθῆ-  
σομαι, *non deprehendar uanus, uel mendax.* Possem plus  
quam ullus alius doctor de munere meo gloriari.

9. ἵνα μὴ — ἐπιστολῶν) *Supple: Sed hoc non facio;  
non addam plura ea de re, ne putetis, me tantum uanis  
minis ad terrorem abuti uelle per impotentes epistolas.*



ΙΟ. φησι) Certum quempiam istius sermonis auctorem designat, uel quemuis istorum exempli causa sibi deligit Apostolus; sequitur enim ο τοιοῦτος, qui eiusmodi est. Ceterum ii, qui hic loquentes introducuntur, sunt ii, quos descriperat supra u. 2. *οι λογίζομενοι ἡμᾶς ὡς κατὰ σάρκα περιπατῶντας. βαρεῖται καὶ ἰσχυραὶ*) *Graues et uehementes.* ἢ δὲ ταρ. — ἀσθενής) Ipse praesens, satis timidus est. Praesens nihil ualet; nihil efficit apud auditores suos; ideoque nec coram cum ipsis congregari audent. *καὶ ὁ λόγος ἐξεδιημιμένος*) *Et sermo eius est abiectus*, propter tenuem pronuntiationem seu actionem, quae in idiota, uoce etiam et lateribus destituta, neque natura neque arte adiuuatur.

ΙΙ. λόγῳ, ἔργῳ) Haec duo sibi respondent. Verbis minatur Paulus; sed, si opus sit, etiam rebus ipsis efficiendis non deerit.

12. 13. εἰ γὰρ — συνικανόντων) *Non enim possum a me impetrare, ut me nonnullis accenseam admisceamue, qui de se multa praedicare solent.* Ita eleganter uertit *Ven. Morus*, qui locum comm. 12—17. solide pro more interpretatus est in Progr. 1781. scripto, inserto dissertat. theol. et philolog. p. 99. sqq. Ἐγκρίνειν ἑαυτὸν τοῖς ἄλλοις, *aliis accenseari.* Συγκρίνειν *commiscere.* Est igitur συγκρινόμενος τοῖς ἄλλοις, qui eorum socium se gerit, moresque imitatur. In physicis nempe dicuntur συγκρίνεισθαι, quae coagmentantur et concresecunt; quod uerbum hic tropice usurpatur. Dicere solebant Pauli aduersarii, ab se omnem terrarum orbem docendo peragratum esse, etiam si in multa loca non uenissent, quo se iactabant uenisse; aut ab se pluribus in locis multa praestita, ubi uix tantillum fecerant,

sed alii et inchoauerant rem, et propemodum absoluerant. ἀλλὰ αὐτοὶ — ἢ συνίθισιν) Haec est recepta lectio. Sed in confiniis u. 12. et 13. uerba quatuor, ἢ συνίθισιν ἡμεῖς δὲ, aut omnino spuria sunt, aut saltem admodum suspecta. Legendum igitur uidetur: ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτὰς μετρεῖντες, καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς, ἕχθ' εἰς τὰ ἄμετρα καυχησόμεθα. Ita hoc intelligendum effret de Paulo, quod et conuenit aduerfatiuae ἀλλὰ αὐτοὶ etc. Tunc effret hic fensus: *Ego uero meo me modulo ac pede metiri soleo, et mecum habito, non extra terminos meos gloriolam quaero.* Quanquam καυχησόμεθα etiam Ven. *Moro* suspectum est, ex rationibus non contemnendis, infra tamen, ubi scriptor in uiam redit, sequitur: *gloriolam quaero*; quod hic recte posset suppleri. Verbis μετρεῖν ἑαυτῶν ἐν ἑαυτῷ is describitur, qui, ut *Horatius* (Epistol. I, 7, 98.) dixit, suo se modulo ac pede metitur, adeoque nec inflare iactat ab se praestitum, nec temere suscipit praestandum, quod nec praestitit, nec praestare aut per uires, aut per tempora sua omnemque uirae rationem, poterit. Est ergo haec modestiae descriptio, a qua quidem uirtute Paulus hoc loco unice commendari cupit. καὶ συγκρίνοντες ἑαυτὰς ἑαυτοῖς, et comparans me mecum ipse. Verbum συγκρίνειν nunc non potest esse admiscere; sed, ut respondeat illi alteri in priori membro μετρεῖν, quo iudicium exprimitur, erit comparare, in quo iudicium inest. Comparat autem se et componit aliquis secum ipse, qui iudicium fert de se ad normam suarum uirium, factorum, meritorum, qui, quid ipse possit feceritque quaerit, qui tantum sibi tribuit, quantum ipsi conuenit, non eo respicit utrum aequiparet, aut superet alios, an ab

iis

his longo interuallo relinquatur, uno uerbo, qui pretium suis factis uiribusque congruum sibi statuit. Quum autem haec duo membra prouerbiorum quandam similitudinem habeant, commode possunt uerti: suo pede se metiri, secum habitare. *Ἐἰς τὰ ἄμετρα, extra terminos meos, i. e. extra meam dioecesin.* Hoc ex statim dicendis lucem accipiet. Ceterum plerisque interpretibus uerba, *ἀλλ' αὐτοὶ — ἡ συνίησι,* uidentur sic intelligenda: *Sed illi (iaetatores) qui se inuicem (cum sui similibus, non cum maioribus) comparant, non intelligunt, aut non sapiunt.* Sed uide qua contra monuit *Morus Progr. cit.* *ἀλλὰ κατὰ — ἄχρι καὶ ὑμῶν)* *Sed intra certos terminos, a Deo ita mihi praefinitos, (sc. gloriolam quaero,) ut adeo ad uos usque progrederer.* *Κανὼν* h. l. est certum, finitumque doctori spatium, uno uerbo *dioecesis*; et is *κατὰ τὸ μέτρον τῆ κανόνος ναυχῆσθαι* dicitur, qui in tantum gloriatur, in quantum sua dioecesis patet, siue intra fines suae dioeceseos. *Τὸ μέτρον* autem *τῆ κανόνος* est modus seu mensura, quae constat definito ambitu, quae nunc est definitum spatium, ut si scriptor *μετρημένον κανόνα* dixisset. Est ergo *μέτρον* genus, *κανὼν* species, qua specie nominanda genus accuratius definitur, quale nominatim *μέτρον* nunc intelligendum sit. Quare siue dicat *μέτρον* solum, siue *κανόνα* solum, siue *μέτρον τῆ κανόνος* coniungat: ubiuis eadem res exprimitur. Quod autem Paulus a Deo sibi hoc *μέτρον* assignatum dicit, hoc est e' latinae linguae consuetudine, prouincia sibi, doctori, a Deo assignata. Scilicet placuerat diuinae prouidentiae, itinera Pauli sic moderari, ut in haec potissimum loca, hoc potissimum tempore ueniret: quae quidem rerum Paulinarum gubernatio diuina nunc est *μέτρησις Θεῶς*, et quum Paulus prae se fert, se

tantum terrae spatium lustrasse, quantum ab eo lustrari diuina prouidentia uoluit permittitque, tum *καυχᾶται κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, ἧ ἐμέρισιν ὁ Θεός*, in tantum gloriatur, in quantum sua dioecesis patet, siue intra fines suae dioeceseos, nec gloriam quaerit in alio spatio, ubi non est materia gloriae illi debitae. Gloriarum autem non est necessario uanitatis, sed honesta etiam professio eius, qui se illius loci illorumque hominum doctorem fuisse dicit, cuius loci et quorum hominum doctor reuera fuit. Vid. Rom. XV, 19. Quum autem addit Paulus: *ἐφικέσθαι ἄχρι καὶ ὑμῶν*, indicat, Corinthum etiam fuisse in sua dioecesi.

14. *ὃ γὰρ — ὑπερκετίνομεν ἑαυτὸς*) *Neque enim, (quasi non ad uos usque progressus sim,) terminos transilio.* Bene monet Ven. *Morus* commodiorem fore sensum, si aut Paulus ipse scripisset, aut nobis scribere liceret, *ὡς δὲ μὴ ἐφικνύμενοι εἰς ὑμᾶς, ut ii, qui non uentitant ad uos*, et tamen apud uos se fuisse iactant. *ὑπερκετίνειν ἑαυτὸν* est Graecorum *ὑπερτιθᾶν τὸν ὄρον, ὑπερ τὰ ἐσκαμμένα τιθᾶν*, et respondet illi *εἰς τὰ ἄμετρα καυχᾶσθαι*, u. 13. quod statim u. 15. exprimitur *ἐν ἄλλοτριῶσι κέποις καυχᾶσθαι*, quae uerba significant eum, qui se id fecisse iactat, quod alius fecit, sibi laudem tribuit meriti alieni. Igitur sensus uerborum, *ὃχ ὑπερκετίνομεν ἑαυτὸς*, est: Non enim nimis mihi tribuo, nec me id fecisse iactō quod alius fecit, dum in uestra urbe me fuisse prae me fero. *ἄχρι — τῷ χριστῷ*) *Iam enim usque ad uos perueni in annunciatione Euangelii.* Prius nempe ueni ad uos quam alii; anteuerti alios, qui nunc demum, quia praesens esse non possum, sese ingerunt.

15. 16. ἐκ εἰς — κόποις) *Non extra terminos meos gloriolam quaero ex aliena opera.* Ἐν ἄλλοτρίοις κόποις καυχώμενος, est is, qui se id fecisse iactat, quod alius fecit, adeoque ex aliena opera gloriolam quaerit. Hoc loco, qui de religionis christianae doctoribus agit, ea magniloquentia descripta intelligitur, qua quis Christianos ab se edoctos gloriatur, qui tamen alio praeceptore usi sunt, aut ab se prouectos ulterius, qui iam alio duce et doctore magnos progressus fecerant. Tales iactatores erant falsi doctores apud Corinthios; talem autem se esse negat Paulus. ἐλπίζω — εὐαγγελίσασθαι) *Quippe qui sperem, ubi uos iusta religionis incrementa ceperitis, fore, ut, propter uos abunde intra terminos meos celebratis, etiam ultra Corinthium agrum doctrinam christianam proferam.* Μεγαλύνεσθαι per hebraismum est laudari. Sperat Paulus, si sua de Corinthiis merita innotuerint, fore, ut faciliorem ad alios aditum habeat, atque adeo ab iis expetatur sponte. Κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν, *intra terminos meos, ut u. 13.* Ἐἰς περισσειαν, *ad abundantiam usque; ut porro non possint isti gloriari, et Apostolatus mei fructus contemnere.* Quia Corinthii magni erant nauigatores et mercatores, sperabat, per eos aliquam famam Euangelii ad oras externas peruenturam, quae ipsi Paulo aditum ad praedicandum daret, ut olim factum erat Antiochiae. Ἐἰς τὰ ὑπέρεκεινα ἡμῶν, *in locis ultra uos positis, ultra uestrum agrum.* ἐκ ἐν — καυχῆσασθαι) *Nulla autem modo intra terminos alterius, ubi omnia iam praestita sint, mihi gloriola sit quaerenda.* Phrasis, ἐν ἄλλοτρίῳ κανόνι καυχᾶσθαι rem exprimit eandem, quam ἐν κόποις ἄλλοτ. καυχᾶσθαι. Ἐἰς τὰ ἔτοιμα, i. e. ἐν τοῖς ἔτοιμοις, *in iis locis, ubi omnia iam praestita sint.*

17. ὁ δὲ — καυχᾶσθω) *Qui autem iactare se uelit, non nisi de Domino se iactet, i. e. ei unice haec beneficia et felicem successum laborum tribuat. Cf. I Cor. I, 31.*

18. ὁ γὰρ — συνίστησιν) *Nec enim, qui seipsum laudat, probus est et laude dignus, sed ipse quem Dominus commendat, Ὁν ὁ κύριος συνίστησιν, siue nunc, per rerum prosperos successus, siue olim illo die iudicii.*

## CAP. XI.

I. Ὁφελον — τῇ ἀφροσύνῃ) *Vtinam ferre possitis paullulum meam insipientiam. Τῇ ἀφροσύνῃ, ob stultitiam. Alii legunt τῆς ἀφροσύνης, sc. ὄνεια, uel est traiectio pro μικρόν τι τῆς ἀφροσύνης μὲ. Insipientiam uocat extortam sibi apologiam, ideo quod speciem quandam insipientiae habeat, apud eos, qui rem non penitus inspiciant cum suis circumstantis. Reprehendit simul stoliditatem aduersariorum apud lectores, qui scirent immoderate istos nouos doctores gloriari. ἀλλὰ καὶ ἀνοχεσθεῖ με) *Sed fertis me. Ironia. Vos nihil libentius auditis, quam si quis se laudat.**

2. ζηλώ — ζηλώ) *Nam aemulor uos, uehementer amo uos aemulatione Dei, non propter me aut pecunias uestras, sed Dei causa. ἤρμοσάμην — τῷ χριστῷ) *Ego enim uos praepparavi, idoneosque reddidi, ut uos uni uiro Christo, tanquam sponso, ueluti uirginem integram, castam puramque adducere, et quasi despondere possim. Studui mea opera uos efficere Christi sectatores; ergo nolo uos mihi et Christo per doctores falsos abduci. Ἐν ἀνδρὶ, ut per omnem uitam unum sequeremini. Sunt omnia uerba ab aman-**

amantibus sumta, et uidetur Apostolus respexisse ad quendam Veterum morem, ex quo sponsæ, hominum inprimis lautiorum, non solum bene casteque educabantur, sed diligentissime etiam curabantur, ut formæ pulchritudinisque gratia sponsi animum capere et tenere possent. Esth. II, 12. Ioseph. Ant. XI, 6, 2. Ecclesia itaque est sponsa, Christus sponsus, Paulus autem, ut quilibet uerbi diuini minister est quasi curator huius uirginis, ἐπιμελητὴς τῆς παρθένου, qui postquam hanc uirginem satis curauit et prae-parauit (ἡρμόσατο,) eam Christo sponso παρέστησι, adducit. Ἀγιήν, integram, puram, quae nollet per aliorum societatem uel doctrinam pollui.

3. ὡς — πανουργία αὐτοῦ) Serpens ille, siue draco, per quem Satanas intelligitur, Apocal. XII, 9. Proponit Apostolus exemplum mulieris deceptae, quoniam ecclesiam modo cum uirgine comparauerat. ἕτω — εἰς τὸν χριστὸν) Ita mentes uestrae corrumpantur, atque abducantur a simplicissima illa doctrina Christi, quam uobis tradidi. φθαρῆς, uobis nihil huiusmodi cogitantibus; sicut Eua non dedito studio transgressa est praeceptum Dei, sed calliditate seductoris in errorem delapsa est. Ἀπὸ τῆς ἀπλότητος, contracta locutio: ut abiiciatis illam simplicem doctrinam de Christo, quam a me hausistis.

4. εἰ μὲν — καλῶς ἡνείχεσθε) Varie potest explicari hic locus, ut tamen sensus sit commodus. 1) Si quis istorum, qui ad uos ueniunt, alium Iesum uel Saluatorem (uerum,) aliudque Euangelium (uerum) commendat, (quod tamen fieri non potest,) recte sane eum toleraretis. 2) Si falsus aliquis doctor doceat alium (falsum) Iesum, quem ego non docui;

docui; si nouam (et falsam) scientiam, qualem a me non accepistis, uobiscum communicet; si nouum (et falsum) a me diuersum tradat euangelium; egregie tuleritis eum. Cum ironia haec dicta sunt. Πνεῦμα h. l. est cognitio a Spiritu accepta, et quidem, respectu falforum doctorum, cognitio quam quis mentitur se accepisse a Spiritu. Ceterum idem dicit Paulus tribus modis.

5. λογίζομαι — ἀποσβῶν) Sed nulla in re inferiorem me esse eximiis illis Apostolis existimo. Plutarch. de fort. Rom. ἀλλ' ὁρᾷς πῶσον ὑπερεῖς με; sed uidesne tamen quanto me sis inferior? Ἵπερλίαν, plusquam ualde, aduerbium est compositum, ut ὑπερεῖς, plusquam bene. Ὅι ὑπερλίαν ἀπόστολοι sunt eximii Apostoli, uel doctores, i. e. qui se eximios esse praedicant, ut ironice designentur isti thrasones, qui Paulo detrahebant. STORRIUS (p. 15. f.) τὰς ὑπερλίαν ἀποσβῶν, quibus se nihilo inferiorem esse Paulus dicit, Iacobum et Petrum esse existimat, quos etiam Gal. II, 9. in primis, et summo quidem inter columina loco numeratos fuisse legimus.

6. εἰ δὲ καὶ — γνώσει) Si uero uel maxime imperitus sum loquendi, (minus eloquens,) at talis non sum cognitione et intelligentia rerum sacrarum. Ἰδιώτης τῷ λόγῳ est, cui λόγοι et πείθω defunt, qui non pollet eloquentia et ui dicendi. Ioseph. A. II, 12, 2. Potest tamen ἰδιώτης τῷ λόγῳ etiam esse graeci sermonis minus peritus; qualem fuisse Paulum, ex scriptis eius patet, quum contra Graeci, Athenienses, Platonici, Stoici stili facultate excelluerint. ἀλλ' ἐν — εἰς ὑμᾶς) Sed potius omnino tempore ac loco me uobis satis probaui (tanquam ueram Aposto-



Apostolum atque doctorem.) Ἐν παντί, ἴσ. μέρει. Quasi dicat: Quid attinet haec pluribus a me referri? Vos ipsi, sicut alii multi, me estis experti, et noscitis qualis sim.

7. ἢ ἀμαρτίαν ἐποίησα) Ironice. Nisi quidem hoc est meum peccatum. Si eximii illi doctores hoc putant peccatum esse quasi, et dignitati muneris Apostolici non conueniens, quod mihi his manibus uictum parari, facile patior. ἐμαυτὸν — ὑψωθῆτε) Quod me depressi, manibus meis uictum parando, ut uos iam quasi in sublimi sitis loco. Ταπεινῶν ἑαυτὸν, deprimere se, ex hebr. נָצַף, miserias sibi iniungere et hoc quidem loco suscipere paupertatem uoluntariam. Ergo oppositionis lege exaltare erit, reddere aliquem felicem.

8. ἄλλας — διακονίαν) Ἐσύλησα, spoliaui quasi; accepi ab illis mercedem. Πρὸς τ. ὑ. διακονίαν, siue, ut possem tantum per tempus apud uos Euangelium praedicare; siue ad uos misi, ut nascenti apud uos ecclesia stipendio subuenirem. ἢ κατενάρκησα ἕδους) Nemini uestrum oneri fui. Νάρκη, torpor; hinc uerbum καταναρκᾶν, obtorpere cum damno alterius, oneri esse alicui; nam torpida membra sunt etiam grauiora suoque onere pressa, immota.

9. τὸ γὰρ ὑπέρημά μου) Quicquid enim mihi deerat. Illud, inquit, non a uobis exegi aut petii, sed qui e Macedonia uenerunt fratres προσανεπλήρωσαν, si quid deesset ad meum uictum, quod manuum labore non poteram parare. ἕβαρῃ ὑμῶν ἑμαυτὸν ἐτήρησα) Cui, ne uobis molestus essem. Ἄβαρεῖς apud Graecos uulgo dicun-

dicuntur, qui aliis non graues sunt, eosque non premunt, iniuriæque non afficiunt; sed h. l. ἀβαρής est, qui alteri non molestus, onerosus est, quum non causam præbet impensarum sumtuumque faciendorum, sicuti contra βαρὺς est, qui aliis molestus et onerosus est, Ioseph Ant. I, 16, 2. VI, 13, 10.

10. εἰμι ἀληθ. χρ. ἐν ἑμοί) *Vobis ego per Christum uere affirmo*, ut Rom. IX, 1. Est formula iurandi. Quae iam dico, ea uere dico, uti decet Christianum. ἔτι ἢ κἀνυχησις — τῆς ἀχαΐας) *Hanc, meam laudem*, (me gratis docere) *nunquam impediam in prouincia Achaica*; nunquam flagitabo mercedem. εἰ φραγέσεται, *non impediètur*, quod nempe ad me attinet. Ἐν τοῖς κλίμασι τῆς ἀχαΐας, *in regionibus Achaicis*, in uniuersa Achaiae prouincia.

11. διατί;) Sc. nunquam ab Achaeis mercedem postulabo. Si causam rogatis, haud sane illa est, quam aduersarii afferunt, quasi ego uos spernerem.

12. ὁ δὲ ποιῶ — ἀφορμὴν) *Quod autem facio*, eam ob causam facio, (supplendum enim est: διὰ τὴν ποιῶ) *id etiam porro faciam*, ut praescindam occasionem, gloriandi nempe, uel reprehendendi et calumniandi, iis qui occasionem quaerunt. Θέλουν, *optare, quaerere*. ἵνα — ἡμεῖς) *Vt, dum se laudare uolunt, mei similes esse debeant*, sine lucri studio et mercedis appetentia. Efficiam, porro gratis docendo, ut isti non amplius possint se ipsos laudare, nisi meum exemplum imitentur, et lucri studium deponant.

13. ἐργάται δόλοι) Sc. εἰσω. Operam dant Euangelio, sed non bona fide; nam gloriam tantum et commoda sua quaerunt. μετασχηματιζόμενοι — χρισῶ) Personam induunt Apostolorum Christi, quum ab eorum uirtutibus longe absint, eorumque doctrinam uarie corrumpant.

14. αὐτὸς γὰρ — εἰς ἄγγελον φωτὸς) Ipse enim Satanas simulat angelum bonum, i. e. operatur omnis generis flagitia inter hominēs, specie boni et honesti. Nempe omnis generis flagitia sunt opus Satanae. Si ad certum aliquod factum respicit Apostolus, poterit deceptio Euae per serpentem specie intelligentiae maioris acquirendae intelligi, Gen. III. Verisimile est, Satanam, quum in peccatum induceret Euam, induisse speciem boni angeli, non autem serpentis; serpentem uero, (ⲬⲚⲚ) in narratione Mosis esse Symbolum seductoris. Cf. Repertorium für bibl. und morgenländische Litteratur, Parte V. nr. IV. Sed ad singulare aliquod factum non uidetur Paulus respicere.

15. οἱ διάκονοι αὐτῶ) Sic uocantur falsi doctores, quia hominibus damnum inferebant, suiue commodi causa eos a uera Christi doctrina auertebant. διάκονοι δικαιοσύνης) i. e. *sinceri, integri*, quia Pseudapostolis opponuntur, uel ministri Euangelii, quod est ueritas κατ' ἐξοχὴν. ὧν ἡ τέλος — ἔργα αὐτῶν) Qui poenas dignas factis suis ferent. Τὸ τέλος, exitus, praemium uel poena. Rom. VI, 21.

16. πάλιν — εἶναι) Iterum admoneo, ne putetis me *insipere*. Sic uiam sternit ad eam orationem, qua uidetur suas laudes ipse nimium praedicare. εἰ δὲ — καυχώσονται) i. e. Si tamen id impetrare ab omnibus uobis non

possam, ut boni aequique consulatis, sustinete igitur et me desipientem et gloriantem, quum receperitis istos thraones.

17. εἰ καλῶ κατὰ κύριον) *Non secundum Dominum, i. e. non ita ut cultorem Christi deceret, si res in se consideretur; Christus enim non uult, ut nos laudemus, sed ut simus animo demisso. Non negat Paulus se optimo consilio haec scribere, sed modum hunc defendendi suum honorem, sibi non placere, fatetur. Alio modo honorem suum defendisset, si per rerum circumstantias potuisset fieri. ἀλλ' ὡς ἐν ἀφροσύνῃ) Sed dico haec, ut si ego etiam essem homo stolidus et uanus. Ἐν ταύτῃ — — καυχίσεως, quoniam nunc cum tanta confidentia incipio me laudare. Cf. supra c. IX, 4.*

18. κατὰ τὴν σάρκα) *De rebus externis, quod sint Hebraei, eloquentes, etc. Vide supra c. V, 16.*

19. ἡδέως — ἀφρόνων) *Ferre soletis iactabundos. Est iusta reprehensio, quod tales tam insipientes et stolidos homines, quales erant falsi Apostoli, non aegre sustinuerint. φρόνιμοι ὄντες) Ironia: Quia uobis sapientes uidemini. Vel est iterum reprehensio: Quos decebat multo peritiores iam esse.*

20. εἰ τις ὑμᾶς καταδουλοῖ) *Si quis uos in seruitutem redigat, si falsus doct̄or uos seruili modo tractet, omnia pro imperio et auctoritate agat, nihil docendo, hortando, rogando. κατεσθίει) Deuoret quasi totos, i. e. bonis nostris uos exuat. Nam isti homines, de quibus Paulus loquitur, tantum sua commoda quaerebant.*

εἰ τις  
λαμβάνει

λαμβάνει) δῶρα, si quis libenter dona accipiat. Vel: si quis fallit nos, ut sit ellipsis; λαμβάνει, sc. δέλω. εἰς προσω- του δέρει) i. e. si contumeliose, insolenter nos trahet. Est metonymia speciei pro genere; nam *colaphis caedere* est ignominiosum.

21. κατὰ — ἡσθηνήσαμεν) *In dedecus* (uestrum, uel, ut alii uolunt, falsorum Apostolorum,) *hoc dico, me nimis fuisse timidum*, i. e. me nunquam huiusmodi aliquid esse ausum; ut ὡς redundet. Obiecerant aduersarii Paulo ταπεινότητα, et ἡσθηνείαν, c. X, i. 10. Is igitur h. l. eleganter suam ἡσθηνείαν opponit τῇ δυνάμει falsorum Apostolorum. Illi poterant καταδεῖν, κατεσθίειν etc. De his autem rebus dicit, *fateri sese, se in illis infirmum fuisse*, se tamen id dicere in *dedecus* falsorum Apostolorum, quippe qui de sua cum Apostolo similitudine praecipue gloriabantur, u. 12. *Storrius* (p. 75. not. 153.) uertit: *Cum dedecore fateor, quod ego, si ista (u. 20.) sunt uirtutes, imbecillus fuerim*, eamque, si placet, δύναμιν assequi inter uos non potuerim. Sic subest *ironia*. Nam ex aduersariorum opinione illa modestia (ἡσθηνεία) Pauli illi fuit opprobrium; sed Apostolus regerit, si Pseudapostolorum moribus induendis mereri debeat, ne ἡσθηνῆσαι posthac dicatur, cum suo dedecore fateri se malle, quod opprobrium sit dignissimum. ἐν ᾧ — καγῶ) *In iis uero rebus, quibus illi audacter confidunt, et gloriantur, et ego gloriari possem, si uanus essem.* Τολμᾶν ἐν τινὶ, *audere in aliqua re*, i. e. superbire aliqua re.

22. ἰβραῖοί ἐσσι; καγῶ) *Hebraei*, qui religionem hebraicam professi, ab hac religione sua uel a circumcisione, cum

qua religionem hebraicam suscepissent, insigne ornamentum habere credebantur. Ἰσραηλιταί, nati Israelitae, non profelyti demum. Σπέρμα Ἀβραάμ, qui originem altissime a maioribus hebraeis, quin ab ipso *Abrahamo* repetebant; quod summum decus habebatur. Iudaei quavis data occasione originem suam, et genus ab *Abrahamo* iactabant.

23. ὑπὲρ ἐγώ) *Ego amplius sum*. Ponitur h. l. ὑπὲρ adverbialiter πρὸ πλείον, s. μᾶλλον, quod et sequentia ostendunt, ubi nonnisi adverbia, uti περισσοτέρως etc. τῷ ὑπὲρ respondent. ἐν θανάτοις) *In mortis periculis*. Supra I, 9, 10. et aliis locis.

24. ὑπὸ — λαβὼν) Τεσσαράκοντα sc. πληγὰς, quod *Iosephus*, de eadem re exponens, disertè addit, A. IV, 8, 21. πληγὰς μιᾶς λιπίσης τεσσαράκοντα — λαβὼν. Secundum legem Mosaicam, Deut. XXV, 3. quadraginta plagis haec castigatio consistere debuit. Sed Iudaei eam 39 tantum plagis cohibuerunt; quem numerum et hodie in hoc poenae genere observant, ne, si forte minister falso numerasset, ei, qui pulsaretur, iniuria fieret. Targum *Ionathan* in Deut. XXV, 3. „Quadraginta plagas intentabit, sed una minus percutiat eum, non implebit numerum, ne ultra 39. istas verberet ipsum percussione redundantem.”

25. ἰβραβδίσθη) *Virgis caesus sum*, more Romano, per lictorem. Semel haec poena Paulo inflicta legitur Philippis, Act. XVI, 22. ἐλιθάσθη Act. XIV, 19. νυχθήμερον — πεποίηκα) Ἐν τῷ βυθῷ, *in profundo maris*, iactatus ab undis; insidens forte tabulae navis. Βυθός, h. l. est omnino *mare*, ut Ps. CVII, 24. vers. Alex. ubi usur-

usurpatur de mercatoribus, qui mare transeunt. Alii intelligunt carcerem subterraneum; alii *puteum* aqua plenum, in quo latendum fuerit Apostolo totum per diem, ut infidias effugeret. Ποσειδῶν *uersari*.

26. (ἐν) ὁδοιπορίαις πολλαῖς) Supple: ἐγερόμην. Ἐκ γένους) Sc. ἐμῶ. A mea gente, a Iudaeis, intentata mihi sunt pericula.

27. γυμνότητι) Comparet dicitur, de uestitu tam leui, qui corpus non fatis defenderet.

28. χωρὶς τῶν παρεκτός) Sc. γενομένων. Praeter ea, quae extrinsecus, (aliunde, ex locis aliis) eueniunt; ut cetera omittam. ἢ ἐπιούσασιν — ἡμέραν) Supple: ὄσον, e. g. multitudo hominum, qui me quotidie adeunt et interpellant. Nam ad uirum magnae auctoritatis quotidie magna multitudo hominum confluere solet. ἢ μέριμνα — ἐκκλησιῶν) Cura omnium (i. e. plurimarum) ecclesiarum. Scripsit nempe Apostolus his etiam coetibus, apud quos nondum fuerat, (Col. II, 1.) et curauit ut omnes edocerentur.

29. τίς ἀσθενῶ, καὶ ἐκ ἀσθενῶ;) Quis (quae ecclesia) affligitur, ut ego non affligar; Semlerus: Quis enim usquam est quasi infirmus (in fide) quin et ego me ei submittam? Esse dicit illam oeconomiam Pauli, qua lac tantum dat aliis, aliis cibum solidum. τίς — κερῆμαι;) Quis est, cui offensa obiicitur in uia pietatis, ut non ego urar? i. e. grauissime commouear? Σκανδαλίζεται ex hominum aliorum imprudenter aut temere factis, e. c. per esum idolothytorum, neglectumque ciborum discrimen. Πυρῆμαι,

quasi igne incensus, omni ardore do operam, ut scandalum amoveam. Dicit igitur Apostolus, se non modo ipsum se demittere ad imbecillos, sed indignari et exandescere etiam, si alii idem reculent facere, sicque infirmos ad peccandum inducant. I Cor. VIII, 9. sq.

30. τὰ τῆς ἀσθενείας μου καυχῆσομαι) *De afflictionibus meis gloriabor*, quod nempe tot mala Christi causa pertulerim. Nam ἀσθενεία, *afflictio*, I Cor. II, 3. Rom. VIII. 26. aliisque locis.

31. ὁ Θεὸς — ἐ ψεύδομαι) Est et hic traiectio. Nam οἴδεν naturalī ordine poni debuit ante illa: ὅτι ἐ ψεύδομαι. Et hic iterum iurat Paulus; sed in re grauiissima, et ad Deum pertinente. Rom. IX, 5.

32. ὁ ἐθνάρχης ἀρέτα τῷ βασιλέως) Tres huius nominis reges Arabes habuerunt, probe a se inuicem discernendos. *Aretae primi* mentio fit 2 Macc. V, 3. *secundi* apud Ioseph. Ant. XIII, 15, 2. XVI, 1, 4. *Aretas III.* Herodis Antipae focer, est is, de quo h. l. sermo. Indixerat is bellum Herodi Antipae, genero suo, ob repudiatam ab illo uxorem filiam suam, eiusque copias fuderat. Hinc factum est, ut a Tiberio, cui foceris insolentiam per litteras Herodes significauerat, Vitellius mitteretur, qui Arabem coerceret, eumque aut uiuum abduceret, aut occisi caput Romam mitteret. Vitellius aliquamdiu in itinere haeret; Tiberius moritur; Aretas uero ab imminente periculo praeter spem liberatum se uidet. Ioseph. Ant. XVIII, c. 5. Quid tum Aretas gesserit, quaeue ceperit consilia, ueteres scriptores quidem haud referunt; haud improbabile tamen est,



est, eum de Tiberii morte certiore factum, ne opportunam hanc occasionem dimitteret, ex improviso in Syriam impetum fecisse, urbemque Damascum occupasse. Quis huius Aretae *ethnarcha* fuerit, Damascenorum civitatis, an solummodo Iudaeorum, Damasci habitantium, praefectus? de eo non consentiunt eruditi. Videtur autem intelligi ἐθνάρχης Iudaeorum; nam uocabulum hoc plurimam partem, ut patet ex Iosepho Ant. XIII, 6, 6. XIV, 7, 2. aliisque testimoniis, de Iudaeorum praefectis adhibitum est; habuerunt porro Iudaei eo tempore in nobilioribus extra Palaestinam sitis ciuitatibus suos Ethnarchas; neque ullo testimonio probari potest; eos, qui ab Imperatoribus, aut tunc Arabum regibus Syriae, imprimis Damascenae regundae impositi fuere, *Ethnarcharum* gessisse nomen. Nominat autem Paulus *Regis Aretae Ethnarcham*, quia, ut coniecere licet, a Rege Areta Iudaeis, dimisso priore, praepositus fuit, et a Romano, siue potius a Romanis constituto, erat secernendus. Vid. b. Io. Ern. Imman. Walchii diff. de *Ethnarcha Iudaeorum Damascenorum Paulo infidiantium*. Historia narratur Act. IX, 22. §§. sed sine nomine Regis Aretae.

33. διὰ θυρίδος) Per fenestram, muro iniunctam. ἐν σαργάνῃ) In corbe. Suidas: σαργάνη, δε μὲν σχοινίου τι, δε δὲ πλέγμα τι ἐκ σχοινίω. Etym. σαργάνη, ἀπὸ σχοινίω πλεγμάτων εἰς ὑποδοχὴν ἰχθύων.

## CAP. XII.

I. **Κ**αυχᾶσθαι δὴ ἔσφι μὲν μοι) *Gloriari sane non expedit mihi.* Vulgata, quacum consentiunt nonnulli Codices,

Versiones et Patres, legit: *καυχᾶσθαι δεῖ, ὃ συμφέροι, quam* lectionem *Semlero* etiam et *Storrio* probatam eae auctoritates confirmant, quae, quod abruptum loquendi genus videretur, utramque enunciationem per coniunctionem *εἰ*, aut *ἀλλ'* copularunt. Vtuncque autem legas, sensus est, se non sui commodi causa, sed ad defendendam suam auctoritatem apostolicam laudes suas commemorare. *ἐλευσσαι — κυρις*) Supple ante haec uerba: Hoc praemendum existimaui, ne quis putet me ex uanitate quadam et gloriae cupiditate haec commemorare. Sensus non est obicurus. Pergendum mihi est, quia ad laudes meas delapsus sum, quamuis parum proficiam hac uia in meo proposito. Gloriandum est nempe, ut habeatis, quod istis opponatis. *Ὀπτασία*, quomodo apud Danielem saepe uertitur *מראה*, siue *δρασις*, est species uisibilis, obiecta uigilanti aut somnianti. *Ἀποκάλυψις* est quidem generale; sed hic ponitur pro afflatu, siue luce, qua mens perfunditur.

2. *εἶδα ἀνθρώπου ἐν χριστῷ*) Sc. *ἔντα, γενόμενον. Noui Christianum*; nam *ἐν χριστῷ εἶναι* est: Christianum esse. Sic Paulus de se loquitur, modestiae causa; sicut contra, ubi aliquid dicendum est, quod odiosum est, pro secunda persona primam assumit. *πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων ἀρτ. τ. τοι. εἰ. τρ. ἕρ.*) *Qui ante annos XIV. abreptus fuit usque ad tertium coelum.* Iudaei septem coelos, interuallis rerum, quae insunt, distinguere solent. Nomina horum coelorum *Wetstenius* ex scriptis Rabbincis recenset. Sunt nempe 1) uelum. 2) expansum. 3) nubes. 4) habitaculum. 5) habitatio. 6) sedes fixa. 7) Araboth. In sacris litteris tres

tres memorantur coeli. Primum est *aëreum*, cuius tres regiones, suprema, media, infima. Secundum est *coelum fideum*, in quo sol, luna et stellae. Tertium est *sedes beatorum spirituum*, quod coelum coeli appellat. David, quia sublimissimum est et excellentissimum. Alii existimant, tertium coelum differre a Paradiso, cuius statim u. 4. fit mentio, ita quidem, ut tertium coelum sit *summum coelum*, in quo Deus solus fit; Paradisus autem locus beatorum. Sed in hac re multa sunt obicura. Certe illud in *coelis esse*, magis indicata statum conditionemque hominis, quam locum certum. Nam Deus etiam, quum in coelo esse dicitur, non tam dicitur ibi esse, ut in suo quodam loco, quam potius *superior omnibus*, omnium summus. Ps. CXV, 3. Proprie enim  $\text{עָלְיוֹן}$ , τὸ ὕψος significat *altum, excelsum*. εἶτε — ἐκ δίδα) *Nescio utrum animus in eius corpore fuerit, an discesserit*. Homo nempe spectatur quoad animum. Putant quidem Iudaei, animam hominis interdum e corpore duci, et rapi in coelum; alii uero totum hominem rapi putabant, ut ex apocrypho narrat Clemens Al. L. V. Strom. de Sophoniae raptu in coelum *quintum*. Dicit autem Paulus, nescire se, utro modo ei, id, de quo agit, euenerit. Ἐν σώματι est corpore translato; ἐκ τῶς τῆς σώματος est *animo*, sine ulla corporis motione. Dicit igitur Apostolus, se nescire, utrum tum fuerit animus eius in corpore, an minus. Ergo non fuit sibi conscius rerum externarum; fuit in extasi, ut Petrus, Act. X, 9. Vocula εἶτε, εἶτε, *utrum, an*, uertenda est, quemadmodum interdum etiam apud Profanos occurrit.

4. ὅτι ἠρπάγη εἰς τὸν παράδεισον) *Moeris: ἠρπάσθη*, Ἀττικῶς, ἠρπάγην, Ἑλληνικῶς. *Raptus est* siue ablati

(nempe mente et cogitatione) *in Paradisum*. Est uero Paradisus status beatorum mortuorum, in quo beate uiuunt. Luc. XXIII, 43. Cf. supra u. 2. ἄβρητα ῥήματα) *Res non dicendas*, i. e. quae dici nequeunt, effariue non possunt, aut eloqui fas non est. Ἄβρητα, non dicenda. Sic ἄβρητον ὄνομα, non dicendum nomen. Ita uocant Tetragrammaton, quod et *ineffabile*, i. e. ἀνεκλάλητον; quomodo Hermeti Deus dicitur ἀνεκλάλητος, ἄβρητος, σιωπῆ Φωνόμενος, *ineffabilis, non dicendus, silentio exprimendus*. Ρῆμα, רבב, *res, negotium*. Intelligendum est igitur de *rebus ipsis*, quas nemo hominum nunc potest intelligere, uel exprimere uerbis. Quaquam modus, quo Paulo haec contigerint, nobis ignotus est, minime tamen ad opinionem tantum referri possunt. Laudat enim Paulus tanquam singulare Dei beneficium, quod gustauerit felicitatem, quae est in paradiso.

5. ὑπὲρ τῶ τοιάυτῃ καυχῆσθαι) *De eiusmodi re gloriari possem*. Futurum pro potentiali, more hebraeo; et ὑπὲρ pro περὶ, ut saepius. Alii accipiunt τῶ τοιάυτῃ masculino genere, et uertunt: *de eiusmodi homine*. Sed haec interpretatio pugnat cum immediate sequentibus uerbis: ὑπὲρ δὲ ἐμαυτῶ etc. ex quibus patet, mentem Pauli hanc esse: *Se gloriari quidem posse, et recte gloriari, de raptu suo in coelum, tanquam de re, cuius laus tota ad eum pertineat, a quo res illa dimanauerit, de seipso autem, uel de eo, quod sibi inest, se gloriari nolle*.

6. εἰν — ἄφρων) *Licet, si de factis meis loqui uellem, non essem uanus*, i. e. non opus esset mihi uaniloquentia; factis rerum mihi suppeteret. Ἀλήθειαν γὰρ εἶρῶ, *dicerem*

rem enim uera. <sup>φείδομαι δὲ</sup>) Sc. τῷ ἐπεὶ, μεγαλαυχεῖν. Consulto ab illarum rerum commemoratione abstineo. μή τις — ἐξ ἐμῶ) Ἐἰς ἐμῶ, pro: περὶ ἐμῶ. Ne quis in eam partem haec accipiat, quasi ostentem ea, quae neque uerbis, neque re appareant; ne quis maiorem de me opinionem habeat, quam dicta et facta mea merentur.

7. καὶ τῆ — ὑπεραίρωμαι) Ne autem propter excellentes has reuelationes me efferrem. <sup>ἰδὲθι μοι σκόλοψ τῆ σαρκί</sup>) Stimulus infixus est carni meae, i. e. acuto dolore pungor. Hic locus mirum in modum exercuit interpretes. Dolorem auriculae uel capitis significari, ait *Tertullianus* de pudicitia; κεφαλαλγίαν *Chrysoftomus* et *Hieronymus*; carnis et corporis multa ac grauiā tormenta *Cyprianus* de mortalitate; graues et continuas animi tentationes alii. Grauem animi dolorem intelligi, patet ex sequentibus; cum hac uero animi aegritudine coniunctam fuisse corporis quandam infirmitatem exinde patet, quod τῆ σαρκί, corpori, hunc furculum inditum esse dicit. ἄγγελος — κολαφίζη) Immissus mihi a Satana, ut me colaphis caedat quasi continuis. Colaphis caedere per metonymiam saepe est ignominia afficere, ut supra c. XI, 20. Ἄγγελος σατῶν potest malum Spiritum indicare, ut *Matth.* XXV, 41. sed et nuncium, uel aliquem a Satana missum. Possit ergo intelligi homo malus, qui spectetur ut instrumentum diaboli, e. g. falsus quidam Apostolus, uel aduersarius Pauli, qui eum dolore et ignominia ubique afficeret. Posses etiam cum *Semlero* aliquem destinatum aduersarium ex parte Iudaizantium intelligere, qui Pauli ante aetam uitam publice inuidiosius describere et uituperare non desineret.

8. τρις τὸ κύριον παρεκάλεσα) Τρις, *saepius*, ueteri loquendi usu; uel etiam *ter*, diuerso tempore, ob insignem tanti mali sensum. Τὸν κύριον, i. e. *Christum*, quod et Sociniani fatentur.

9. ἄρκει σοι ἡ χάρις μου) *Sufficere debet tibi, quod tibi bene uolo.* Ἄρκει, *sufficere debet.* Ἀρκεῖν denotat etiam *iuuare, suppetias ferre.* Vid. Kypke. ἡ γὰρ — τελειῖται) *Nam potentia mea in illis, qui malis obnoxii sunt, perfectius agnoscitur.* Ἀσθενεία, pro hominibus qui aduersis sunt obnoxii. Τελειῖται hic est *perfectius agnoscitur*, sicut saepe uerba hebraea Hiphil ad notitiae effectum referuntur. Manifesta est uirtus Dei, ubi per homines humiles, qui ab aliis contemnantur, res magnas efficit. Alioqui uerum etiam hoc est, quod Plinius dicit VII, epist. 26. *optimos nos esse, dum infirmi sumus.* ἵνα — χριστῷ) *Vt efficacia Christi super me tabernaculum collocet,* i. e. ut eo magis uis illa Christi per me appareat. Nam σκηνοῦν, ἐπισκηνοῦν, ex Syriaco כּוּשׁ est *habitare.* *Habitare* autem h. l. est frequenter se ostendere; sicut homines saepius domi sunt, quam extra domum.

10. διὰ ἰουδοκῶ ἐν ἀσθενείαις) *Quapropter amo illa aduersa,* יְפַצְתִּי aut רִצִּיתִי. Voluptatem adeo capio ex hac mea tam humili forte. ὅταν — δυνατός εἰμι) Quo magis aduersis premor, eo maiora Deus per me operatur.

11. γέγονα ἄφρων καυχώμενος) Deest καυχώμενος in nonnullis, iisque uetustis Codd. in Versf. et Patribus quibusdam, *Parum abest, quin factus fuerim uanus et stolidus gloriando.* εἰδὲν — ἀποσβῶν) *Nulla in re inferior sum illis Apostolis, qui summo in loco ab aliis habentur.*

Ἰπερλίαν, i. e. ὑπερπάνου. Vt praeposuit se aliis quibusdam, inter quos et ψευδαπόστολοι essent, ita nunc et praestantibus etiam Apostolis et eximiis, se esse inferiorem negat. Ἐγὼ καὶ ἐδὲν εἰμι, quamuis ego ipse nihili *sem* faciendus. Prouerbii figuram habet.

12. τὰ μὲν — ἐν ὑμῖν) *Indicia quidem Apostoli, i. e. argumenta ex quibus liqueat me uere esse Apostolum Domini, edita sunt apud uos, nempe a me. ἐν πάσῃ ὑπομονῇ) Per tolerantiam magnam.* Dicit Apostolus, se non tantum editis miraculis, sed et patientia in aduersis ostendisse, se uerum esse Apostolum; nam uere magnum est, plura, quam ceteri, aduersa, fortiter tolerare.

13. τί γὰρ — ἐκκλησίας;) *Nam quid est, in quo fueritis inferiores ceteris ecclesiis? Cf. I Cor. I, 7. Sequentia dicta sunt ironice. Paulus hic ex contrario fecit figuram. Si apud uos iniustitia est, minus quam debetur, sumere, rogo, hanc culpam mihi condonetis.*

14. ἰδὲ — πρὸς ὑμᾶς) Non hoc dicit, tertio se nenturum, sed iam tertium esse, quod se parat itineri ad ipsos, et impeditur. Ἐτοίμως ἔχω, *animo nempe, et uox τρίτου non ad ἐλθεῖν, sed ad ἐτόμως ἔχω referenda est.* Apostolus enim, ex quo primum adierat Corinthum, (Aēt. XVIII, 1. sq. I Cor. III, 6. 10. IV, 15.) interea non rediit; Aēt. XVIII, 18 — XX, 1. quumque e Macedonia in Achaiam proficisci nunc pararet, *secundum, non tertium iter suscepit.* Aēt. XX, 2. 2 Cor. IX, 4. I, 15. Plura uid. ad c. XIII, 1. 2. εἰ γὰρ — ὑμᾶς) τὰ ὑμῶν, sc. ὑπάρχοντα. Non fortunas uestras expeto, sed uos mihi reddam; uos in aeternum saluos praestare cupio.

15. ἐγὼ δὲ ἠδίκα κατανήσω) *Ego uero lubentissime impendam* sc. sumtus et argentum, quicquid uel manuum labore acquirō. καὶ ἐκκατανήσομαι — ὑμῶν) *Et memetipsum, uitam meam impendam pro uobis.* Passiuum hic, ut saepe, est pro reciproco. Ἐπεὶ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, *pro uobis*, uestrisque commodis.

16. ἴσω — ὑμῶν) Forte mihi concedent illi, me uobis palam molestum non fuisse. ἀλλ' ὑπάρχων — ἔλαβον) Forte dicent, me ut hominem uersutum fecisse, per interpositas personas, quod per memetipsum facere nolueram. Recitat quasi ipsa uerba accusatorum, ut statim obiectionem soluat.

17. μή τινα — ὑμῶν;) Hebraicus loquendi modus, pro: μή διὰ τινος ὧν ἀπέσταλα πρὸς ὑμᾶς, ἐπλεονέκτησα ὑμῶν;

18. παρεκάλεσα — τὸν ἀδελφόν) Neminem nisi Titum et alium collegam misi. Cf. supra VIII, 6. 18. εἰ τῷ αὐτῷ — ἴχνησι;) i. e. Nonne eodem erga uos animo affecti sunt illi et ego? Illi me per omnia imitati sunt. Mentiti sunt igitur aduersarii Pauli, Corinthios per Titum emunētos fuisse argento, quod sibi ipse muneri dari noluisset. Cur uero *Titum* proprie impeterent, causā in eo posita uidetur, quod is proprie de Pauli familiaribus, eoque nomine falsis Apostolis tanto inuisior, et in eorum criminationibus atque consiliis repellendis pro sua rerum Apostoli accurata notitia tanto felicior esset, c. VIII, 23. VII, 7 — 15. quum contra inter Paulum et Titi comitem tam aucta certe societatis et amicitiae uincula non intercessissent. c. VIII, 23.



19. πάλιν — ἀπολογέμεθα) Putatis forte, me hoc toties repetere, mei purgandi causa, uel etiam domesticae utilitatis aut timiditatis causa. ἵνα δὲ πάντα — δικοδομήσ) Dico haec omnia, conficio Deo, et ea ueracitate, quam Christus nos docuit; nempe ne si ego uobis uilescam, uilescat uobis et Euangelium, quale id uobis praedicaui.

20. Φοβῆμαι — εἰ θέλετε) Haec, et quae in immediate antecedentibus dicta sunt, non conuenire uidentur cum istis laudibus, quae supra c. VII, 6. 16. et c. VIII. IX, commemorantur. Suspiciatur Semlerus a c. X. esse aliam *schedulam*, a Paulo postea a Corinthios missam, quum didicisset ex nouis Titi aut aliis litteris, quo in loco res iam *Corinthi* essent, quantumque auctoritatis quidam Iudaizantes sibi hic fumerent, qui sc. non crederent, tantum argenti a Paulo ad Palaestinos allatum iri. Sed alia causa, cur Paulus ita scripserit, iam statim commemoratur. μήπως ἔρρις) Supple: etiamnum post tot remedia adhibita inter uos reperiantur. Ceterum iste catalogus horum uitiorum non ad omnes pertinet.

21. μὴ πάλιν — πρὸς ὑμᾶς) Πάλιν uel ad ταπεινώση potest trahi, ut prioris tristitiae, c. II, 4. commemoratae ratio habeatur, uel ad ἐλθόντα, ut sensus sit: ne, iterum uos conueniens, reuersurus ad uos, in tristitiam coniciar. Ταπεινῶν hic est moerore afficere. Deus moerore me afficiat, i. e. Dei causa moeream. καὶ πενήσω πολλὰς τ. προ.) Et mihi lugendum sit de multis, qui iam diu peccauerunt grauiter etc.

## CAP. XIII.

1. **T**<sup>πίτον</sup> — ἰμᾶς) i. e. *Tertium iam me itineri paro*; est enim idem, quod dixerat supra XII, 14. Cod. Alex- cum quo Copt. et Syr. consentiunt, habet: ἐτοίμως ἔχω ἐλ- θεῖν. Paulus enim tum, quum hæc scriberet, non fuerat bis Corinthi, ut nunc tertium iter a se parari dicat, sed hoc his uerbis significat Apostolus, se tertium decreuisse iterum ad Corinthios uenire. Videtur Paulus in prima, quae intercudit, ad Corinthios epistola spem itineris ad eos fecisse. Nam in priori quae superest, (c. IV, 18. sq.) non modo gloriati fuisse dicuntur aduersarii de mora inter- posita, uelut argumento, quod promissum iter ingredi et Corinthum reperere non auderet Apostolus, uerum *superior* quoque itineris significatio quaedam 1 Cor. XVI, 7. s. hæctenus retractatur, ut non, quemadmodum prius cogi- tauerat, ex Asia in Achaiam, et hinc demum in Macedo- niam proficisci, atque ex hoc itinere in Achaiam reuerti uellet Apostolus, perrecturus tandem in Iudaeam, sed *prae- teritis Corinthiis*, ex Asia iter ad Macedones intendere, h. e. Epheso in Troadem proficisci hincque in Macedo- niam transuchi, et *illa demum peragrata* apud Achiuos de- nique aliquamdiu commorari mallet. 1 Cor. XVI, 5. s. 2 ep. IX, 4. Act. XX, 2. 3. Quum igitur alteram, quae extat, epistolam, e Macedonia scriberet, *tertio* constituerat redire Corinthum, hocque consilium suum *tertio* significa- uit. Vid. STORRIUS p. 97. s. ἐπὶ σώματος — ῥῆμα) *Quaelibet res nititur duplici aut triplici testimonio. σώμα, sermo, testis, ipsum testimonium.* Πᾶν ῥῆμα, כל דבר, omnis res, uel caussa. *σαθῆσεται, יקום, firma erit.*

Respicit

Respicit Deut. XIX, 15. Matth. XVIII, 16. Siue omnino uult Paulus, se testium duorum uel trium consensu, satis uelociter sententiam laturum, si adueniat, uel Mosis dictum transfert. Voluerat nempe bis ad eos uenire, sed non fecerat; nunc tertia uice uenturum se dicit; ergo tandem aliquando uerum fore id, quod promiserat. Quemadmodum res, in iudiciis duplici aut triplici testimonio probata, est certa, sic etiam nunc id erit uerum, quod bis atque adeo ter promisi.

2. καὶ προλίγω — ἔκων ὑῶν) Quod in Editionibus post ὑῶν exhibetur, γράφω, deest in Codicibus satis uetustis; omittitur etiam in nonnullis Verss. et Patrum citatis. *Significauit et significo nunc tanquam secunda uice praesens apud uos essem, quamuis absens, iis qui antea sceleribus se contaminarunt, et ceteris omnibus, me, si iterum ad uos uenero, seueritate esse usurum.* Προλίγω, in superiori epistola c. IV, 21. Particula ὑῶν referenda esse uidetur ad προλέγω, *significo nunc, ὡς παρὼν τὸ δεύτερον, sc. τῷ πνεύματι, secunda uice animo praesens.* Καὶ ἔκων sc. τῷ σώματι. Sic enim illustrandus esse uidetur hic locus ex plane simili, 1 Cor. V, 3. Καὶ, ut hebr. ἰ interdum esse *etiamfi, quamuis*, satis notum est. Aliam, sed, ut mihi quidem uidentur, difficiliorem horum uerborum interpretationem uid. apud STORRIUM p. 498. not. 138.

3. ἐπεὶ — χριστῷ) *Nam experimentum quaerere uidemini Christi per me docentis, i. e. experiri uultis, an uere sim legatus Christi.* Nam per Christum, i. e. adiuuante Christo docens, est uerus doctus, legatus Christi. Fouendis uitiis, quas notauerat Apostolus u. 2. (cf. 1 Cor.

X, 6. sqq.) experiri uoluerunt Corinthii, an Christus causam Pauli adiuuare uelit et possit.  $\delta\epsilon\ \epsilon\iota\varsigma\ \text{---}\ \delta\upsilon\upsilon\alpha\tau\alpha\iota\ \epsilon\iota\upsilon\ \upsilon\mu\acute{\alpha}\nu$ ) *Qui (Christus) tamen erga uos non imbecillum se exhibet, sed satis potentem se demonstrat inter uos.* Quid Christus, uel doctrina Christi ualeat, et efficere possit, experti erant Corinthii. Qui enim doctrinae, quam Paulus tradiderat, obsequebantur, illi toti alii euaserant; quod argumentum erat clarissimum uis et efficaciae doctrinae Christi.

4.  $\kappa\alpha\iota\ \gamma\acute{\alpha}\rho\ \text{---}\ \alpha\sigma\theta\epsilon\upsilon\sigma\iota\alpha\varsigma$ ) *Et si enim in humili illa conditione cruci affixus est.*  $\text{'Α}\sigma\theta\epsilon\upsilon\sigma\iota\alpha$  hic est conditio caduca et infirma, quam Christus nostri causa suscepit. Christus nempe, prouocatus ad auctoritatem suam miraculis firmandam, Matth. XXVII, 40. sqq. Luc. XXIII, 8. ad salutem hominum infirmus uideri, et contemptus mori non dubitauit. Huius exemplum imitari se, Apostolus dicit. Se libenter uelle opprobria pati, si modo saluti Corinthiorum inferuiatur.  $\alpha\lambda\lambda\grave{\alpha}\ \text{---}\ \theta\epsilon\upsilon$ ) *Iam tamen uiuit, et omnipotentia diuina utitur.*  $\text{'Ε}\kappa\ \delta\upsilon\upsilon\acute{\alpha}\mu\epsilon\omega\varsigma$ , idem ac  $\delta\iota\grave{\alpha}\ \delta\upsilon\upsilon\acute{\alpha}\mu\epsilon\omega\varsigma$ , et  $\epsilon\iota\upsilon\ \delta\upsilon\upsilon\acute{\alpha}\mu\epsilon\iota$ , seu habens et manifestans illam potentiam eximiam, quae est Dei potentia. Ergo eo nunc loco est Christus, ut parum tutum sit, obmurmuratione contra legatum eius diuinam eius potentiam in se prouocare, u. 3. Vid. *STORRIUM* p. 21. not. 43.  $\kappa\alpha\iota\ \text{---}\ \gamma\acute{\alpha}\rho\ \epsilon\iota\varsigma\ \upsilon\mu\acute{\alpha}\varsigma$ ) *Sic et ego, eius exemplo adhuc imbecillum me gessi erga uos, sed praestabo me uiuum et uegetum eius exemplo, et Dei potentia utar apud uos.*  $\text{'Α}\sigma\theta\epsilon\upsilon\sigma\iota\mu\epsilon\upsilon$ , sc.  $\epsilon\iota\varsigma\ \upsilon\mu\acute{\alpha}\varsigma$ , erga uos; tantum per tempus abstineo a seueritate; imbecillum me quasi et impotentem gero.  $\text{'Ε}\nu\ \alpha\upsilon\tau\acute{\omega}$ , eius exemplo;

*exemplo*; sicut ille. Ζησόμεθα, praestabo me uiuum et uegetum; contrarium τῆς ἀσθενείας exhibebo uobis, si opus sit; utar mea auctoritate. Ἐἰς ὑμᾶς, erga uos; si fuero apud uos.

5. εἰαυτῆς — πείσει) Vos ipsos pertentate, an persistatis in doctrina christiana. Vos ipsos experimini, non me aut Dominum meum; an nempe uigeatis fide, examine uos. Non quid Christus, per me praecipiens, inter uos possit (u. 3.) quidue ego, nunc Domini causa leniter agens nec auctoritate mea utens, cum Christo aduersus uos ualiturus sim, sed uos ipsos experiri atque ita cauere debetis, ne ualidam Domini seueritatem experiamini. ἢ ἐκ ἐπιγινώσκουσα — ὑμῶν ἐς; u;) an uero non amplius deprehenditis Iesum Christum et eius doctrinam inter uos efficacem esse? Adeone desistitis Christiani esse, ut nemo uestrum uim et efficaciam doctrinae Christi experiat? εἰ μή τι ἀδόκιμοί ἐστε;) numquid ergo reprobī estis? an a religione uobis tradita omnino defecistis? Ἐἰ μή τι, numquid. u. Κυρκε ad Luc. IX, 13. Ἀδόκιμοι, adulterini, nomine tantum, non re Christiani. His opponuntur δόκιμοι, probati, qui factis et re ipsa probant, se esse quod uideri uolunt.

6. ἐλπίζω — ἀδόκιμοι) Spero autem et confido uos persensuros esse, quod ego uere sim legatus Christi. De se loquitur Paulus, ut solet, in plurali. Paulus non tantum Christianus erat, sed etiam Apostolus, non ἀδόκιμος, sed δόκιμος, rebus et factis demonstraauerat, se uere esse Apostolum, u. 5.

7. μὴ ποιῆσαι — μηδέν) Ne quid male et improbe interea faciatis. Grotius: Ne cogar cuique poenam infligere;

gere; ut sit Accusatiuus ὑμῶν, pro Dativo. εἴχ' ἵνα — ὄμην) Est hic transpositio: εἴχ' ἵνα, pro ἵν' εἴχ'. Sensus est: Preces illas facio, quod malo uos bonos esse, quam meam sinceritatem uestris poenis testatam fieri; maneam ego potius sine tali documento, quam uos in peccata talia incidatis.

8. εἰ γάρ — ὑπὲρ τῆς ἀληθείας) i. e. Non possum agere aliter quam uerum et rectum est. Ergo, si quis peccauit, non possum non durus esse.

9. ἴταν ἡμεῖς ἀσθενῶμεν) Si appaream uelut infirmus, i. e. si mihi liceat abstinere a duris remediis, licet ab aliis ultro contemnar. ὑμεῖς — ἦτε) Vos autem sitis potentes, uiribus ad recte agendum instructi, boni, egregii Christiani.

10. διὰ τῶτο — καθάρσειν) Ideo, inquit, nunc minas adhibeo, ut uos interea emendetis mores uestros, ne eas exsequi cogar. Χρῆσθαι ἀποτόμως, est *seuere agere*. Ἀποτομία, *seueritas*; in Glossario: ἀπότομον, rigidum. Ἐξουσίαν hic intelligit potestatem illam diuinitus datam ad immittendos morbos, mortem etiam, quae potestas data Apostolis non ad damnum, sed ad utilitatem et profectum ecclesiae.

11. χαίρετε) *Hilari estote animo*. Rom. XII, 12. Καταρτίζεσθε, *firmate uos*, aduersus errores et peccatorum pericula, et sic subinde ad maiorem perfectionem adspirate. CHRYSOSTOMUS: τέλειοι γίνεσθε, καὶ ἀνακληρῶτε τὰ λειπόμενα. Παρακαλεῖσθε, *admonitionem suscipite*, grato animo ab omnibus admonitionem accipite, ut ad maiorem perfectionem perueniatis. Τὰ αὐτὰ φρονεῖτε, *cauete ne*

sint

sint inter uos diffensiones. I Cor. I, 10. Ἐιρηνεύετε, *pacem colite*. Si etiam sint inter uos diffensiones, pacem tamen colite, alii alios tolerantēs. Rom. XII, 18. καὶ ὁ Θεὸς — μεθ' ὑμῶν) Tum Deus, dilectionis et pacis auctor, uobis fauebit, et auxilio erit.

12. ἐν ἀγίῳ Φιλίματι) Osculo Christianis solito. Cf. Rom. XVI, 16.

13. ἡ χάρις — πάντων ὑμῶν) *Beneficia Domini nostræ Iesu Christi, et beneuolentia Dei et participatio Spiritus sancti uobis omnibus adsint*. Ἡ χάρις τῆ κυρίου Ἰησοῦ χριστοῦ, est uniuersitas beneficiorum, quae nos Christo eiusque religioni debemus. Ἡ ἀγάπη τῆ Θεοῦ, beneuolentia qua Deus suos complectitur, qua iis bene uult, et salutem eorum omnibus modis procurat. Πνεῦμα ἅγιον, *dona spiritus sancti*, s. beneficia religionis, sensus christianus, *χαρίσματα*. Vid. I Cor. I, 7. Rom. VIII, 1—4. Κοινωνία, *participatio*. Optat igitur Paulus Corinthiis, ut participes fiant omnium emolumentorum ex religionis christianae cognitione et usu ad Christianos redundantium. Alii totum hoc comma ita uertunt: *Faueat uobis porro Iesus Christus, Deus (Pater) uos amet, et Spiritus S. suorum beneficiorum uos reddat participes*.





# SCHOLIA

IN

## EPISTOLAM AD GALATAS.

**G**alatia fuit Phrygiae olim pars et uicinarum regionum, a Gallis sedem quaerentibus occupata; quae, quod Graeci coloni immitti erant, *Gallograecia* quoque appellatur, quemadmodum Galatae uocantur etiam *Gallograeci*. *Iustinus* XXIV, 4. XXV, 2. XXVII, 3. XXVIII, 3. *Strabo* XIV. Imperante Caesare Augusto A. V. C. 529. ante Ch. n. 26. in prouinciae Romanae formam redacta, legibusque Romanis a Propraetore gubernata fuit. Praecipua causa, cur Paulus hanc epistolam scriberet, haec fere fuit, quod doctores falsi et iudaizantes turbarent coetus christianos in Galatia. Ipse Paulus ecclesias in Galatia plantauerat, ut patet ex huius epistolae c. I, S. II. c. III, 1. sqq. Videtur autem iam bis fuisse apud Galatas, quum hanc epistolam scriberet, c. IV, 12. sqq. Erant coetus christiani in his, ut in aliis regionibus, mixti ex Iudaeis et gentilibus, ita tamen, ut Christiani ex gentilibus ceteros numero superarent. Quum autem doctores iudaizantes circumcisionis et rituum Mosaicorum adeo tenaces essent, ut horum iugum etiam Christianis ex gentibus imponendum existimarent, auctoritatem Pauli, contrarium docentis, infringere anniterentur, et animos Christianorum plero-



plerorumque inducerent, ut ipsi circumcisionem sponte suscipere non detrectarent: Paulus omni studio id egit, ut auctoritatem suam contra falsos Apostolos defenderet, et libertatem a iugo legis Mosaicae Christianis e gentibus vindicaret. Pauli aduersarios, qui Galatas turbarunt, eosdem fuisse cum iis, qui paullo post *Corinthios* auertere studuerunt, ex collatione harum Epistolarum facile colligitur. In *tempus*, quo scripta fuerit haec Epistola, *Semlerus* in Prolegomenis Paraphrasi suae praemissis, studiosissime inquit. Testimonia historica, certa scilicet et clara, non superflua sunt. *Marcionis* tamen Ἀποστολικόν inter omnes Epistolas Paulinas primum locum dabat Epistolae huic ad Galatas, ut recenset *Epiphanius* Tom. I. oper. Haeres. 42. Scripta esse uidetur haec epistola post alterum eius ad Galatas iter, Aët. XVIII, 23. *Pearsonus* hoc alterum iter ponit a. 54. in finem Claudii; alii aliquot annis ante, a. 51. 52. Iam, quum Paulus queratur, Galatae doctores ἔτιω ταχέως discessisse ab illa sua doctrina, quam paullo ante ipse, in Galatia uersatus, confirmarat, (Aët. XVIII, 23. ἐπιστηρίων τὴς μαθητῶν,) uix integrum annum aut duos annos licet interire. Sic Epistola in annum 52. aut 53. pertineret. Nec de loco constat, ubi scripta sit Epistola. Codices graeci in subscriptionibus, *Romae* scriptam esse contendunt, quae coniectura omnium maxime est improbabilis. Forte *Ephesi* scripta est, quam sententiam etiam *Oecumenius* ab antiquioribus traditam adhuc commemorat. Argumentum epistolae quod attinet, duo inprimis momenta consideranda sunt: I. defendit Paulus auctoritatem suam apostolicam, et docet, se suam doctrinam non accepisse ab hominibus, sed ab ipso Christo.

(c. I. et 2.) II. disputat aduersus eos, qui circumcisionis et uniuersae legis Mosaicae desiderio tenebantur, et docet  
 A) Galatas ipsos et homines eos, qui diu ante Mosē uixerant, non propter obsequium erga leges Mosaicas, sed propter solam animi fiduciam in Deo positam, summis a Deo beneficiis ornatos esse, c. III, 1 — 18. Porro ostendit  
 B) leges Mosaicas sapientissimo Dei consilio nonnisi ad populi inculti mores formandos, eiusque animos ad recipiendum Messiam praeparandos, datas esse, III, 19. fqq. Quum autem multi Christianorum uitis uariis dediti essent, Paulus eos ad emendandos mores grauitur adhortatur, c. V, 14 — VI, 10. tandemque redit ad rem summam per omnem epistolam pertractatam, et Galatis doctrinae integritatem seruandam diligenter commendat.

## CAP. I.

I. Ἀπόστολος — ἀνθρώπων) Sc. κλητός. *Non ab hominum quodam collegio, nec per unum aliquem (ceterorum quasi caput,) constitutus Apostolus.* Non in particularum ἀπὸ et διὰ uarietate, sed in numeri uicissitudine, (ἀνθρώπων et ἀνθρώπων) emphasis est quaerenda. Iam Hieronymus et alii statuerunt, διὰ ἀνθρώπων pertinere ad illud quasi Collegium ceterorum Apostolorum, quorum auctoritas in Palaestina erat maxima. Διὰ ἀνθρώπων ad Petrum potest referri, u. 18. Sensus igitur est, *se nec a Petro, nec ab aliis Apostolis muneri suo praefectum esse.* Statim initio auctoritatem suam apostolicam defendit aduersus eos, qui eum pro uero Apostolo agnoscere nollent, quod nempe nec Christum ipsum audiisset, nec ab ipso Christo uocatus esset, nec doctrina eius in omnibus consentiret cum doctrina

doctrina Petri ceterorumque Apostolorum. Contra hos declarat, se ad munus apostolicum uocatum esse non ab hominibus, sed διὰ Ἰησοῦ — ἐκ νεκρῶν. Cf. infra u. 11. 12.

2. καὶ δι — ἀδελφοί) *Fratres* hic intelligendi sunt *muneris socii*, qui cum ipso tum in itineribus uersabantur. Hos laudat Paulus, ad auctoritatem et fidem doctrinae suae afferendam, quippe secum in hac causa et seueritate consentientes. ταῖς ἐκκλησίαις τῆς γαλατίας) *Ancyranis, Tauianis, Pessinuntiis* etc. multae enim iam per Galatiam ecclesiae. Paulus facile indicare potuit tabellario, quibus ecclesiis perferenda esset epistola.

4. τὸ δόντος — ἡμῶν) *Qui tradidit se* (in mortem crucis) *pro peccatis nostris* i. e. pro nobis peccatoribus. ὅπως — ποιηρῆ) *Vt nos a praesentis huius seculi malignitate liberaret*, i. e. ut nos a uitis et noxiis uoluptatibus quibus haec hominum aetas obnoxia est, prorsus eximeret, uel efficeret, ut nos ne similes effemus hominibus prauis. Graeci interpretes fere exponunt: ἐκ τῶν κακῶν πράξεων, καὶ διεφθαρμένης διαγωγῆς. Ἰσραὴλ, hebr. אֱלֹהִים, *homines huius aetatis*, Iudaei, qui Messiam eiusque religionem repudiabant, et Pagani, qui idololatriae et sceleribus dediti erant. Ἐνεσώσας, i. e. ἔσωσας. Syrus: מִן עֲלֵמָה הִנָּה בִּישָׁא. 1 Petr. I, 18.

5. κατὰ — πατρὸς ἡμῶν) *Θέλημα, צוֹרֵן, benigna uoluntas, consilium, decretum*. Omnia haec deberi, ait Paulus, gratuito Dei fauori. ὧς ἢ δόξα) Saepe Paulus utitur doxologia, ut ostendat, uerum Dei honorem per hanc suam de Seruatore doctrinam non minui, augeri potius.

6. θανατάω — εὐαγγέλιον) *Miror, uos tam cito auerti potuisse ab eo, qui uos uocauit ad beneficia Christi, ad aliam de Christo doctrinam.* Ὁ καλίσσας est Deus, Pater, cui fere semper tribuitur uocatio gentium, cuius hoc θέλημα Christus effecit. Vocat autem Deus homines, quum iis bona offert, siue eos inuitat ad felicitatem. Ἐν χάριτι, pro: εἰς χάριν, uel etiam ἐν χάριτι uertere licet: *beneficio Christi.* Videtur tamen antiquissima lectio fuisse ἐν χάριτι, sine addito nomine alio, ut habent Tertull. Cypr. Lucifer Calar. Addunt θεῶ Orig. et Theodoretus. Veteres Latini reddunt: *in gratiam.* Vulgo τῷ καλίσσαντος ad χριστῶ referunt, et ἐν χάριτι uertunt: *gratioso, benigne.* Quanquam a Deo non omnino defecerant hi Christiani, tamen a Dei nouo hoc ordine discefferant. Coeperant nempe Iudaismum cum religione christiana commiscere, sicque transibant ad aliam religionem. Elegans uerbum μετατίθημι in *transponendi* notione, proprium est in ludo duodecim scriptorum, ubi μετατίθειναι dicitur, *qui calculus, quem male se dedisse intellexit, reducit, et alio loco ponit.* Inde translate *mutare.* Sic Iosepho Ant. V, 5. 2. μεταθέμενοι sunt, *qui sententia mutata, respiscunt.* Μετατίθεσθε h. l. est uox Media, cuius uis est: *Vos ipsos mutastis.* Ἐυαγγέλιον, τίς, fides de Christo, religio christiana.

7. ὅ ἐκ ἑξιν ἄλλο) *Quum tamen non sit ulla alia doctrina de Christo uera.* Qui explicarunt: *quod nihil aliud est, quam quod quidam uos perturbant;* non animaduertunt Pauli consuetudinem periodos periodis iungendi, adhibito pronomine relatiuo ὅ, ἡ, ὁ. εἰ μή — τῷ χριστῷ)

Ἔς μὴ, satis commode Beza iam expressit: sed ἀλλὰ. Nur dass einige unter euch sind etc.

8. ἀλλὰ καὶ — ἀνάθεμα ἔστω) Sed si ego, aut angelus e coelo apparens doceret uos contra, quam ego iam iam docui, abhorrendus uobis esset; tam certos uos esse oportet, et firmos in retinenda hac mea doctrina. Animo uehementer commoto haec scripsit Apostolus. Pone conditiones impossibiles. *Etiamsi ego uel adeo angelus e coelo docerem aliam Christi religionem*; quod tamen fieri non potest etc. Causa, cur Paulus tam uehementer et serio protestetur, se non contra sentire ac inter Galatas docuerit, fuisse uidetur haec, quod fortassis fama erat, auribus Galatarum eum seruisse, quum eos moris iudaici obseruantia liberaret, quem ipse aliis Christianis ex gentilibus imponere soleat. Ἀνάθεμα ἔστω, *excludatur e coetu uestro*. Theodoretus ad I Cor. XVI, 22. ἄλλοτριος ἔστω τῷ κοινῷ σώματος τῆς ἐκκλησίας. Vid. SUICERI Thesaur. eccles. ad h. uocem. Fugite, abhorrete talem doctorem. Licet etiam uertere: *huic ego poenas graues imprecor*. Ἐυαγγελίζεσθαι hic, ut in aliis locis, sine omni emphasi adhibetur simpliciter pro διδάσκειν.

9. ὡς — λέγω) Ne arbitrarentur, ira correptum se hoc dixisse, idem repetit, indicans se firmiter ita apud se statuere, et dubitandi non esse causam. καρ' ὃ παρελάβετε) *Praeter id quod didicistis*, a me nempe. Παρελάβετε, i. e. ἰδιδάχθητε καρ' ἐμῆ.

10. ἄρτι γὰρ — θέδν;) Num iam homines, an Deum beneuolum mihi reddere praedicando studeo? Loquendi ratio καίθειν τὸν θεόν, pro *flectere, placare, propitium reddere*

*reddere Deum*, non infrequens Graecis. Ioseph. A. IV, 6. 5. VI, 5, 6. Hanc interpretationem confirmant, quae sequuntur: ἡ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν; *an hominum capto benevolentiam?* quae nonnisi dilucidiosem interpretationem eorum continent, quae paullo ante obscurius sunt dicta. Hoc dicere uidetur contra eos, qui eum calumniarentur, ceu alia apud alios praedicantem, quippe pro hominum conditione sese permutaret, ut explicat *Theophylactus*. χριστὸς δὲ λόγος ἐκ αὐτοῦ ἡμῶν) *Non profecto Christi Apostolus forem; non defecissem a ritibus Iudaicis, et accessissem Christo; nec contemis amicis et cognatis, tantaque gloria, persecutiones, pericula et contumeliam elegissem; ut idem ille explicat.*

11. γνωρίζω — κατὰ ἀνθρώπων) *Notum facio autem uobis, fratres, doctrinam (haecenus) a me annunciatam, non esse humanae inuentionis.* Ἐυαγγ. μὲ ἐκ ἐστὶ κατὰ ἀνθρώπων statim explicatur u. 12. Nam hominem habui praeceptorem. Refutat eos, qui Galatis persuaserant, Paulum non amplius conuenire in tradenda religione cum Apostolis, penes quos tamen sit omnis auctoritas.

12. εἰδὼ — χριστῷ) *Nam a nullo hominum eam didici aut edoctus sum, sed Iesus Christus eam mihi reuelauit.* Παρέλαβον et εἰδὼ δάχθην prorsus sunt Synonyma. Obiiciebant calumniatores Paulo, eum non audiuisse Christum ipsum, ut reliqui Apostoli, sed ab hominibus omnia accepisse. Quapropter, ille ipse, inquit, reuelauit mihi doctrinam euangelicam, qui et Petrum instituit, et ceteros.

13. ἠκούσατε — Ἰουδαϊσμῷ) *Audiuistis enim ipsi, quousque ego olim in rituum Iudaicorum studio procefferim.* Ἐνα-

εροφῆ, pro βίος, uita, mores, Tob. IV, 19. Eph. IV, 22. 1 Petr. I, 18. Ποτὲ ad ἀναεροφῆν, non ad ἠκίσατε pertinet. Ἰουδαϊσμός est studium Iudaicorum rituum, u. 14. a Ἰουδαῖον, h. l. ζῆν Ἰουδαϊκῶς. Ex priori uita sua, inquit, planum esse, se per diuinam reuelationem accepisse doctrinam suam. Quum enim talis, tantusque fuisse persecutor religionis christianae, quomodo tam subito permutatus esset, nisi diuina quaedam reuelatio eum traxisset? ὅτι — ἐπέβην αὐτῆν) Adeo ut omni modo infensus fuerim ecclesiae Dei, eamque uastare studuerim. Καθ' ὑπερβολήν, i. e. σφόδρα, μάλιστα. Ἐπέβην, pro ἐζήτην πορθεῖν. Nam consilium Sauli hoc erat, licet res non sic euenerit.

14. καὶ προέκοπτον — γένει μὲ) Antecellebam enim Iudaicae doctrinae studio multos coaeuos meos in gente mea. Προκόπτειν ὑπὲρ, thematis κόπτειν uel profus pereunte, simpliciter significat ulterius procedere, antecellere aliquem in re aliqua. περισσοτέρως — παραδόσεων) Strenuus defensor traditionum a maioribus acceptarum. Παραδόσεις, Doctrinae humanae, quae ore traduntur, et ad conseruandam legis olim ciuilibus auctoritatem perpetuam sensim a magistris inuentae erant. Πατρικὸν a maioribus acceptum.

15. ὅτε δὲ — χάριτος αὐτοῦ) Quando uero placuit Deo, qui pro suo in me fauore iam inde a natalibus meis ad munus Apostoli me destinauerat. Ἐκ κοιλίας μητρὸς, hebr. מִן הַבֶּטֶן inde a natalibus meis, Luc. I, 15. Ἀφορίζειν pro simplici δρίζειν. Ier. I, 5.

16. ἀποκαλύψαι — ἐν ἐμοί) Reuelare, i. e. notum reddere mihi filium suum. Ἀποκαλύψαι pendet ab εὐδόκησε

δ θός, u. 15. 'Εν ἐμοί, pro μοι, ut hebr. הָלֵךְ cum לָךְ et לָךְ, Ier. LIII, 1. Ier. XI, 20. Respicit locus ad Aët. IX. ἐν τοῖς ἔθνεσιν) Hoc praecipue attendendum est. Non potuit igitur gentibus legem Mosis commendare. ἐυθίως — ἀματι) Statim, sc. ipse consensit, nec hominem quendam in consilium adhibuit. 'Ευθίως, ellipsis, magis sensu quam uerbis. Hoc enim dicit, statim se paruisset uocationi diuinae, neque quaesiuisset tum aliquos, cum quibus de illa conferret, uel deliberaret, utrum deberet docere nec ne. Potest etiam ἐυθίως ad ἀπῆλθον u. 17. referri. Προσανατίθεσθαι τινα, in consilium adhibere, infra II, 6. Diodor. Sic. XVII, 116. Alexander τοῖς μάντεσι προσαναθέμενος περὶ τῶ σημείου Σάρξ καὶ αἷμα, ex noto Hebraismo: *Homo, homines.* Hoc repetit, ut appareat, se a nullo hominum doctrinam suam didicisse.

17. ἐδὲ ἀνηλθον — ἀποσβλως) *Ad eos, qui iam ante meum Apostolatatum ibi celebres erant.* Auget sententiam superiorem: *Ne Apostolos quidem consului.* Τὰς, πρὸ ἐμῶν, tempore priores. Intelligit illos duodecim Apostolos. ἀλλὰ — 'Αραβίαν) De hoc itinere Lucas nihil commemorat Aët. IX. siue quia Paulum parum ibi effecisse sciret, siue quia multa etiam alia, quae ad Pauli historiam pertinebant, omisit. καὶ τάλιν — δαμασκὸν) Damascus autem tum cum Arabia sub regis *Aretae* potestate erat. *Damasci* igitur Paulus munere suo publice fungi coepit.

18. ἰσορῆσαι Πέτρον) *Vt uiderem et cognoscerem Petrum.* Sic Iosephus in multis locis, e. g. Ant. VIII, 2, 5. ἰσορῆσα γὰρ τινὰ Ἐλεάζαρον τῶν δημοφύλων, *oculis meis uidi quendam*



quendam ex popularibus meis, Eleazarum. Vnde ἰσορία  
uidendi, cognoscendique studium, apud eundem Ant. V,  
12. De hac et altera uerbi significatione, quae est nar-  
rare, consuli potest Fischerus in Ind. Palaephateo, uerbo  
ἰσορεῖν. Celebritas nominis, quam Petrus inter Apostolos  
erat consecutus, impulit Paulum, ut operae pretium pu-  
taret, uenire in aliquam eius consuetudinem. Μετὰ ἑτη  
τρία. Numerari possunt hi anni tres uel a discessu Pauli  
ab Hierosolymis, uel a reditu ex Arabia Damascum. Prius  
praefendum esse uidetur. καὶ ἑπέμεινα — δεκαπέντε)  
Intra hos quindecim dies non potuit Paulus edoceri a Pe-  
tro. Ergo non fuit eius discipulus.

19. ἕτερον — τῷ κυρίῳ) De hoc Iacobo diuisae sunt  
ueterum recentiorumque sententiae, an fuerit propria fra-  
ter Domini, an uero eiusdem cognatus, consobrinus. Di-  
stinguitur hoc cognomine a Iacobiis duobus aliis, uno Al-  
phaei, altero Zebedaei filio. Hos tres Iacobos e ueteri-  
bus auctor Constit. Apostol. clarissime distinguit L. II, c. 55.  
L. VI, c. 12. 14.

20. ἃ δὲ — τῷ θεῷ) Sc. γράφω, λέγω. Harum re-  
rum, quas iam uobis narro, testem Deum appello, me non  
mentiri. Ad antecedentia hoc pertinet, neminem Apo-  
stolorum Hierosolymis se uidisse, praeter Petrum et Ia-  
cobum. Cf. Actor. IX, 27. Vnde facile concludi po-  
terat, se non ab ullo Apostolo didicisse doctrinam suam,  
sed potius uerum esse, quod supra u. 11. 12. dixerat.  
Ἐνώπιον τῷ θεῷ, hebr. לפני יהוה, graece esset: ἔν  
τῷ θεῷ.

21. εἰς τὰ κλίματα — κιλικίας) *In regiones Syriae et Ciliciae.* Κλίμα, regio, ut Rom. XV, 23. Occasio huius itineris indicatur Act. IX, 29. 30.

22. ἤμην — ἐν χριστῷ) Ignotum se fuisse ecclesiis *Iudaearum* dicit, nempe exceptis Hierosolymis, ubi Hellenistas docuerat, Act. IX, 28. Ergo uerum esse non poterat, quod aduersarii Pauli statuebant, eum ab ullo ecclesiae doctore suam doctrinam didicisse, uel hominum beneuolentiam captasse. Ἐκκλησίαι αἱ ἐν χριστῷ, sunt ἐκκλησίαι αἱ τῷ χριστῷ, ecclesiae christianae.

23. ἀκούοντες ἤσαν) Pro ἤκουον, more hebr. ut saepius. Πίσις, doctrina Euangelii. Cf. supra u. 13.

24. ἐν ἑμοί) i. e. με ἕνεκα, propter me, quod audirent, me ad Christum esse conuersum.

## CAP. II.

I. Ἐπειτα — Τίτον) *Deinde interiectis fere quatuordecim annis, i. e. quum 14. annis non fuisset Hierosolymis, iterum illuc profectus sum.* Numerandi sunt igitur hi quatuordecim anni a proximo Pauli ex Hierosolymis discessu, non ab anno conuersionis eiusdem. Nam διὰ cum Genit. negationem includit, et indicat aliquid, quod post certum tempus fit, intra illud tempus non esse factum. *Plato de republ. L. I. καὶ μάλα πρεσβύτης μοι ἔδοξεν εἶναι. διὰ χρόνους γὰρ ἑώρακειν αὐτόν. Senex mihi uidebatur, quia eum per longum tempus non uideram, et tantum post hoc tempus eum uidebam.* Cf. Strothii paraphr. h. l. in Repertorio bibl. Tom. IV. p. 41. Iter ipsum probabiliter idem est, quod

quod Act. XV. commemoratur, quum et utroque loco Barnabas itineris socius dicatur, et Apostolum in commemorandis hoc loco itineribus Hierosolymitanis, iter hoc ex Antiochia et celeberrimum et grauissimum, praetermissurum fuisse, credibile non uideatur. Quod Lucas Act. XV. de Titō nihil commemorat, non obstat huius rei ueritati; nec tamen prorsus tacet Lucas; nominat enim u. 2. καὶ τινὰς ἄλλους, quos inter et Titus fuit.

2. ἀνέβην δὲ κατὰ ἀποκάλυψιν) *Diuino impulsu.* Nec hoc obstat narrationi Act. XV. ubi Apostolus dicitur ab Antiochenis rogatus fuisse, ut proficisceretur Hierosolyma. Nam utrumque esse potest; et Paulus sine dubio rem omnem ipse diligentius considerauit, atque sic ultro, non coactus ab istis, sed de uoluntate diuina certus, in hoc iter consensit. καὶ ἀναθέμην — ἔθνεσι) *Et exposui ipsis, quam tradere soleo gentibus, doctrinam meam.* Ἄυτοῖς, nempe Apostolis. κατ' ἰδίαν δὲ, τοῖς δοκῶσι) *Priuatim auctoritate insignibus, Petro, Iacobo, et Ioanni, ut patet ex u. 9. Ὁι δοκῶντες, sc. εἶναι τι, sc. εἶχεν. Ioseph. Ant. XIX, 6, 3. κατ' ἰδίαν, sc. χώραν, quod alii uertunt imprimis, potius, (annotante Κυρκίο) est priuatim, colloquio amicum cum primariis Apostolis instituto, non in ecclesiae confesso.* Verba haec usque ad ἡναγκάσθη περιτμηθῆναι in parenthesis legenda sunt, ut ex sequentibus patebit. μή πως — ἔδραμον) i. e. eo consilio, ne aliorum consiliis hi eo adducerentur, ut publicam suam auctoritatem mihi opponerent, atque sic praeteriti et praesentis laboris omnem fructum perderem. Τρέχειν, pro κοπιᾶν est locutio omnium linguarum communis. Ἐἰς κενὸν, ק"ל, גר. μάτην.

3. ἀλλ' ἔδδ' — περιτεμθῆναι) Ἑλλῆν ὄν, *Graecis parentibus natus.* Quod Titus, qui gentilibus parentibus natus erat, non coactus est ad suscipiendam circumcissionem, argumento erat, nec ceteris qui e gentibus accederent ad christianam religionem, circumcissionem esse imponendam. Quod autem nullus Apostolorum Titum circumcidi cogebat, id argumento erat, Apostolos in hac re cum Paulo consentire.

4. διὰ δὲ τῶς παρεισάκτους ψευδαδέλφους) Sc. ἀνέβην, quod ex u. 2. ἀπὸ τῶ κοινῶ est repetendum. *Ascendi nempe Hierosolyma propter falsos fratres, qui irrepserant in coetum Christianorum Antiochenium.* Δι', nempe, ut saepius, et cohaerent haec uerba cum: ἐν τοῦς ἰθύνεσι, u. 2. Haec horum uerborum explicatio, quam *Strothius* l. c. praeiuit, omnem obscuritatem, quam interpretes in uerbis sequentibus reperire sibi uisi sunt, feliciter tollit. Non inusitata est eiusmodi ellipsis Profanis, Paulo uero inprimis familiaris, praecipue post parentheses. Deinde, nisi suppleas uel repetas τὸ ἀνέβην, sermo non cohaeret, nisi deleas οἷς ἔδδ', quod regulae criticae non permittunt. Confirmatur denique haec explicatio ex Aët. XV, I. 2. qui locus omnino hic est conferendus; ex quo etiam patet, τῶς παρεισάκτους ψευδαδέλφους h. l. non esse Iudaeos, studium religionis christianae simulantes, ut moribus et disciplinae Apostolorum insidiarentur, sed *Iudaeochristianos*, qui Antiochiae se in Christianorum coetum insinuerant, et legis Mosaeicae obseruationem maximo studio commendauerant. οἷτινες — ἐν χριστῷ Ἰησοῦ) *Qui irrepserant (Antiochiae) exploraturi, qua nos in profitenda religione*

religione uteremur libertate. Ἐλευθερία, libertas in obseruandis, negligendisque ritibus Mosaicis. Ἐν χριστῷ, tanquam Christi cultores. Ἡμῶν et ἡμᾶς, non tantum ad Apostolum et Titum, sed etiam ad omnes alios Christianos Antiochenes pertinet, ut patet ex ipsa historia Act. XV, 1. Noua tunc erat doctrina, Christianos esse liberos a legibus ritualibus Iudaeorum. Quapropter illi exploratores uidere uolebant, quid facturi essent Christiani Antiochenes. ἵνα ἡμᾶς καταδύλωσονται) *Vt nos redigerent in seruitutem, sc. legis Mosaiicae.*

5. οἷς εἰδὲ — ὑποταγῇ) *Quorum desiderio ne momento quidem nos accommodauimus. Οὐδὲ πρὸς ᾧραν, ne ullo quidem tempore, uel momento temporis; keinen Augenblick. Ἐίκεν τῇ ὑποταγῇ, pro ὑποτάσσασθαι. Nonnulli interpretes, Codicis Claromontani, et Tertulliani auctoritate moti, οἷς εἰδὲ e textu omnino excludendum existimarunt, ut loci sensus sit: *permisisse Apostolum, ut Titus circumcideretur in gratiam Iudaeorum.* Sed mihi non uidetur dubium esse, hanc lectionem esse ortam ex non intellectis prioribus uerbis commatis 4. Ii, quibus Apostolus cum sociis non cessit, erant fratres falsi, quibus Antiochenos turbare animus erat. ἵνα — πρὸς ἡμᾶς) *Vt doctrinam Christi infucata[m] uobis seruaemus.**

6. ἀπὸ δὲ τῶν δοκύντων — προσανέθεντο) *Quod autem attinet ad illos auctoritate insignes, (quacunq[ue] tandem illi sint dignitate, nihil interest; Deus enim externam hominum conditionem non spectat) illi nihil noui me docuerunt. Est ἀνακάλυψον orationis, cuiusmodi plura in Epistolis Paulinis*

occurrunt. Voluit fortasse scribere: ἀπὸ δὲ τῶν δοκῶντων εἶναι τι, ἢ δὲν μοι προσαντιέθῃ, uel ἢ δὲν προσελάβομεν, sed quum parenthesin paullo longiorem interiecisset, oblitus formulae, qua periodum inceperat, constructione inchoata subito excidit. *Auctoritate insignes* h. 1. sunt Petrus, Iacobus et Ioannes, comm. 2. 9.

7. Ἰδόντες — τῆς περιτομῆς) Ἰδόντες, quum perspicerent, ex narratione de rebus a me hac ratione gestis inter gentes. Ὅτι πεπίστευμαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας, pro: ὅτι πεπίστυται μοι τὸ εὐαγγελίζεσθαι ἐν τῇ ἀκροβυστία, h. e. ἐν τοῖς ἔθνεσι. Cf. de hac constructione Rom. III, 2. Ἀκροβυστία, *praeputiatus*, non circumcisus, gentilis, ut saepe in Epist. ad Romanos. Περιτομή, *Iudaei*, περιτομηθέντες. Paulo autem creditum esse munus Apostolicum inter gentes, intelligebatur ex euentu, ut statim indicatur.

8. ὁ γὰρ — εἰς τὰ ἔθνη) Ἐνεργήσας πύτρω, qui *adiuuat Petrum*. Ostendit Paulus ex prosperis successibus sui muneris, se eiusdem cum Petro esse pretii et honoris. Dicitur autem Petrus *Iudaeorum* Apostolus, Paulus *Gentilium*, ἐπὶ τὸ πολὺ, et intelligendum est hoc de eo, quod in cuiusque munere erat praecipuum.

9. καὶ γινόντες — μοι) Quum cognouissent, quanta erga me fuerit benignitas diuina; quod nempe me suis donis exornauisset, ad praedicandam doctrinam Christi, quod ex successu cognoscebant. οἱ δοκῶντες σῦλοι εἶναι) Qui in maxima sunt auctoritate. Ecclesiae quasi aedificium uidebatur his columnis imponendum esse. δεξιὰς — κοινωνίας)

νωίας) Dextras dederunt mihi et Barnabae ad declarandam amicitiam, et consensum in doctrina. Κοινωνία, amicorum inter se de re aliqua expedienda consensio.

ΙΟ. μὲν — μνημονεύομεν) Sc. Admonuerunt uos. Μνημονεύειν, meminisse, subleuare. Πτωχοὶ h. l. sunt pauperes in Iudaea.

ΙΙ. ὅτε — ἀντίχειραν) Aliquo tempore post res illas Hierosolymis gestas. Vani sunt, qui inde a *Clemente Al. Cepham* hic intelligunt, aliquem ex LXX. discipulis. Quomodo enim pertinuit ad rem istam, narrare de ignoto quodam Cepha? κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντίχειρ) *Coram me ei opposui*; in ea nempe re, de qua statim loquitur. κατεγνωσμένος) *Reprehensione dignus*, pro adi. κατὰ γνώσεως.

ΙΖ. πρὸ τῆ γὰρ — συνήθειαν) Ἄπὸ Ἰακώβου. Vtrum hi mihi fuerint a Iacobo, qui tum ecclesiae Hierosolymitanae praeerat, an ultro huc uenerint, non constat. Hoc postremum plerique interpretes praeferunt. τὰ ἔθνη, e gentibus Christiani. Συνεθεῖεν τινα Hebraeis saepissime omnem consuetudinis familiaritatem exprimit; hoc autem loco praecipue ad communia conuiuia refertur. Non dubitauit Petrus ab initio uesci cum Christianis ex gentibus, neglecta lege Mosaiica de discrimine ciborum, quia ad gentes non pertinebat. ὅτε δὲ — ἑαυτὸν) *Quum illi autem aduenissent, subtraxit se et seiunxit*, uel subduxit se et seiunxit se ab eorum (qui ex Paganis Christiani facti fuerant,) consuetudine et conuictu. φοβόμενος τὸς ἐκ περιτομῆς) Metuens, ne Christianos ex Iudaeis offenderet, et ad prorsus deferendam religionem christianam sollicitaret.

Errauit in hac re *Petrus*, sed tantum ex studio in Iudai-  
zantes, ut ne hos offenderet et repelleret, sensim de-  
mum rectius informandos. Non erat controuersia inter  
Petrum et Paulum de doctrina, sed de cura et sollicitu-  
dine ecclesiae.

13. καὶ συνεκρίθησαν — Ἰουδαῖοι) *Et exemplum Pe-  
tri in simulando secuti sunt etiam reliqui Christiani ex Iu-  
daeis.* Recte nominatur *simulatio*; nec enim ex animi  
sententia ipsi sic statuebant, legem Mosaicam etiam ad gen-  
tes pertinere, sed nimium his paucis Iudaeis dabant; quo  
publico exemplo non mediocriter turbabant Christianos e  
gentibus. ὡς — τῆ ὑποκρίσει) Pro ὡς συναπηχθῆναι, et  
hoc eleganter pro ὑπεκρίθη ὡσπερ αὐτοί. De Barnaba hoc  
omnino mirandum, qui doctrina et animo alias tantopere  
cum Paulo consensiebat.

14. ἀλλ' ἵτε — τῆ εὐαγγελίᾳ) *Sed quum animaduerte-  
rem, eos non candide sequi praecepta religionis Christi.*  
Ὁρθοποδοῦν, i. e. ὀρθῶς περιπατεῖν, recto tramite ince-  
dere, recte agere. ἔμπροσθεν πάντων) Praesentibus etiam  
istis, qui a Iacobo uenerant; ut horum superstitionem op-  
pugnaret, et meliorem cognitionem adiuuaret. εἰ σὺ —  
Ἰουδαϊκῶς) *Quum tu, qui tamen Iudaeus fueras, uixeris paullo  
ante more gentium, ac non secundum Iudaicos ritus.* Ἐθνη-  
κῶς ζῆν non intelligendum est de uitiis Gentilium, sed  
de moribus, ritibusque externis. τί τὰ — Ἰουδαίει;) *More Iudaico uiuere.* Ἀναγκάζεις, non omni modo,  
et proprie, sed tuo exemplo, quo impellentur isti Chri-  
stiani, ut legem Moysi admittant et ipsi, ne impuro more  
uiuere uideantur.



15. ἡμεῖς — ἀμαρτωλοὶ) *Nos natiuitate sumus Iudaei, non Ethnici.* Itaque per ipsos natales habemus legem Mosáicam. Ἐξ ἰθνήων ἀμαρτωλοὶ, i. e. ἰθνηκοί. Hoc nomen, *peccatores*, solebant Iudaei inde a longo tempore tribuere *gentibus* ceteris. Nempe ἀμαρτωλοὶ sunt Idololatrae. Ἀμαρτία, Ἰδωλολατρία, idololatria, si de Ethnicis usurpatur. Continuatur Pauli ad Petrum oratio, usque ad comm. 21. quia orationis mutatae, et ab alio ad alios conuersae, nullum uestigium apparet. Alii putant, Paulum iam alloqui Galatas, aut Galatarum doctores.

16. εἰδότες δὲ ὅτι — Ἰησοῦ χριστοῦ) *Quum autem cognouissemus nullum hominem fauorem Dei consequi et felicem reddi propter obseruationem legis Mosáicae, sed tantum per religionem christianam.* Δὲ post εἰδότες addunt antiqui et recentiores Codd. haud pauci, Patres etiam nonnulli Graeci et Latini. De uerbo δικαιοῦν cf. annotata ad Rom. III, 20. Ἔργα νόμου, facta legi Mosáicae, et quidem caerimoniali, accommodata. Omnis enim haec disputatio orta erat a neglecto cibo et potu, aliisque externis ritibus. Οὐκ ἄνθρωπος, *nullus hominum*, siue sit Iudaeus, siue Gentilis. Ἐὰν μὴ, pro ἀλλὰ, ut Rom. XIV, 14. 1 Cor. VII, 17. De phrasi: διὰ τίσιν ἡμεῖς, cf. annotata ad Rom. III, 22. καὶ ἡμεῖς εἰς χ. ἰ. ἐπιστεύσαμεν) *Nos etiam, licet non simus e gentibus, sed Iudaei inde a pueritia, legis patriae studiosi amatores, amplexi sumus hanc de Christo doctrinam.* Locus sequens est ex Pl. CXLIII, 2. Ἐξ ἔργων νόμου in Psálmō non extat; sed Paulus per legitimam consequentiam haec uerba addit.

17. *ἡ δὲ ζητῶντες* — ἀμαρτωλοὶ) *Iam uero, si nos, propterea quod uolumus per Christum consequi fauorem Dei, pro peccatoribus declaramur.* Bene Theodoretus: *ἡ παράβασις τῆτο νόμου, quod τὸν νόμον ἵε. τὸν παρείσαντον καταλιπόντες, Christum sequimur, et διὰ τῆς ἐκ' αὐτὸν πίσεως speramus Dei fauorem nancisci. Ἐυρίσκεσθαι, i. e. εἶναι, ΝΥΝ.* ἄρα χ. ἀμαρτίας διάκονος) *Sequitur ergo, Christum auctorem esse huius peccati.* Nam Christus ipse sic docuit, aliis hominibus Mosaicam legem porro non imponendam esse. Ergo ex tententia falsorum Apostolorum sequeretur, Christum iussisse peccatum, quod nemo statuere potest, qui Christi auctoritatem admittit. Possent hoc comma etiam sic reddi: *Si autem nos, qui per christianam religionem (solam, repudiata lege Mosaica) felicitatem consequi studemus, paganis similes reputandi essemus, (quod uolunt ii, qui necessitatem legis Mosaicæ commendant,) sequeretur inde, Christum esse doctorem Paganismi; quod absit; absit ut hoc statuamus.* Ἀμαρτωλοὶ ἵε. ἐξ ἰδνῶν, u. 15. Διάκονος, doctor, ut Rom. XV, 8. Hoc igitur uult Paulus: Qui nos reprehendit ob neglectam legem Mosaicam, is ipsum Christum reprehendit, qui ipse hanc legem antiquauit.

18. *ἡ γὰρ* — συνίστημι) Sensus est: *Enim uero, si quis id, quod ipse destruxerat, rursus aedificat, ipse fatetur, se peccasse, atque temere egisse.* Paulus in prima persona, leniendi uituperii causa loquitur; sed reprehendit aduersarios. Bene hic obseruat Theodoretus, pulchre Paulum ἀντιπέφαι, inuertere accusationem; quum dicerent Iudaizantes, esse παράβασις τῆ νόμου, si negligatur; ille contra dicit, esse παράβασις, si quis Christianus legis Mosaicæ auctoritatem

ritatem instauraret religionis causa. γὰρ, pro δὲ, enim-  
uero. In καταλύειν et δικοδομεῖν est metaphora;  
illud enim h. i. est: legibus Mosaicis uim et auctoritatem  
destruere; hoc uero: eandem iterum stabilire. Hoc Pe-  
trus facere uidebatur.

19. ἐγὼ — ἀπέθανον) Ego enim ipsa lege (Scriptura  
V. T. edoctus) mortuus quasi sum legi, i. e. abieci legem  
illam Mosaicam. Mortuum esse rei metaphorice est, ei  
non amplius seruire, inseruire. Διὰ νόμου, ex lege,  
e V. T. nempe Pí. CXLIII, 2. edoctus, quem locum u. 16.  
adduxerat. Alii post διὰ νόμου suppleunt: τῆς χριστιανικῆς  
πίστεως. Sed simpliciter etiam uertere licet: per unam  
legem (uel doctrinam) alteri mortuus sum, i. e. per chri-  
stianam doctrinam effectum est, ut Mosaicam illam reli-  
gionem abiicerem. Hebraeorum תורת, νόμον, saepissime  
esse doctrinam omnibus constat. ἵνα θεῷ ζήσω) i. e.  
Ut ad Dei honorem s. ad praescripta doctrinae christianae  
uiuam. Θεῷ ζῆν idem esse uidetur ac u. 20. ἐν πίστει ζῆν  
τῇ τῆς υἱοῦ τῆς θεοῦ. Iudaeus, qui ex obseruatione caerimo-  
niarum laudem et praemium quaerit, sibi ipsi uiuit.

20. χριστῷ συνεζούρημαι) Similis sum Christo, in cruce  
mortuo, sc. quod attinet legem Mosaicam. In composito  
τὸ σύν ad χριστῷ referendum est, pro ὡς χριστός. Reperit,  
se mortuum esse legi, sed alio uerbo utitur, quia per omnia  
Christo, in cruce mortuo, similis esse cupit. Homo tro-  
pice moritur, quando definit esse talis, qualis antea fuerat.  
Ergo Paulus dicere uult: Non sum amplius Iudaeus, et con-  
tentor religionis christianae. Mea pristina uitae ratio  
desiit. Possunt etiam sic explicari haec uerba: Facile pa-

tior ut alii me contemnant et affligant propter repudiatam a me legem Mosaicam, ad exemplum Christi, qui tanquam uiolator legis cruci est affixus. ζῶ δὲ — ἐμοὶ χριστός) *Non enim amplius ipse uiuo, sed Christus in me uiuit.* Post ζῶ δὲ delendum est comma. *Viuit in nobis*, quem impense amamus et colimus, quemadmodum sibi uiuit, qui suis commodis unice studet. Sensus igitur est: Non studeo amplius honori meo et commodis meis, sed Christum unice colo, eique placere studeo. Non amplius uiuo pristino meo Iudaico more, sed uitam et mores plane ad praecepta religionis christianae conformare studeo. Hoc statim aliis uerbis repetitur. ἔ δὲ νῦν — τῷ Θεῷ) *Nempe tota me reliqua uita in hoc corpore consumitur in religione Messiae excolenda et propaganda.* Ἐν σαρκί, i. e. ἐν σώματι. Σάρξ, רשׁוּת. Ὁ δὲ νῦν ζῶ, i. e. ἡ νῦν ζωὴ μὲ ἐστὶ ζωὴ ἐν πίστει τ. ὑ. τ. Θεῷ. Πίστις, religio eiusque cultus et propagatio. τῷ ἀγαπήσαντος — ὑπὲρ ἐμῶ) *Qui me sic dilexit, ut etiam seipsum pro me traderet in mortem.* καὶ, more hebr. uerba uerbis per ἡ neclendi. Christo, qui pro me et omnibus hominibus mortuus est, salutem meam totam debeo.

21. ἐν ἀθετῶ — τῷ Θεῷ) *Non contemno tantum Dei beneficium.* Ἀθετῶ, ἀτιμάζω, ὑβρίζω. Vel μέγαλον κίνω, uanum et inutile reputo. Supple: Quod facerem, si legis Mosaicæ obseruatione fauorem Dei consequi uellem; nam hoc sequentia uerba postulant. εἰ γὰρ — ἀπέθανεν) *Si enim propter legis obseruationem immunitas a peccatorum poenis et beneuolentia diuina nobis contingeret, Christus frustra esset mortuus.* Δωρεάν, temere, sine causa. Si alio modo

modo fauorem diuinum et uitam aeternam confequi poteramus, certe non opus erat, ut Christus pro nobis oppeteret mortem.

### CAPUT III.

1. **Τ**ις ὑμᾶς — πείθεσθαι) *Quis uos praestigiis quasi induxit, ut fidem denegaretis uerae Euangelii doctrinae?* Verba τῆ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι defunt in codicibus optimis, quibuscum consentiunt uersiones antiquae, et multi Patres graeci et latini. Videntur ex margine irrepfisse in textum. Βασκαίνειν, *fascinare, praestigiis, uel malis artibus in errorem inducere.* Proprie βάσκειν et βασκαίνειν idem est quod φάσκειν, *dicere.* Deinde sensu malo est pro κακολογεῖν, *calumniari,* unde βάσκανος et συκοφάντης Synonyma; hinc simpliciter dicitur pro ἐξαπατᾶν. Est uero etiam *fascinare aliquem, nocere alicui aspectu, uerbo, modo quodam superstitionis.* *Quis oculos uestros praestrinxit, ut nihil uidere possitis?* Πείθεσθαι, h. l. *fidem habere;* interdum etiam *obedire.* οἷς κατ' ὄφθαλμῶς — ἐσαυρωμένος) *Quibus de crucifixo Christo doctrina ante oculos quasi depicta fuit.* Οἷς ἐν ὑμῶν, pro ἐν οἷς, ut hebr. רשן אנת אשר, אנת. Προγράφειν h. l. est *in tabula quasi proponere, clare et perspicue edocere, ut προκηρύττειν, palam denuntiare.*

2. τῦτο — ἀφ' ὑμῶν) Omiffis aliis, hoc tantum a uobis iam quaero. ἐξ ἔργων — πίστεως;) *An per obseruationem legis Mosaicae hanc meliorem sentiendi agendique consuetudinem adepti estis, an uero per institutionem in doctrina Christiana? Πνεῦμα, nobilior, perfectior sentiendi agen-*

agendique ratio et consuetudo, quae est effectus doctrinae christianaе, edle Denkungsart und Gesinnung. Rom. VIII, 4. Hanc, inquit, non accepistis per obseruationem legis Mosaicae, sed per institutionem in religione christiana. Ἀκοή, hebr. **הַשְׁמָע**, *institutio* quae fit ore, -proprie *auditus*. Πίστις, opposita τῷ νόμῳ, doctrina christiana. Experientia ipsa edocti erant Galatae, se accepisse illam meliorem mentem per auditam doctrinam de Christo, non autem obseruatione legis Mosaicae.

3. ἐναρξάμενοι — ἐπιτελεῖσθε;) *Post illa primordia spiritualia iam recidetis ad humiles caerimoniarum ritus? i. e. qui coepistis esse Christiani, nunc uultis deflectere ad Iudaismum? Quum πνεῦμα h. l. sit perfectior sentiendi agendique ratio, quae est effectus doctrinae christianaе, (u. 2.) ni oppositionis σὰρξ erit humilis sentiendi ratio, effectus τῷ νόμῳ, niedrige, iudische Denkungsart.*

4. τοσαῦτα — καὶ εἰκῆ) *Tanta igitur beneficia frustra uobis contigerunt? Dummodo sufficit dixisse frustra! Πάσχειν in utramque partem dicitur apud Graecos, ut apud Theocrit. Id. XV, 138. ἔκ' ἵκαθε τῆτο, non haec gloria ei contigit. Ἐικῆ, nullo fructu. Ἐίγες εἰκῆ, per aposiopesein: dummodo sufficiat dixisse frustra. Si enim maneat in illa peruersitate, amittetis omnem illam facultatem πνευματικῆν. Alii: *An tot mala frustra tolerastis? An uero Galatae calamitates sustinuerint propter religionis christianaе professionem, id confirmari non potest, quia lux historiae nobis deest.**

5. ὁ ὅν ἐπιχορηγῶν — πίστεως;) *Num, inquam, Deus, qui largitus est uobis hanc mentem, et tot miracula patrauit inter*

*inter uos, hoc fecit propter opera legis a uobis praestita, an uero per doctrinam Euangelii?* i. e. accepistisne haec tanta dona, quia legem obseruatis, (quia Iudaei estis) an quia edidicistis religionem christianam? ἐν, inquam, mera particula transeundi; nam est confirmatio eiusdem argumenti, quod u. 2. 3. proposuerat. Ὁ ἐπιχορηγῶν, sc. θεός. Δυνάμεις, miracula, ut saepius. Ἡ ἐξ ἀκοῆς πίστεως, supple: *Utique per auditam doctrinam*, sine ullis talibus caerimoniis, quas lex Moysi imperat ciuibus suis.

6. καθὼς — εἰς δικαιοσύνην) *Sicut de Abrahamo dicitur;* (Alienus ab omnibus istis caerimoniis Mosaicae legis) *credidit Deo* (promittenti) *et hoc fuit ipsi laudi*, uel diuino fauore ornatus est. De phrasi ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην cf. Rom. IV, 3. Nouum argumentum. Cur illi, qui uobis commendare solent legem Mosaicam, tacent de antiquissima historia et religione Abrahami, quem solent suae gentis auctorem iactare?

7. γινώσκετε — Ἀβραάμ) *Cognoscitis inde, Dei promissionibus confisos, genuinos esse Abrahami filios.* Γινώσκετε, in Indicat. et Imperat. potest efferri. Ὅι ἐκ πίστεως, sc. ὄντες, i. e. δι πίστεύοντες. *Filii genuini Abrahami*, sunt Abrahamo similes, digni ut pro eius posteris habeantur, s. Iudaei sint ortu, siue Gentiles, qui eadem fruuntur sorte et felicitate; qui diuino ornantur fauore, quemadmodum Abrahamus diuino fauore est ornatus.

8. προῖδεν — ὁ θεός) *Quum igitur praeuidisset Scriptura, Deum approbaturum esse gentes propter fidem eius*  
promissis

*promissis habitam.* Ἡ γραφή pro: πνεῦμα ἅγιον ἐν τῇ γραφῇ. Disputat Apostolus ex uocabulo **כְּרִיב**, Gen. XVIII, 18. quo nomine uero tum Iudaei inuidiose appellare solebant ceteras gentes. **ὅτι** — **ἐθνη**) *Felicitate fruuntur tecum*, (et per te) *omnes gentes.* Ἐν σοι, ut u. 9. explicatur, *tecum*, imitantes animi tui indolem. **כָּרַב**, *benefacere*, quod intelligendum de interna felicitate, ad animum pertinente.

9. **ὡσεὶ** — **ἄβραάμ**) *Quapropter credentes* (licet non circumcisi, uel Mosaica lege utentes,) *felicitate fruuntur sicut Abraham.* Σὺν τῷ ἄβραάμ, i. e. ὡσεὶ δ' ἄβραάμ.

10. **ὅσοι** — **κατάραν ἑασι**) *Quicumque contra Mosaicæ legi sunt obstrixi, ii poenis sunt obnoxii.* Ἐξ ἔργων νόμου ὄντες, Iudaei, qui legi Mosaicæ dant operam. **κατάραν**, **קללה** *comminatio poenarum*; interdum etiam *poena ipsa*. Nemo Iudæus satisfacere singulis Mosaicæ legis præceptis potest; semper est in periculo, ne quid delinquat; ideo omnes Iudæi, quippe alieni a fide in Christum, poenis obnoxii sunt. **γέγραπται** — **ποιῆσαι αὐτά**) Deut. XXVII, 26. **Ἐπικατάρατος**, **כָּרִיב**, *infelix, miser.* Ὅς ἐκ ἡμῶν etc. *quisquis non constantissime perfecit etc.*

11. **ὅτι δὲ** — **δῆλον**) **Δὲ**, *deinde etiam.* Nam aliam rationem addit Paulus priori. Ἐν νόμῳ *per obseruationem legis Mosaicæ.* Παρὰ τῷ θεῷ, *iudicio Dei.* Homini- bus Iudæus, legis Mosaicæ studiosus, facile se probare potest, non autem Deo, qui non his externis studiis atque exercitiis delectatur. De loco Habac. II, 3. mox citato, cf. Rom. I, 17.



12. ὁ δὲ νόμος οὐκ ἵσται ἐκ πίστεως) *Lex uero non suadet uel commendat fidem*, fiduciam in Deo reponendam; lex non est res fidei. In lege non quaeritur, an credas, sed an tu agas. ἀλλ') Sc. λέγει. Sequens locus est Leuit. XVIII, 5. Ἄυτὰ, sc. προστάγματα. Ζήσεται ἐν αὐτοῖς, *felicitem consequetur per ea*, sicut contra, qui non fecerit, lapidatur, eiicitur e populo etc.

13. χριστός — τῷ νόμῳ) *Christus liberauit nos a poenis in lege constitutis*. Ἡμεῖς, nos Iudaeos, quibus haec lex, quam tamen seruare non possumus, data est. Ἐξαγοράζειν, *redimere pretio*. Non est autem hic sermo de poenis aeternis, sed de poenis legis Mosaicae; respicit enim Paulus ad Deut. XXI, 22. 23. Non obruimur lapidibus propter uiolatam legem de Sabbato; non excludimur e populo Dei, ob intermissam circumcissionem etc. γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρτα) *Dum poenas pro nobis expertus est*. Alias dicitur Christus παραδοθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν, sed h. l. Paulus utitur uoce κατάρτα, quia supra u. 10. eadem usus fuerat, et statim locum V. T. adducit, ubi eadem uox occurrit. Christus tanquam uiolator legis Mosaicae a Iudaeis cruci affixus est, et hac sua morte effecit, ut nos nunc liberi effemus ab ista lege, et a poenis in ea constitutis. γέγραπται — ξύλη) i. e. Valet de Christo quod scriptum est Deut. XXI, 23. In Hebraeo est: **קללך יהוה** *maledictio Dei*, et sensus loci est: *Qui ex trabe pendet, spectatur ut poenam luens*. Quoniam uero Christus innocens fuit, spectandus est tanquam is, qui pro nobis poenas luit. Ergo hunc mortis Christi fructum h. l. laudat Apostolus, quod finem fecerit poenis Mosaica lege consti-

constitutis, et declarauerit solutos esse homines necessitate tot legum obseruandarum. Sic pandere debuit ac uoluit Christus uiam communi omnium nationum religioni, eisdemque perfectiori, ut statim u. 14. dicitur.

14. *ἵνα εἰς* — Ἰησοῦ) *Vt felicitas illa Abrahamo promissa, gentibus (etiam) tribueretur per Christum Iesum, eiusque doctrinam.* *Ἐυλογία, ברכה, felicitas, beneficium est oppositum τῆς κατάρας, קללה. Γίνεται εἰς, (hebr. היה cum ל) i. e. συμβαίνει τοῖς ἔθνεσι. Ἐν χ. Ἰ. pro διὰ. Per Christum Iesum, per eius religionem et meritum uniuersum. Omnibus Iudaeis gentes sunt execrabiles et Deo exosae, quia legem Mosaicam non habeant et seruent. Quum igitur Christus illam legem ipse e medio sustulerit, sequitur sane, gentes eadem fide atque religione Deo placere posse, qua Abrahamus Deo olim placuit. ἵνα τὴν — πίσωσ) *Vt promissum spiritum acciperemus per fidem, (doctrinae Christi habitam) Illud ἐν σοὶ u. 8. explicatur his uerbis. Omnibus nempe nationibus felicitas contingere debet per Abrahamum, et aliquem ex posteris eius, qui est Christus, ut paulo post ostenditur. Ἐπαγγελία τῷ πνεύματος pro τὸ πνεῦμα ἐπαγγελμένον, dona spiritus sancti, omnibus Christianis communia. πίσωσ commendatur loco legis, ut postea u. 25. Nam Christi doctrina sola spirituales motus, ζωὴν et πνεῦμα homini impertit.**

15. Iam Paulus occurrit obiectioni: talia quidem de Abrahamo ualere; sed successisse publicam legislationem, quae omnino praefenda sit, et respondet, per serius datam legem Mosaicam non tolli, sed firmam raramque manere promissionem Abrahamo factam.

κατὰ ἰσχυρῶς  
λέγω)

λέγω) *Exemplo e uita communi desumto utar ad rem hanc illustrandam.* Sic Philo de Somn. καὶ τὸ δεῖν τ' ἀνθρώποινα λέγεσθαι; *quid attinet exemplis uti e uita humana petitis?* Cf. etiam dicta ad Rom. VI, 19. ἄμωσ — ἐπιδιατάσσεται) *Vel hominis cuiusdam pactum ratum nemo (alius) irritum declarat, uel aliquid ei contrarium instituit.* Ὅμωσ, *adeo, uel potius ἄμωσ, simili modo, exempli caussa.* Διαθήκη, ברית est uocabulum origine sua foederibus potissimum exprimendis proprium. Quum autem in quouis pacto duo sint attendenda, *promissio, et lex, sine conditio, sub qua aliquid promittitur, hinc mox de promissione tantum, mox de legibus est interpretandum.* Haud raro denotat *religionem*, quia in religione duo praecipue sunt considerata, promissio diuina et obsequium ex parte hominum diuinis mandatis praestandum. Cf. diff. nostram *de uocabuli διαθήκη in libris N. T. uario usu*, a. 1778. scriptam. Διαθήκη κυρωμένη, h. l. *promissio rata, et uariis caerimoniis confirmata;* nam κυρῆν διαθήκην est hebr. ברית הקים Gen. XXIII, 20. respicitur ad Gen. XV. ἄθετεῖν, *irritum declarare.* Ἐπιδιατάσσεται, *rem promissioni contrariam instituire, uel nouas condiciones addere.* Si pactum est legitime sancitum, non possumus nouas addere condiciones.

16. τῷ δὲ — σπέρματι αὐτοῦ) *Iam uero (a Deo mentiri nescio) Abrahamo et proli eius datae sunt promissiones.* Τὸ σπέρμα h. l. de uno dici, nempe de Messia, maximo ex Abrahami posteris, ex sequentibus uerbis patet, ubi Paulus ipse addit: ἐς ἐπὶ χριστοῦ. Ἀι ἰπαγγελίαι, quae datae sunt Abrahamo eiusque proli, uarii quidem sunt

generis, sed omnes eo comprehensae dicto, quod supra u. 8. iam adduxerat ex Gen. XII, 3, XXII, 18. ὅτι ἐνευλογηθήσονται ἐν σοί, (posteriori loco: ἐν τῷ σπέρματι σε) πάντα τὰ ἔθνη. Quum uero *exteris gentibus omnibus* nonnisi per Messiam felicitas contingere queat; (nullus enim alius ex Abrahæ posteris, nec ipsa gens Iudæorum ullo tempore aliis nationibus fuit salutis,) promissio illa omnino aut per Messiam impleri dicenda est, aut euentu suo hætenus caruisse. εἰ λέγει — χριστός) Verba hæc optime ita uertuntur: Σπέρμα (in illo loco Gen. XXII, 18.) *non significat multos, σπέρματα, quasi de multis sit intelligendum, sed de uno loquitur, „et prole tua,, quae est Messias.* Sunt igitur hæc Apostoli uerba non argumentantis, sed explicantis. Notum est nempe omnibus hebraicae linguae gnaris, ὅτι nunc *filium* significare in sing. numero, ut Gen. IV, 25. nunc *posteror*, in plur. numero; modo ὡς ἐφ' ἑνός, *ut de uno*, modo ὡς ἐπὶ πολλῶν, *ut de multis* usurpari; eo autem loco, de quo agit, ut de uno, recte ac merito accipiendum notat Apostolus. Grammaticorum ergo more ac τεχνικῶς locutus est, recte monente *Heinsio* in exercitatt. λέγει, *significat.* Paulus sine dubio legit, quemadmodum in antiquis codicibus graecis V. T. legitur: ἐνευλογηθήσονται τῷ σπέρματι σε πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς.

17. τῆτο δὲ λόγῳ — ἐκ ἀκυροῦ) *Hoc autem uolo: Lex, quae quadringentis demum et triginta annis post lata est, irritam reddere non potest promissionem illam a Deo datam respectu Messiae.* De numero annorum a promissione usque ad legislationem praeterlapso cf. annotata ad Actor. VII, 16. εἰς χριστόν, *respectu Messiae,* uel pro: τῷ

χριστῶ, ut εἰς ἡμᾶς, pro ἡμῖν. Respondet Paulus ad obiectionem, quae facile opponi poterat ab aduersariis. Poterat nempe aliquis dicere: Deus idem, qui promissionem illam dedit, sanxit nobis legem; ergo lex etiam a nouis Christianis e gentibus, est seruanda. Negat Paulus consequentiam; atque primum ad temporis illud intervallum attendere iubet, deinde aliis etiam utitur argumentis. εἰς τὸ καταργῆσαι τὴν ἑπαγγελίαν) Sicque tollere promissa, semel data. Ἐπαγγελία, res promissa, quae statim uocatur κληρονομία.

18. εἰ γὰρ — ἐξ ἑπαγγελίας) Si enim propter legem (Mosaicam seruandam) felicitas illa per Messiam procurata contingeret nobis, non amplius daretur ui promissionis. Κληρονομία, ἡβη, plerumque usurpatur de occupatione Palaestinae, et felicitate, qua Iudaei in hac terra fruebantur; deinde nero transfertur ad omnis generis felicitatem, maxime eam, quam Iudaei in regno Messiae expectabant. Ἐκ νόμου, propter legem Mosaicam obseruandam. τῷ δέ — ὁ θεός) Quum tamen Abrahamo gratis promiserit Deus hanc felicitatem. Nam post κεχάρισαι supplendum est τὴν κληρονομίαν. δι' ἑπαγγελίας κεχάρισαι, pro ἐν χάριτι ἐπηγγείλω, gratis, sine adiectis duris conditionibus, promisit.

19. τί ἔν δὲ νόμος;) Quo igitur consilio lata est lex Moysi? — Poterant aduersarii obijcere, ex haecenus disputatis sequi, legem Mosaicam temere, nulloque usu latam esse. Ad hanc obiectionem Paulus respondet, legem utilitate quidem sua haud caruisse, sed hunc usum alio respexisse, et fuisse tantum temporarium. τῶν παραβάσεων

χάρην προσερέθῃ) *Addita est delictorum coercendorum causa;*  
 non eo fine, ut pacto, quod Deus cum Abrahamo inierat,  
 aliquid contrarium institueretur, sed ut Israelitae, ad idolola-  
 triam, et omnem uitae improbitatem proni, coercerentur.  
 Παράβασις, ἀμαρτία, ἀμάρτημα, hebr. חַטָּה. ἄχρις —  
 ἐπήγγελται) *Tam diu duratura, donec appareret illa Abra-*  
*hami proles, (τὸ σπέρμα ἐν u. 16.) cuius respectu facta*  
*erat promissio. διαταγὴς δι' ἀγγέλων) Lata est, inquam, illa*  
*lex ministerio angelorum.* Sic Iudaeis erat persuasum iam  
 longo tempore ante Apostolos, ut patet ex uersione Ale-  
 xandrina Deut. XXXIII, 2. Inde haec opinio, ut nonnul-  
 lis uidetur, ad *Iosephum, Philonem, et Scriptores tal-*  
*itudinos transiit. Ioseph. Ant. XV, 5. 3. Carpzou. ad*  
*Hebr. II, 2. Cf. a nobis annotata ad Act. VII, 53.*  
*ἐν χειρὶ μεσίτης) Per internuncium, Mosen. Ἐν χειρὶ, 77,*  
*per. Μεσίτης, internuncius, interpret oraculorum Dei ad*  
*populum.* Quo haec pertineant, facile ex u. 15. perspicitur:  
*nemo alterius, uel hominis pactum, irritum declarare potest.*  
 Cum Abrahamo locutus est Deus ipse, non usus ministerio  
 angelorum, uel hominis cuiusdam; at uero in legislatione  
 ministri fuerunt angeli, internuncius Moses, quibus non  
 data erat a Deo potestas, illud pactum cum Abrahamo ini-  
 tum mutandi, uel addendi aliquid.

20. ὁ δὲ μεσίτης ἐνδὸς ἐκ ἑαυτοῦ) *Ille autem (Moses nempe)*  
*mediator illius unius (prolis Abrahamicae) non est.* Ἐνδὸς  
 nempe respicit ad τὸ σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται, u. 19.  
 de quo dixerat u. 16. ὡς ἐφ' ἐνδὸς. Si enim Paulus  
 scripssset: ὁ δὲ μεσίτης τῶ ἐνδὸς ἀκούων ἐκ ἑαυτοῦ,  
 nemo dubitaret, post ἐνδὸς supplendum esse σπέρματος

ex commate 19. Simili modo Paulus εὐδὲς utitur Rom. V, 17. 18. ὁ δὲ ille autem, ὁ pro ἴστος, ut Matth. XII, 3. 11. 39. ὁ δὲ εἶπεν, ille autem dixit. Dicit igitur Apostolus, munus illud Mosis, internuncii et mediatoris in legislatione, ad prolem illam unicam Abrahamicam, ἧ ἐπλήρυνται sine adiecta legis durae conditione, haud pertinuisse. Hanc expositionem facilem, ut opinor, et usus linguae et contextus sermo commendat, ut cuius locum attentius legenti, facile patebit. Cf. Progr. nostrum Fer. Natal. Dom. 1779. scriptum. Aliorum interpretationes recensuit Koppe in N. T. Excurs. VII. Adde Ven. IO. PHILIPPI GABLERI Prolus. exeget. in locum difficilem Gal. III, 20. Altdorf. 1787. qui ita interpretatur: Mediator non est unius partis, mediator solet esse duarum partium, quarum una aliquid deliquit. Atqui Deus est semper idem; semper sibi constat. Deus igitur non est in culpa, sed Israelitarum culpa necessariam fecit legem delictorum coercendorum causa datam. Vid. Ven. Doederlein Biblioth. theol. Tom. IV. fasc. 3. p. 234. qui aliam interpretationem suadet, ut post εὐδὲς suppleatur quidem σπέρματος, sed σπέρμα non accipiatur de Christo, sed de ecclesia christiana: Moses ille non est mediator unius illius σπέρματος, cui promissio data erat, sed tantum iudaicae gentis. Deus autem est unus, idem ille, qui et promissionem, et legem per Mosen dedit. Equidem in re tam difficili pronunciare non ausim. ὁ δὲ θεὸς εἷς ἴδιος) Deus enim est unus idemque; semper sibi constat, nec mutat propositum. Malach. III, 6. Sic dicunt Latini: Rex Iupiter omnibus idem. Quamquam Deus misit Mosen ad Israelitas, ad promulgandam le-

gem, noluit tamen, ut pacto cum Abrahamo aliquid statueretur contrarium.

21. ἡ δὲ — θεῶ; μὴ γίνετο) Est conclusio ex haecenus disputatis. Ex his omnibus, inquit, facile perspicitis lege Mosáica non tolli promissionem, gratis, sine adiecta conditione factam. Nunc suam thesín aliis etiam rationibus confirmat, et ex ipsa legis indole demonstrat, ex eius obíervatione non dari felicitatem. ἴ; γὰρ — ἡ δικαιοσύνη) *Si quidem lex data fuisset, quae potuisset uitam donare* (emendare homines animo) *tum utique dici posset, propter seruatam legem nobis contingere fauorem Dei.* ζωοποιεῖν interdum est etiam *felicem reddere, salutem afferre*, ΠΠ, Iob. XXXVI. 6. Hic autem significat *donare uitam spiritualem*, siue conferre uires ad uirtutem exercendam; uult enim afferre rationem, cur Deus propter legem Mosáicam seruatam non possit homines suo complecti fauore, *cur non sit ἐκ νόμου ἡ δικαιοσύνη.* Ὅντως ἄν, *tum utique aliquo modo dici posset.* Ἐκ νόμου ἢ ἡ δικαιοσύνη, pro δικαίμεθα ἐκ νόμου, sc. παρὰ τῷ θεῷ. Ratio, cur legis Mosáicae obíeruatío nos non potest gratos reddere Deo, est haec, quia non potest nobis conferre eam mentis indolem, quae Deo possit placere. Ergo non erat caussa, cur etiam alii homines, non-Iudaei adigerentur ad subeundum legem eam, quae tantum publicorum flagitiorum coercendorum caussa (u. 19.) data fuit.

22. ἀλλὰ συνήλθειν — ἀμαρτίαν) *Sed scriptura omnino omnino homines declarat peccatores.* Ἡ γραφή, libri Iudaeorum sacri. Τά πάντα, i. e. πάντας ἀνθρώπους. Rom. XI, 32. Συγγλίσειν τινὰ ὑπὲρ τι, *subucere, tradere aliquem*



aliquem alicui rei, ut statim u. 23. hebr. קָדַם cum כ et ה constructum. Facile autem intelligitur, hoc *logice*, declaratiue explicandum esse. Tota Scriptura V. T. *docet, asserit*, homines per omne illud tempus, ante Christum, esse sub dominio peccatorum et uitiorum; hoc demonstrant ipsa sacrificia; hoc confirmant prophetae etc. Graeci ueteres explicant συνέκλεισεν per ἤλαξε, διήλαξε, *coarguit homines peccatores*, Rom. III, 9. Illustratur igitur phrasis u. 19. παραβάσεων ἕνεκα. ἵνα ἡ ἐπαγγελία — τοῖς πιστεύουσιν) *Vt felicitas promissa intelligeretur dari per doctrinam Iesu Christi credentibus.* ἵνα δοθῆ, *logice: ut intelligamus, perspiciamus.* Ἡ ἐπαγγελία, *felicitas promissa*, u. 14. Πίσις I. χ. *doctrina Christi*; nam clarissima est oppositio ἐκ νόμου, ἐκ πίσεως. Sic πίσις statim u. 23.

23. πρὸ τῆ — πίσιν) *Antequam uero innotuit religio christiana.* Sicut νόμος est uniuersa oeconomia Mosaica, ita ἡ πίσις est uniuersa religio christiana. Ἐρχεται πίσις, i. e. incipit religio, innotescit hominibus et propagatur. Hanc πίσιν Paulus in locum Mosaicae legis successisse dicit. Antequam igitur innotesceret haec religio Christiana, ὑπὸ νόμον — ἀποκαλυφθῆναι) *Sub lege, ut sub custode eramus, usque ad tempus, quo haec religio christiana debebat patefieri, innotescere hominibus.* φρουρεῖσθαι, *custodiri, sub custode esse.* Custos autem est paedagogus, puero praefectus. Sensus igitur est: *Obstrixi fuimus legi Mosaicae*; nam qui est sub custode, is parere debet huic custodi. Συγκλεισμένοι, non aliud est quam φρουρεῖσθαι. Inclusi non habent libertatem. Ergo parendum est. Ἐἰς τ. μέλλουσαν π. ακ. pro: εἰς τὸ μέλλειν ἀποκαλυφθῆναι τὴν πίσιν. Per id tempus, inquit,

antequam melior Christi doctrina innotesceret, nos Iudaei utique oportuit saltem hoc legis adiumento uti. Ergo lex ualere debuit, usque dum uenisset Messias, u. 19.

24. ὡς δὲ νόμος — δικαιωθῶμεν) *Itaque lex paedagogi instar fuit nobis, (Iudaeis) usque ad Christum, ut sic per fidem consequeremur fauorem Dei.* Παιδαγωγός, is, cuius curae et disciplinae filius a patre traditur, qui plerumque inter Graecos et Romanos conditione erat seruili. Sunt ut hominum, ita et populorum aetates. Aetas Israëlitiçi populi sub lege erat quasi pueritia, infra IV, 1. cui solet addi morum moderator et custos, qui eam a grauioribus delictis retrahat. Hoc officium lex illa populo praestitit, quod ni fuisset, prolapsi fuissent ad tantam impietatem, per quam obiurduissent ad uocem Euangelii. Ἔως Χριστοῦ, usque ad hoc tempus, quo Christus uenit, melioris religionis auctor.

25. ἐλευθέρως — ἴσμεν) *Sed quum nunc coeperit Christianismus, non opus est nobis amplius paedagogo.* Alia aetas alios mores postulat.

26. πάντες — Ἰσᾶ) *Vos enim, qui in Christum credidistis, (Christi religionem suscepistis) filii Dei estis adulti;* quales qui sunt, incipiunt bonis paternis frui. Πάντες, omnes, sine discrimine nationis, conditionis et sexus. Ethnici idem sperare possunt quod Iudaei. Dicuntur quidem et Israelitae sub lege filii Dei, Deut. XIV, 1. sed tanquam pueri, qui nihil differunt a seruis.

27. ὅσοι — ἐβαπτίσθητε) *Quotquot enim baptismo suscepto doctrinam Christi profiteremini, beneficiorum Christi estis*

estis participes. βαπτίζεσθαι εἰς χριστόν, est Christo obstringi baptismo, et ideo nominatim ei obstringi, ut eius doctrinam de religione teneas. Non de infantibus, sed de adultis h. l. esse sermonem, facile patet. Nempe βαπτίζεσθαι εἰς χριστόν nihil aliud est, nisi suscipere religionem christianam, et solemni ritu se associare ad Christi sectatores. Hoc qui facit, Christum induit, coniungitur cum Christo, adipiscitur iura et commoda Christi sectatoribus propria. Ἐνδύεσθαι χριστόν, quod Rom. XIII, 14. alio sensu occurrit, h. l. referendum videtur ad ius filiorum, quo cum Christo fruuntur omnes eius sectatores, siue Iudaei sint, siue gentiles. Hoc ius filiorum Dei, inquit, adepti estis per Christum, sine lege,

28. ἐκ ἑνὸς — ἕλληνας) i. e. illud discrimen inter Iudaeos et gentes in hoc negotio non attenditur. Ἐνὸς προῦνενος. Ἑλλήνων, pro ἑθνεῶδες simpliciter, nempe, quia graece loquentes erant, ad quos scribebat Apostolus. ἐκ ἑνὸς ἄλλοι — ἄλλων) Summa rei est, omnes homines, cuiuscunque sint generis, et dignitatis et sexus, pari iure frui, quod ad religionis beneficia attinet. Hoc exprimit partiendo, i. e. nonnullis generibus, in quae solebant homines omni tempore dispesci, sigillatim enumeratis. πάντες — Ἰησοῦ) Omnes eodem iure fruimini per Iesum Christum. εἰς, si vera lectio est, ἡ αὐτοῦ, ut u. 20.

29. εἰ δὲ — σπέρμα εἰς) Quodsi Christi estis cultores et beneficiorum eius participes, etiam ius posterorum Abrahami nasci estis, tractamini uti proles Abrahami, quia Christus, cui coniuncti estis, est insigne illud σπέρμα Αβρ. ᾧ ἐπηγγελάται, u. 19. ᾧ ἐρρήθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, u. 16. καὶ

κατ' ἰταγγελίαν κληρονόμοι) *Et ui promissionis diuinae haeredes s. possessores (sc. felicitatis Abrahamo promissae.) Si enim Christo, femini Abrahae estis coniuncti, participes estis beneficiorum, quae Deus gentibus promiserat, ui promissionis: ὅτι ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη*, supra u. 8.

## CAP. IV.

1. Λέγω δὲ) Illustrat et confirmat id, quod u. 24. tetigerat, legem paedagogi instar fuisse Iudaeis. ἐφ' ὅσον — κύριος πάντων ὢν) *Quamdiu filius est puer nondum adultus nihil differt a seruo, quamuis omnia patris bona etiam ad eum tanquam herum pertineant.* Κληρονόμος, filius. Similitudinem sumit a puero, cuius pater peregrinatur; tali Patri comparatur Deus, multa humana facta dissimulans. Νήπιος, puer nondum adultus u. 2. 4. 'Ουδὲν διαφέρει δέλω, non magis sui arbitrii est, quam seruus.

2. ἀλλὰ — τῷ πατρὶ) *Sub paedagogis potius est, et curatoribus, usque ad tempus a patre constitutum.* Ἐπιτροπος, praefectus quisque, h. l. idem qui παιδαγωγός. Οἰκονόμοι, serui senes, quibus non tantum filiorum disciplina, sed et rei familiaris cura credita erat ab hero. Προθεσμία, sc. ἡμέρα, Hesych. καιρός, ὄρισμα, *tempus constitutum.* Poterat pater tempus aliquod definire, ultra quod administratio procuratoris non debebat extendi; poterat etiam per pubertatem ipsam, aliisque legibus hoc tempus definiri.

3. ἔγω καὶ — δεδλωμένοι) *Ita et nos (Iudaei) quum adhuc essemus pueri nondum adulti, puerili cuidam disciplinae eramus subiecti.* Ἡμεῖς, ad Iudaeos referendum est,

est, de quibus c. III, 24. fuerat sermo. Στοιχεῖα dicuntur in quaque arte eius rudimenta; elementa prima uocari solent. Sic etiam in religionis institutione sunt quaedam rudimenta, puerili aetati accommodata. Στοιχεῖα τῶ κόσμου, quae Iudaeis cum mundo, i. e. gentibus aliis, erant communia, ut sunt templa, arae, uictimae, libationes, festa etc. Haec et similia imposita erant Israelitis in hoc, ne talium amore ad idola dilaberentur. Ὅτε ἡμεῖς νήπιοι: aetati puerili respondet omnis aetas Israelitici populi post exitum ex Aegypto ad Christum. Ἡμεῖς δεδουλευμένοι, quod supra III, 23. ἐφρηρόμεθα συγκελευσμένοι. Non usi fuimus nostra libertate, sed coacti fuimus elementa discere.

4. ὅ-ε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τῶ χρόνῳ) *Postquam uero elapsum erat illud tempus, quod Deus nostrae quasi pueritiae praescripserat. Quum illa προθεσμία u. 2. expleta esset. Πλήρωμα τῶ χρόνῳ, et πληροῦσθαι de extremo temporis, quod praefinitum erat, spatio, seu de tempore constitutum est intelligendum. ἐξαπέστειλεν — ὑπὸ νόμον) Misit Deus filium suum, et ita quidem, ut consueto hominum more ex femina, et Iudaeus legibus Mosaicis obstrictus nasceretur. Γενόμενον ἐκ γυναικὸς exprimit natales Iesu (quoad matrem) ceteris hominibus communes, pro γενόμενον ἀνδρωπου. Similiter igitur γενόμενον ὑπὸ νόμου, pro γενόμενος Ἰουδαῖος, ad natales Iudaicos est referendum. Quia nempe Iesus inter Iudaeos natus erat, igitur obstrictus erat legi, quae ualebat in ciuitate iudaica.*

5. ἵνα τὸς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ) *Ut legi subditos, (Iudaeos,) liberaret, nempe a iugo illo rituum. Itaque*  
 nihil

nihil agebant, qui ad exemplum Iesu prouocabant, qui et ipse fuerit circumcisus, uixeritque legi Mosaiicae obnoxius. Concedit hoc Paulus, sed eo consilio id factum esse docet, ut doctrina sua et mortis perpeffione tolleret legis auctoritatem. *ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν*) *Vt plenum ius filiorum nancisceremur.* Filii tum demum υἱοθεσίαν nanciscuntur, quum eos ad adultam aetatem prouectos, a paedagogi disciplina pater exemit. Hoc ad Iudaeos et gentiles pariter pertinet. Iam, sublata legis auctoritate, nouus status *filiorum* locum habet; nam Christus est filiorum Dei primus, et Christiani dicuntur eius fratres, qui plena iura liberorum naeti, beneficiis promissis fruuntur, et suo arbitratu res quasdam agunt, nempe manente in Patrem obsequio, sed sine specialibus praescriptis.

6. *ὅτι δὲ — καρδίας υἱῶν*) *Quia uero filii estis, et iure filiorum uos uti decet, dedit uobis Deus spiritum eundem qui erat in filio suo* optimo et unice dilecto. Prouocat ad ipsum sensum Galatarum; nam illa melior mentis indoles et spiritualis perfectio, quam sentiebant, eximium erat argumentum diuini in eos fauoris. Sic fruebantur iam iure filiorum. *Πνεῦμα τὸ υἱὸς* non est is, qui mittitur a Christo, sed *qui erat, uim exferebat in ipso.* cf. 2 Reg. II, 15. *κράζον, ἀββᾶ ὁ πατήρ*) *Quo laetissima cum fiducia Deum compellatis Abba, patrem.* *Κράζον*, i. e. clamare nos faciens. Hebraismus. Inest uero in hac uoce notio confidentiae et *καθησίας.* *Ἀββᾶ,* Syr. *אבא.* Cf. Rom. VIII, 15.

7. *ὡς — υἱός*) *Tu Galata, et quisquis es Christianus. Non amplius seruus, iugo Mosaiicae legis subiectus, esse debes;*

debes; sed filium te scito. εἰ δὲ — διὰ χριστοῦ) Si autem es filius Dei, quod ex noua mentis indole, et in Deum fiducia, tuto colligere potes, es etiam propter Christum haeres, et particeps bonorum, quae Deus promiserat.

8. ἀλλὰ τότε — ὑσε θεός) Olim quidem, quum ignoraretis Deum uerum, coluistis metu seruili idola. Τότε designat omne id tempus quod ante Galatarum uocationem ad Christianismum exierat. Τοῖς φύσει μὴ ὑσε θεοῖς, qui reipsa non erant Dii, τοῖς λεγομένοις θεοῖς, 1 Cor. VIII, 5. Contextus omnino suadet, ut eos, quos Apostolus hic alloquitur, intelligamus Iudaeos. Nam illud τότε, olim, i. e. quum effetis legi subiecti, et ἀνωθεν, denuo, et reuerti ad pristinam conditionem, ἢ τὰ στοιχεῖα, u. 9. planissime coarguit Iudaeos. Huic sententiae uidetur quidem repugnare illud: coluistis qui non essent natura sua Dii; Iudaeos enim non coluisse commenticios Deos satis constat. Sed potest hoc dictum uideri in Profelytos Iudaicos, quum isti admonendi essent ne circumciderentur, non Iudaei, qui iam suscepissent illam ceremoniam. Vid. NOESSELT, fasc. 2. p. 216. Nihil tamen impedire uidetur, quo minus hoc Pauli dictum trahatur ad paganos, qui tum, quum Iudaei elementis subiecti essent, similibus elementis, (sacrificiis, lotionibus aliisque ritibus) erant adstricti.

9. μᾶλλον δὲ, γνωσθίντες ὑπὸ θεῷ) Immo ut uerius dicam, ab ipso Deo adducti ad ueram eius cognitionem. Μᾶλλον δὲ, immo uero, ut rectius dicam. Γινώσκουθα, uel approbari, ex hebraica significatione ὕψ, uel doceri. Vid. dicta ad 1 Cor. VIII, 3. τῶς ἐπιστρέφετε — θέλετε;

Qua

*Qua tandem ratione iterum conuertitis uos ad infirma et inutilia elementa (Iudaeorum) quibus iterum subiecti esse uultis?* Στοιχεῖα, cf. supra u. 3. Ἄσθενεῖς et πτωχὸν h. l. nihil differunt; nam utrumque significat τὸ ἀνωφελεῖς *parum utile*. Πτωχὸν, hebr. מִשְׁכָּרָה *miseria quae uis*. Sic autem Paulus illos ritus uocat ideo, quod parum facerent ad emendandam mentem, et gignendos sublimiores sensus de Deo et uirtute. In τάλιν ἀνωθεν, alterutrum redundat, ut in omni sermone familiari. Quoad externos ritus magna fuit religionis Iudaicae et gentilis similitudo. Erant igitur et Idololatri sua ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, et turpe esse dicit Apostolus, si Galatae, reliētis uanis caerimoniis, iam aliud iugum simile subeant.

10. ἡμέρας — ἐνιαυτός) *Festa obseruatis, certis diebus, mensibus, annis, redire solita*, qualia inter Iudaeos erant sabbatha, nouilunia, festa cetera azymorum, tabernaculorum, propitiationis, denique anni sabbathici. Col. II, 16. Καίροι, *stata tempora*. Vtrum ἐνιαυτός praecipue annum Iubilaei, an uero annum sabbaticum, septimum hic significet, non est certum.

11. φοβῆμαι — εἰς ὑμᾶς) *Sollicitus sum de uobis, ne frustra tot labores impenderim uestra causa*. Ἐπις post φοβῆμαι quoad sensum redundat. Ἐἰς ὑμᾶς, pro ὑπὲρ ὑμῶν.

12. γίνεσθε — ὡς ὑμεῖς) i. e. Imitamini meam uitae aeternae rationem, in abiiciendis ritibus, sicut ego, omiſſa Iudaica omni consuetudine, uobis factus sum similis, quum uobis praedicarem Euangelium. Potest etiam post καγὼ suppleri ἰγενόμενος, ut sit sensus: ipse enim alias plane eadem sentie-



sentiebam, ζηλωτῆς νόμος eram, ut nos. Phil. III, 4-9. Actor. XXII, 3. Alii aliter. εἰδέν με ἠδικήσατε) *Nulla me iniuria affecistis*, cur credere debeatis, uos a me tractari durius, quam antehac. Quae dixi, ex amore nascuntur.

13. οἴδατε δὲ — τὸ πρότερον) *Nostis potius, me inter magnas corporis afflictiones Euangelium uobis praedicasse antea.* Σάρξ pro σῶμα. Ἄσθενεῖα, calamitates externae, uel corporis ualetudo, uel pericula et incommoda externa.

14. καὶ τὸν πειρασμὸν — ἐξετύσατε) *Nec tamen me uariis calamitatibus afflictum contempsistis et respquistis*, pro: καὶ πεπειρασμένον με ἐν πολλαῖς ἄσθενείαις τῆς σαρκὸς ἐκ ἐξουθεύσατε. Πειρασμὸς, omnis generis calamitates, quia his potissimum experiri atque probare hominum fidem et constantiam Deus uidetur. ἀλλ' ὡς — Ἰησοῦν) i. e. *lubentissime.* ὡς ἄγγελον Θεοῦ, *tanquam legatum Dei.* Ἄγγελος, *legatus.* Neminem alium doctorem mihi praeposuisistis; me uice collaudauistis, licet tenui et exili loco tum constitutum.

15. τίς ἔν ἡν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν;) *O quam felices uos tunc praedicabatis?* nam μακαρίζειν, *beatum praedicare.* Possit etiam explicari: *Quantas laudes mihi tribuebatis?* Sed priorem expositionem praefero, quia uerbis et contextui est conuenientior. Vos ipsos beatos praedicauistis, talem uobis contigisse doctorem. μαρτυρῶ — εἰδὼκατέ μοι) i. e. *uos omnia, etiam durissima quaeuis mea causa ferre, paratos fuisse.* Ter. Adolph. IV. 5. 67. Di me, Pater, omnes oderint, ni magis te quam oculos nunc amo meos.

meos. Cf. Wetsten. Ἐι δυνατόν, i. e. si id mihi prod-  
esse potuisset.

16. ὡς — ὑμῖν;) *An nunc, quia uera uobis dico, ideo putatis, me inimico in uos esse animo? Nisi potius est sensus: Nunc uero odio me habetis, quia uera uos doceo, quum tamen antea me tantopere amauissetis?*

17. ζηλοῦσιν ὑμᾶς ἢ καλῶς) *Amorem uestrum captant, non honeste. Ζηλοῦν* aliquem dicitur, qui ualde ab eo amari affectat, quia talis cupiditas comitem solet habere *ζηλοτυπίαν*. Est ergo Metonymia. Cf. 2 Cor. XI, 2. Sermo est de falsis illis Doctōribus, de quibus hactenus locutus erat; quibus autem artibus illi usi fuerint, non constat. ἀλλὰ — θίλωσιν) *Excludere me uolunt* ab amore uestro; ut nos: *Sie wollen mich ausstechen*. Pro ὑμᾶς habent ὑμᾶς Codd. plurimi et optimi, Versiones et Patres. Vtraque lectio ὑμᾶς et ὑμᾶς, satis est antiqua. Si ὑμᾶς legitur, sensus haud multum diuersus enascitur: *Secludere uos uolunt a mea amicitia*. ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε) *Vt ipsos unice in honore habeatis, et praeceptores audiatis*.

18. καλῶν — πάντοτε) *Optandum uero esset, uos studere rebus bonis semper. Ζηλοῦσθαι* alii in Passiuo, alii in media significatione accipiunt. Mihi posterius placet; nam cohaerere uidetur hoc comma cum u. 15. Galatae, quum Paulus adesset, prae se ferebant *ζηλον ἐν καλῶ, τῷ καλῷ*, laudantes et probantes Pauli doctrinam, de abroganda lege Mosaiica; sed post Pauli discessum desierunt *ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ*, amplexi potius uitiositatem Iudajantium.

19. *τενία — χριστός ἐν ὑμῖν*) *O filioli mei, quos iterum pario, i. e. quantas mihi facitis molestias, uos, quos denuo edocere necesse est, usque quo ingenuae illius doctrinae Christi uera imago in uobis restauretur!* Comparat se matri, cuius est tenerrimus in liberos affectus. *Parit*, qui edocet alios, ut discipuli fiant. Hoc tropo autem utitur Apostolus, quoniam *τενία* compellat Galatas. *Χριστός* h. l. est ingenua doctrina et religio, cuius auctor est Christus. Sic corrupti erant Galatae per Iudaizantes, ut noua institutione in religione iis opus esset, denuo formandi essent Christiani. *Christus formatur in hominibus*, si christiana doctrina informatur animis eorum. Est Latinismus, ut, philosophiam animis informare.

20. *ἤθελον — φωνήν μου*) *Vtinam uero apud uos esse possem, et uocem meam mutare, i. e. seuerioribus uti uerbis.* Quam primum ad Galatas uenisset, lenitate usus fuerat, com. 13. iam uero necessitas exigebat, ut seuerius cum illis ageret. Alii phrasin explicant: *oratione erga alios alia uti*, modo asperiore, modo leniore, prout Galatas affectos reperiēbat. *ὅτι ἀπορῆμαι ἐν ὑμῖν*) *Incertus sum, quomodo me geram erga uos, ut corrigamini.*

21. *ἀγέτε — ἢ κ' ἀκούτε;*) *Qui legibus Mosaicis subiecti esse uultis, legem non intelligitis?* Alio argumento utitur Paulus, ut ostendat, Christianos a legum Mosaicarum imperio esse exemptos. Alloquitur uero ipsos ex Ethnicis Christianos, qui a Iudaizantibus ad obseruandos ritus Mosaicos sollicitabantur. *νόμος* duplici sensu hic sumitur; Primum de *legibus Mosaicis*, deinde uero pro hebr. *תורה* de *libris sacris Iudaeorum*; quae enim sequuntur ex

Geneseos libro deprompta sunt. Vid. *Koppe* Excurf. III. in hanc Epistolam. Ἀκρίειν, h. l. intelligere, tenere. I Cor. XIV, 2. Marc. IV, 33.

22. γέγραπται γὰρ — ἐλευθέρως) Narratur in Genesi. Παιδίσκη, Πηψω, serua, Sclavin. De Hagare esse sermonem, satis patet. Ἐλευθέρω, υχορ, γυνή, nempe Sara. Maluit autem dicere ἐλευθέρω, ut responderet τῷ: παιδίσκη.

23. κατὰ σάρκα) i. e. secundum consuetum naturae ordinem, iustis parentum aetatibus, שר בשר על ידי תשׁעׁוּת) *Vi* promissionis, uel metonymice, per eam uim extraordinariam, quam Deus promiserat, ipsius Dei interuentu, qui contra omnem parentum spem et promisit filium et dedit.

24. ἢ τινὰ ἴσιν ἀλληγορήματα) Haec allegorice explicari, ad sensum altiozem referri et applicari possunt. Eiusmodi allegoricae orationis usus in optimis scriptoribus et frequenter occurrit; nam inter omnes populos paullulum cultos, fuerunt uiri sapientes, qui in scriptoribus suae gentis celebrioribus interpretandis hanc allegoricam rationem sequerentur, eandemque etiam ad ipsas historicas narrationes accommodarent, quod patet ex Philosophorum Graecorum, Platonis, Plutarchi interpretationibus, maxime ex *Heraclicis* Allegoriis Homericis. *Hesychius*: Ἀλληγορία, ἄλλο τι παρὰ τὸ ἀκούμενον ὑποδεικνύεσθαι. Glossar. N. T. ἀλληγορήμευμ, ἑτέρως κατὰ μετάφρασιν νοούμενα, καὶ ἢ κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν. Inprimis Iudaei, in libris sacris interpretandis, inde ab antiquissimo tempore tenuerunt hanc rationem, teste *Philone* de uita Contemplat. T. II. p. 475, 35. qui et ipse

ipse in Allegoriis II. p. 135, 29. hanc de Sara et Hagare historiam allegorice, etsi alio modo, quam Paulus interpretatur. Hoc ipsum tradunt, et in suis מרשם imitantur recentiores Iudaei omnes. Cf. Maimonides in More Nevochim III, c. 43. Aben Esra ad c. I. Threnor. Ierem. etc. Paullus igitur, Iudaeus ipse, in hoc interpretandi genere exercitatus, eo tempore, quo hoc litterarum sacrarum allegorice interpretandarum studium et vulgare erat et omnibus probabatur, partim ad Iudaeos ipsos, partim Iudaicarum litterarum peritos scribens, simili locum historicum allegorice interpretandi ratione uti potuit ad rem suam, non quidem confirmandam, at confirmatam κατ' ἀνθρώπων illustrandum. αὗται γάρ ἴσιν δι δύο διαθήκαι) Haec, quae de Sara et Hagare narrantur, accommodari egregie possunt ad duas religionis formas, nempe ad religionem Mosaicam et nouam Christianam. Αὗται uel ad παιδίσκην καὶ ἐλευθέρην, uel etiam ad διαθήκαι potest referri, sensu manente eodem. Διαθήκη h. l. est religionis forma, תורה, Vid. annot. ad c. III, 15. Ἔτσι, significant, ut LXX. interpret. Gen. XLI, 26. μία μὲν — Ἄγαρ) Una quidem harum religionum ex monte Sina promulgata est, seruailes habens cultores, cuius imago est Hagar. Μία, sc. διαθήκη. Σινᾶ, mons in Arabia Petraea situs, legibusque Mosaicis in eo latis celeberrimus. Post Σινᾶ supple ταῦτα, uel simile Particip. Ἐἰς δούλειαν γεννῆσα, pro μήνη τέκνων δούλων. Sensus est, religione Mosaica adduci Iudaeos ad obsequium seruile, et iugo duro caerimoniarum subiici. Sed manet Paulus in notione matris, cui semel διαθήκην comparare coeperat.

25. τὸ γὰρ — Ἀραβία) *Nam ipsa uox Hagar significat in Arabia (i. e. lingua Arabica) montem Sinaiticum.* Τὸ ἄγαρ, non ἡ ἄγαρ, est ipsa uox Arabica Hagar. Ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, significat in lingua Arabica, inter Arabes. Vox Arabica *Hbagar* significat *petram*, diciturque uniuerse de montibus quibusuis saxosis; deinde uero est etiam propria pluribus locis et urbibus, uelut metropoli Arabiae Petraeae *Elhbagar*; unde ualde est probabile eandem uocem ad montem Arabiae altissimum, celeberrimumque, Sinaiticum nempe designandum, adhibitam fuisse, etiamsi certis argumentis pro hoc nominis usu destituamur. Confirmatur tamen haec coniectura *Haranti* auctoritate, qui in Itinerario Palaestinae, suo adhuc tempore hoc nomen de monte Sinaitico adhiberi solitum fuisse affirmauit, auctore *Büschingio* in descriptione Asiae p. 535. Ceterum Paulus sine dubio hoc nomen didicit, quum in Arabia degeret, c. I, 17. Cf. *Koppe* Excurs. VIII. Sunt uero haec uerba parenthesi includenda; Paulus enim obiter tantum ex nomine monti Sinaitico proprio, rem hanc illustrat. συσμοίη — τίκνον δουτῆς) *Congruuit Hierosolymis terrestribus, quae cum ciuibus suis sunt conditionis seruilis.* Συσμοίησ7, iungitur commati 24. et denotat hoc uerbum h. l. *similitudine coniunctum esse alteri*; nam τὰ σύσμοια, et τὰ ὅμοια sunt Synonyma. *Polybius*: καὶ τὰ λοιπὰ ἢν τέτοις ὅμοια καὶ σύσμοια. Ἡ ἡ ὄν Ἱερουσαλήμ, ea urbs, quae nunc est Iudaeorum metropolis. Est autem metropolis posita pro uniuersa Iudaeorum republica, quae tempore Pauli adhuc florebat; erat enim adhuc templum Hierosolymitanum cum omnibus caerimoniis. Δουλοῦσι refer ad Ἱερουσαλήμ. Τίκνον δουτῆς sc. τῆς Ἱερουσαλήμ, sunt *Iudaei*, cuius formulae loquendi ratio h. l.

h. l. potissimum in eo est quaerenda, quod omnis superior locus *matrum*, Sarae et Hagaris imaginem iam referebat. Sensus igitur est: Hagar est similis hodiernae ciuitati Iudaicae; sicuti enim Hagar serua fuit, ita etiam ciuitas iudaica seruit.

26. ἡ δὲ ἄνω — πάντων ἡμῶν) *Sed illa Hierosolymorum urbs, quae non est in his terris, promissa omnibus filiis Abraham ingenuis, libera est; haec esse potest communis omnium nostrum mater.* Apostolus, recte monente Koppe, excidit constructione ea, qua locum exorsus fuerat. Sic enim oratio procedere debuisset: ἡ δὲ ἑτέρα (διαθήκη) εἰς ἑλευθερίαν γεννώσα, ἣτις ἐστὶν Συρᾶ. συροικεῖ δὲ τῇ ἄνω Ἱερουσαλήμ, τῇ ἑλευθέρᾳ, ἣτις ἐστὶν μήτηρ πάντων ἡμῶν. Ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ opponitur τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ, et est Hierosolymorum urbs coelestis, posita metropoli pro regno ipso. Non caret suis rationibus *Michaelis* interpretatio, qui τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ refert ad *antiqua* illa Hierosolyma, seu *Salem* Gen. XIV, 18. ubi religio fuerit sine caerimoniis Mosaicis. Sed prior expositio praeferenda esse uidetur, quia uox ἄνω, ἡνω, hoc *coeli, rerumque coelestium* sensu Apostolo est solennis, Phil. III, 14. Col. III, 1. 2. cf. Io. VIII, 23. et Iudaei de *Hierosolymis supernis* multa tradere solent. Cf. *Wetsten.* Ἐλευθέρᾳ ἐστὶν, similis est Sarae, uxori Abrahami liberae, filiis suis libertatem, et ab omni seruitiū iugo immunitatem promittens et largiens. Hanc urbem coelestem, Sarae imagine adumbratam, omnium, Iudaeorum et Ethnicorum communem matrem appellari posse dicit. Videtur μήτηρ h. l. esse metropolis, ut sensus sit: coelestis quaedam metropolis omnium Christianorum, siue

ex Iudaeis sint, siue ex Ethnicis, est communis. Cf. Hebr. IX, 24. XII, 22. Fortassis tamen ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ est ecclesia christiana. Haec, Paulus inquit, est mater omnium nostrum; nos sumus membra huius Hierosolymae.

27. γίγνεται — τὸν ἄνδρα) *Huic coelesti metropoli, (uel etiam: huic ecclesiae christianae, quae est libera) conuenit illud Prophetae: laetare, quae sterilis fueras, nec pariebas; erumpe in hilaritatem, et clama, quae antea non parturiebas; plures enim erunt liberi huius tam diu sine marito uiuentis, quam eius, quae habet iam a longo tempore maritum.* Hoc dicto Iesaiæ c. LIV, 1. Paulus utitur tantum haecenus, ut ea, quae modo de Hierosolyma Christianorum matre dixerat, aliquo modo illustraret, quod eo aptius fieri poterat, quod eadem matris foecundae imagine Propheta hanc noui regni felicitatem expresserat. Non est in singulis arguendum; nam descriptio est poetica, felicitatem regni Messiae imagine matris olim *sterilis*, nunc *foecundae* exprimens, et summa rei huc redit, magnum fore numerum ciuium illius regni Messiani et coelestis, et multo maiorem, quam fuit antea. Ἐστῆρα, ἢ ἡ τίκτησα, sunt Synonyma, ex more Poetarum ueterum, rem unam uariis modis et formulis exprimendi. Ἐξῆρον, aut supple τὸν φωνὴν, aut εὐφροσύνην, ut Ies. XLIX, 13. LII, 9. Cf. *Loesnerum* ad nostrum locum. Βόησον ἰηצ Synon. τῷ ἔξῆρον, ūmilit̄er ad cantum laetabundum est referendum. Ἐρημον, שוממה, *desolata*, i. e. *a marito contemta*, pro ipsa sterilitate. Ἡ ἔχσσα τὸν ἄνδρα, כעולה, *amata a marito a בעל dominari*, quod de *consuetudine coniugali*  
Deut.



Deut. XXIV, 1. et aliis locis usurpatur. Πολλὰ μᾶλλον, pro παρτίονα. כִּי, cum D. Descriptionem esse puë-  
ticam, iam monui.

28. ἡμεῖς — τέκνα ἰσμεν) *Nos uero fratres, Isaaci instar, ut promissionis diuinæ ius filiorum nati sumus.* Κατὰ Ἰσαακ; instar Isaaci. Cf. Kypke obs. ad h. l. Sicut Isaacus fuit filius promissus; ita et nos sumus filii coelestis Hierusalem, quos Propheta tam magnifice portendit.

29. ἀλλ' ὡσπερ — ἕτως καὶ ὑμῶν) *Sed quemadmodum tum temporis ordine naturæ consueto natus (Ismael) odio et iniuriis persecutus est, ut diuina progenitum, (Isaacum) ita et nunc fit; ita nempe Iudæi at Abrahamo naturæ ordine consueto genus ducentes, ut Ismael, iniuria afficiunt et magno odio prosequuntur nos, qui Isaaci instar filii sumus promissi.* Πνεῦμα hic uocatur uis illa diuina, per quam Sara foecunditatem alieno tempore acceperat. Cf. 1 Cor. X, 3. Ἐδύωκε, omnis generis iniurias exprimit.

30. ἡ γραφή) Gen. XXI, 10. Sunt quidem uerba Saræ, sed probata Deo, u. 12. ἔκβαλε — ἐλευθέρας) Ita Iudæi, qui seruili ingenio litterarum legis Mosæicæ inhaerent, non adipiscuntur iura filiorum Dei, sed a beneficiis Messiae excluduntur.

31. ἄρα ἀδελφοὶ — τῆς ἐλευθέρας) i. e. Meminerimus, nos non esse ancillae liberos, i. e. obligatos ritibus Iudaicis.

## CAP. V.

1. Τῇ ἐλευθερίᾳ — ζήηετε) Ingentemlectionis varietatem, quae tamen sentium non mutat, vid. ap. Griesbachium. *Perseuerate igitur in ea libertate, in quam Christus nos uindicauit* Coniungi hoc debuit cum c. IV. cum quo cohaeret. Ἐτήκειν τινι, pro ἐν τινι, perseuerare in aliqua re. καὶ μὴ — ἐνέχεσθε) *Nec patiamini uos iterum adstringi iugo seruili.* Ἐνέχεσθε hic est uinciri, adstringi, frequens apud bonos Scriptores uerbum. Μὴ πάλιν, sicut antea superstitionis ethnicae uinculis eratis constricti. Iugum unum abiecistis; nolite uos submittere nouo iugo.

2. Ἴδε ἐγὼ — ὠφελήσει) Ἴδε, scitote, ΠΠ, particula attentionem excitantis. Εγὼ Παυλος, cuius animi candorem et integritatem nostis. Ἐὰν περιτέμνησθε, si uos, qui Christiani estis, circumcidi uos patiamini. *Christus nihil uobis proderit; qui enim circumciditur, denuo subit uniuersam legem Moysis, itaque abest a perfectiori hac religione, cuius auctor est Christus; non est Christianus; manet in statu timoris et seruitutis.*

3. μαρτύρομαι — ποιῆσαι) *Iterum confessor unicuique, qui se circumcidi patitur, eum uniuersae legi Mosaicae obstringi.* Πάλιν μαρτύρομαι, iterum repeto quod dixi, ne putetis me temere hoc affirmasse. Παντὶ ἁ.θρώπῳ, Ἰσραὴλ, ἕκαστῳ. Περιτεμνομένῳ, qui circumcidi se patitur; huic subeunda est uniuersa lex Iudaica; accedet ad Iudaismum. Circumcisionem enim qui suscipiebat, legibus Mosaicis omnibus obstringebatur.

4. καταργήθητε — δικαιῶσθε) *Alieni estis a Christo, qui diuinum impetrare fauorem uultis legis obseruatione.* Καταργεῖσθαι ἀπὸ τινος, *alienum esse ab aliquo*, nihil amplius rei cum eo habere. Dicit igitur Apostolus, nihil eos a Christi benignitate sperare posse, si circumcidantur. De uerbo δικαιῶσθαι saepius iam diximus. τῆς χάριτος ἐξέπεσθε) *A benignitate diuina nihil uobis est expectandum.* Χάρις, opponitur τοῖς ἔργοις, quibus promereri posse praemia diuina Iudaeus arbitrabatur. Experiamini, inquit, an legibus Mosaicis seruandis ipsi promereri uobis, adeoque iure uestro postulare a Deo illam felicitatem possitis.

5. ἡμεῖς — ἀπεδεχόμεθα) *Nos autem propter fiduciam in fauore Dei collocatam, animo expectamus felicitatem quam speramus.* Ἡμεῖς, nos Christiani. Ἐλπίς δικαιοσύνης, mera periphrasis, pro δικαιοσύνη, haec uero est felicitas, qua immunes a poenis, et participes diuini fauoris reddimur. Ἐκ πίστεως ad ἀπεδεχόμεθα est referendum. Πνεῦμα aut est *animus*, aut spiritus diuinus, qui spem felicitatis aeternae in Christianorum animis excitat et alit; nisi malis intelligere perfectiorem illam mentis indolem, qua Christiani gaudent, oppositam ritibus istis, qui σαρεῖ sunt, et παλαιῆς γραμμάτος.

6. ἐν γὰρ — ἐνεργημένη) *Nam ut sis Christianus, nulla habetur ratio circumcisionis aut praeputii, sublatum est omne illud discrimen populorum, quod per legem Mosaicam sanctum est; sed fidei, quae beneuolentia in omnes homines sese exserit.* Ἐν χριστῷ, si Christi auctoritatem atque doctrinam sequimur; in profitenda religione christiana, ut

sis Christianus. Πίσις, et assensus doctrinae Christi datus, et fiducia in eo collocata. Ἐνεργουμένη, Med. non Passiva quae operatur, i. e. vim suam exferit. Ἀγάτη, benevolentia erga omnes homines, aliorumque commodis quantum possumus, infernendi studium.

7. ἐτρέχετε καλῶς) *In hoc quasi stadio currebatis alacriter*, sc. nuper adhuc; boni eratis Christiani. Saepe uita christiana cursui comparatur, quia magna ad eam alacritate, et contentione opus est. τίς ὑμᾶς ἐνέκοψε) Pro ἐνέκοψε sine dubio legendum est ἐνέκοψε, sic enim habent codices plurimi et optimi, ex Patribus Caesarius, Damasc. Chrys. Theoph. Oecum. Accedit, quod ἐγκόπτειν uerbum est Paulo familiare, 1 Thess. II, 18. Rom. XV, 22. Ἀνακόπτειν tamen pro impedire esse apud optimos Auctores, ostendit *Krebsius* in obseru. Flau. ad h. l. Ad impediendum cursum pertinet. Verba: τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι omittunt *Chrysostomus* et *Tertullianus*. Codices nonnulli et Patres post πείθεσθαι addunt μηδὲν πείθεσθαι.

8. ἡ πεισμονὴ — ὑμᾶς) *Ista in uobis sollicitandis Iudaeorum Doctrinum sedulitas non proficiscitur a Deo*. Vocabulum πεισμονὴ aliquoties apud *Eustathium* occurrit, (cf. *Wetsten.*) et denotat pertinaciam in persuadendo aliis, quae nobis placent. Ἡ πεισμονὴ pro αὐτῇ ἡ πεισμονή, potest etiam uerti: *haec talis obedientia*. Sensus: *Talis obedientia*, quod non obeditis ueritati, non est a Deo. Ὁ καλῶν, pro ὁ καλέσας est *Deus*.

9. μικρὰ — ζυμοί) Fermentum uocat hanc ipsam praecceptionem circumcisione opus esse. Poterant Galatae obicere, non esse magni momenti totam de hac re controuersiam.

fiam. Contra hos monet, periculum esse, ne, uno errore admissō, ingenium Iudaismi se per omnem doctrinam christianam sensim insinuet. Prouerbialē esse locutionem, nemo non uidet.

10. ἐγὼ — φρονήσατε) *Ego spero de uobis, propter Christum, uos nihil aliud esse sensuros, quam quod haecenus uos docui, hac mea Epistola perfecta.* Emollit quodammodo reprehensiones haecenus propositas, quo efficacius impelleret et moueret animos legentium. Videbat, eos non malitia, sed incogitantia quadam et metu esse lapsos. Ἐν χριστῷ, propter Christum. ἡ δὲ παράσσω — ὅστις ἂν ᾖ) *Sed is, qui uos turbat, et in errores deducit, poenas dabit, quisquis sit.* Multi fuerunt, qui perturbabant Galatas, u. 12. Hic igitur Singularis est pro Plurali, uel praecipuus, et antesignanus quasi aliorum est intelligendus. Βασάλλειν τὸ κρίμα, hebr. לְשַׁלַּם נֶשֶׁה, poenas dare; βασάλλειν PRO κομίζειν et κρίμα, poena.

11. ἐγὼ δὲ — διακόμαι;) *Ego uero, fratres, si, quod multi aiunt, commendarem circumcisionem, cur Iudaei nihilominus me persequerentur?* Fuerunt itaque, qui calumniarentur Apostolum, quasi ipse circumcisionem in aliis ecclesiis permitteret, et commendaret. Hoc negat, adductis rationibus, cur id non sit credendum. ἄρα — σαυρῆ) *Imo uero tum profecto non amplius locum habere possēt illa de cruce et morte Christi doctrina, quae tam multos offendit.* Ὁ σαυρῆς, doctrina de cruce, uel de Christo cruci affixo. Haec doctrina praecipue impediēbat Iudaeos, quo minus religionem christianam amplecterentur, quia id  
ferre

ferre non poterant, ab homine, crucis supplicio mortuo, leges Mosaicæ abrogatas dici.

12. ὄφελον — ὑμᾶς) *Mutilent se etiam, qui uos turbant!* Multi interpretantur: *Vtinam coetu uestro excludantur.* Cf. *Kypke* ad h. l. Alii praeferunt ueterum quorundam expositionem, secundum quam ἀποκόπτειν est *amputare, resecare*, Aët. XXVII, 32. ut hebr. פרוט Deut. XXIII, 1. ubi LXX. habent δ ἀποκοπόμενος, *de genitalium resectione.* Arrian. *Epišt.* II. 20. unde ἀπόκοπος et εὐνήχος Synonyma. Hesyeh. Γάλλος, δ ἀπόκοπος, ἦτοι δ εὐνήχος. Hic sensus et contextui ipsi, quo de περιτομή dixerat u. 6. et affectui Apostoli contra aduersarios malignos, magno-pere consentire uidetur. Cf. Phil. III, 2. Quandoquidem de circumcissione ita gloriuntur, amputent sibi penitus uirilia.

13. ὑμῖς — ἀδελφοί) *Vos autem, fratres, libertate fruimini, ex quo estis Christiani.* Illi, legis Mosaicæ amatores, circumcidant, imo, si uelint, mutilent se; uos autem nunc ea gaudetis libertate, ut etiam sine circumcissione fauore Dei frui possitis. Verbum καλεῖν hic ut alibi denotat: *ad Christi religionem, eiusque felicitatem adducere.* 'Επ' ἐλευθερίᾳ, *hac lege*, i. e. hoc commodo uestro, *ut sitis liberi.* μόνον — σαρκί) Plena oratio esset: μόνον ἔρατε, μὴ τὴν (ταυτην) ἐλευθερίαν παραλάβετε εἰς etc. *Cauete tantum ne abutamini hac libertate ad exsatiandas uitiosas cupiditates.* Ἀφορμή, Hesyeh. αἰτία, *occafio.* Rom. VII, 8. Multis modis libertas in occasiōem, uel alimentum uitiositatis mutari potest; hic autem significatur occasio rixandi et inimicitiarum exercendarum.

ἀλλὰ —  
ἀλλήλοις)

ἑλληλοῖς) *Quin potius amore ducti alter alteri se accom-  
modet.* Δελίυετ<sup>ε</sup> ἑλληλοῖς, alter alteri se subiiciat, se accom-  
modet. Sic enim nullae erunt rixae, nullae inimicitiae.

14. ὁ γὰρ πᾶς — ὡς ἑαυτὸν) Σεαυτὸν, Codices ha-  
bent plurimi et optimi, Epiph. Theodoret. Damasc. πᾶς ὁ  
νόμος, tota legis summa, cui Christiani parere debent.  
Ὁ νόμος, ἡ ἡθικὴ refertur etiam ad Christi praecepta.  
Λόγος, כּוּן, praeceptum. Πληρῦται, tota comprehen-  
ditur. Cf. Rom. XIII, 9. sqq. Matth. XXII, 37. sqq.  
VII, 12.

15. εἰ δὲ ἑλληλοῖς — ἀναλωθῆτε) Δάκνεν h. l. est  
lingua mordere, conuiciis laceffere, acerbius reprehendere,  
salibus et disternis pungere; quare δάκνεν et ἐπισκώπτειν,  
mordere et scommatibus pungere coniungit Diog. Laërt.  
L. IV, c. 6. §. 17. Κατεσθίειν, deuorare, grauiores in-  
iurias notat, quum alii uel in bonis, uel in corpore,  
damno afficiuntur. Ἀναλωθῆτε, consumamini. Per rixas  
consumitur ualetudo corporis, existimatio, facultates; saepe  
et uitae nocetur, et saluti animae.

16. λέγω δὲ — τελείετε) Hortor uero, uitam agite  
spiritus diuini impulsui uel praeceptis religionis christianae  
conformem, ita fiet, ut non agatis ea, quae cupiditatibus  
sensuum prauis placent. Περιπατεῖν, ἡθικὴ, pro  
ζῆν, uitam agere saepe iam habuimus. Πνεῦμα spiritus,  
religio christiana. Τολοῦν ἐπιθυμίας, facere quod cupiditas  
uult, indulgere cupiditati.

17. ἣ γὰρ σὰρξ — τῆς σαρκὸς) Sensus enim (consuetu-  
dine peccandi deprauati) cupiunt, quae praeceptis religionis  
sunt

sunt contraria; et praecepta religionis aduersantur cupiditatibus prauis. ἵνα μὴ — ποιῆτε) *Ut, quod agere constitueratis, perficere tamen saepius non possitis.* Hoc non ita est intelligendum, quasi uir bonus *nunquam* possit perficere bona; sed fermo est de eo, quod etiam optimo cuique *saepius* accidere solet, ut non possit cupiditatibus prauis tanta ui resistere, quanta quidem serio cupit et optat.

18. εἰ δὲ — νόμον) *Quod si spiritus ductum sequamini, intelligetis, uobis non opus esse lege (Iudaica.)* Ὁυκ ἴσῃs logice: intelligere facile potestis, uos porro illa lege posse carere. Ἐν πνευματι ἄγεσθε, i. e. *si per religionem christianam ducimini.* Ducimur autem religione christiana, si argumenta agendi ex ea petimus, si e. c. recte agimus, quia Christum imitari eique grati esse uolumus. Qui sic agit, non opus habet argumentis a lege Mosaiica ductis, e. g. ob auctoritatem Moſis, metu poenarum etc.

19. φανερά — σαρκός) *Bene nostis, quales sint fructus prauarum cupiditatum,* pro: φανερόν, ποτα εἰς τὰ ἔργα τῆς σαρκός. ἢ τινά εἰς) *Velut, exempli causa.* Apostolus enumerat quaedam flagitiorum genera, ut ipsi in mentem uenerant, minime uero omnem de uitiiis fugiendis doctrinam hic proponit; nam multa alia facinora comprehendit hac formula: καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, u. 21. ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια) Ἀκαθαρσία hic, ut Rom. I, 24. 2 Cor. XII, 21. uidetur dici de libidine extra naturam. Ἀσέλγεια, omne lasciuiae genus.

20. εἰδωλολατρεία — αἱρέσεις) *Cum istis uitiiis cohaerebat fere inter gentes idololatria, nempe Veneris uariis cultus,*



cultus, Bacchi, Priapi etc. lasciviae caerimoniae. Φαρμακεία, magicae artis uaria exercitia, siue amoris foedi conciliandi causa, siue ex inuidia et odio. Ἐχθραί, inimicitiae, etiam si factis se non prodant. Ἐρείς, contentiones, lites quae uerbis et gestibus se produnt. Ζήλοισι, aemulationes improbae. Ουμοί, irae, uindictae causa, ob paruam offensionem. Διχοσασίαι, diffidia, sunt multorum, e. g. familiarum integrarum. Ἀρίσεις, factiones.

21. μέθαι, κῶμοι) Cf. dicta ad Rom. XIII, 13. εἰ προλέγω — προῖπον) de quibus iterum praemoneo, ut alias iam feci, quum nempe ipse apud uos essem. ὅτι οἱ — κληρονομήσασιν) Non esse Christianos, nec felicitatis aeternae esse participes, qui haec talia faciunt. Βασιλεία Θεῶ, felicitas regni Messiae, et in hac et in altera uita expectanda.

22. ὁ δὲ καρπὸς — ἐγκράτεια) Ὁ καρπὸς τῆ πνεύματος, Fructus emendatae per spiritum sanctum et doctrinam christianam, mentis. Ἀγάπη, (supra u. 6.) qua omnes aliae uirtutes, tanquam genere suo continentur. Χαρὰ, uoluptas ex aliorum felicitate percepta, opponitur Φθόνῳ. Ἐιρήνη, pacis studium, opponitur diffidiis, pugnis etc. Μακροθυμία, lenitas erga eos, qui ad iram nos prouocant, opp. irae. Χρηστότης, benignitas, itemque suauitas in conuictu. Ἀγαθωσύνη, perpetua uoluntas, et sincerum studium benefaciendi, uitandaeque omnis offensionis. Πίστις, fidelitas, integritas, ex hebr. ΠΜΝ, הַנְּמוּן. Πραότης, indulgentia erga errantes et infirmos. Ἐγκράτεια,

ταῖα, continentia, temperatus usus rerum omnium, quibus sensus delectantur.

23. κατὰ — νόμος) *Tales*, (qui his aliisque uirtutibus student,) *lege non damnantur*. Est μίσωσις. Tantum abest, ut iis legis Mosaicæ terrores sint metuendi, ut potius Deo sint grati et accepti, licet non circumcisi.

24. οἱ δὲ — ταῖς ἐπιθυμίαις) *Ingenui uero Christi cultores uim inferunt sensuum uitiosae uoluptati, cum cupiditatibus et motibus prauis*. Ὅτι τῷ χριστῷ, ἴσ. ὄντες. Σταυρῶν, nihil magis quam θανατῶν. *Interficere cupiditatem*, eam extirpare, ut esse desinat, uel potius eius uim minuere, ne in prauas aëctiones erumpat. Sicut homo cruci affixus sensum moritur, cum sanguine uiribus ei abscedentibus, ita homo Christianus uires prauarum cupiditatum confringit. Παθήματα secundum Grotium sunt affectus τῷ θυμοειδῶς, et ἐπιθυμίαι affectus τῷ ἐπιθυμητικῷ siue δρεκτικῷ.

25. οἱ ζῶμεν — σοιχῶμεν) i. e. *Si felices reddimur per Christi doctrinam, eidem conuenienter uitam instituiamus*. Quid sit πνεῦμα, saepius dictum est. *Viuere πνεύματι, religione beari*, plane eo sensu, quo Paulus Rom. VIII, 13, scribit: ζήσασθε. Si per religionem beari uultis, praeceptis eius obsequi debetis. Alii ζῆν πνεύματι exponunt: *Duci sensu rerum spiritualium; von dem Geist des Christenthums belebt werden*. Tum sensus esset: Si Christianis hoc quasi proprium est, duci rerum spiritualium cognitione et sensu, et moueri argumentis religionis christianae: opus sane est, ut id ostendant factis, relictis uotis, et studiis hominum σαρκικῶν, legisque caerimoniis, quibus gloriantur.

riantur. Ceterum uidetur hic esse noua pars Epistolae. Idem, qui c. VI, 1. dicuntur πνευματικοί, uocantur hic ζῶντες πνεύματι, atque hi debent etiam in externae uitae modo aliis esse meliores.

36. μὴ γινώμεθα — φθονῶντες) *Ne simus uanae gloriae cupidi, ita ut alii alios temere prouocemus, et alii aliis inuideamus.* Κενόδοξοι sunt, qui honorem uenantur ex iis rebus, in quibus uerus honor situs non est, ut ex opibus, eruditione, eloquentia; h. l. autem uidetur referri ad iactantiam Iudaizantium, qui aliis se praeferebant. Προκαλεῖσθαι prouocare, dicitur de iis, qui ad certamen alios uocant; quum autem hoc plerumque cum infirmitatis uituperio sit coniunctum, translate dicitur de iis, qui uitia, infirmitatem, errores, inuicem exprobrant.

## CAPUT VI.

1. Ἀδελφοί — παραπτώματι) *Fratres, etiam si quis in culpa deprehensus fuerit, antequam haec epistola ad uos ueniat; uel: si cui uitium obrepserit; si aliquis improuiso in uitium quoddam inciderit.* Προλαμβάνεσθαι est idem quod καταλαμβάνεσθαι, deprehendi, Sap. XVII, 17. uel etiam praescurrari, celerrime in errorem incidere. Ἄνθρωπος, pro τις, hebr. שׂוֹן. Παράπτωμα, idem quod ἀμαρτία. ὑμεῖς — πραότητος) *Vos, perfectiores Christiani, corrigite talem leni animo.* Πνευματικοί, qui spiritu sancto ducuntur; qui habent cognitionem, ueram uirtutem, perfectiores Christiani. Hi possunt alios in uiam reducere, corrigendo, admonendo. Καταρτίσειν, reficere, instaurare; hinc καταρτίσειν ἄνθρωπον, hominem corrigere. σκοπῶν —

πειρασθῆς) *Cave tibi, ne tu tentationi succumbas.* Συκοπεῖν, *circumspectare*, pro *cauere*. Verbum *πειράζεσθαι* hic intelligendum est cum pleno effectu, i. e. ne et tu aliquando alicui tentationi succumbas. Est apostrophe ad aliquem elatiorē: Tu, ille ferocior et durior in censura et reprehensione aliorum, cogitato hoc, posse et te ita tentari, ut alio modo pecces.

2. ἀλλήλων τὰ βάρη βαρύνετε) *Infirmities aliorum aequo fertē animo.* Τὰ βάρη, onera, hic uocantur infirmitates, quae nobis sunt graues ac difficiles. καὶ ἕτως — χριστῷ) *Et sic obsequium praestate praecepto Christi de amore proximi.* Νόμος, pro ἐντολή, est enim tacita antithesis inter legem Moſis et doctrinam Christi. Ἀνακληρεῖν, i. e. τηρεῖν, κείθεσθαι τῷ νόμῳ, nec est emphasis quaerenda in uerbo ἀνακληρεῖν.

3. εἰ γὰρ — μηδὲν ὄν) i. e. *Si quis melius de se sentit, quam ex rei ueritate debebat.* Arrian. Epist. II, 24. δοκῶν μὲν τις εἶναι, ὡν δ' ἕδειξ. I Cor. III, 7. XIII, 2. 2 Cor. XII, II. εἰ αὐτὸν φρεναπατᾶ) *Se decipit. Se citius fallēt quam alios.* Hesych. κλευάζει, sibi illudit.

4. τὸ δὲ — ἑαυτοῦ) *Quisque autem suam ipsius uirtutem exploret.* Δοκιμάζειν, *inquirere, explorare.* Rom. XII, 2. I Cor. XI, 28. etc. Τὸ ἔργον, pro τὰ ἔργα Supple: et melior euadere studeat. καὶ τότε — ἑαυτοῦ) *Tunc in semetipso solo habebit ueram causam gloriandi, et non in aliena imbecillitate.* Καύχημα, *gloriatio, sive gloriationis causa*, id, de quo gloriari posse nobis uide-mur. Non quaeret sibi gloriam, comparatione aliorum, qui

qui errant, aut peccant, aut minus efficiunt; intelliget, ueram sibi inesse praestantiam.

5. ἕκαστος — βαρύνει) *At unusquisque suum feret onus, i. e. luctandum ipsi erit cum suismet ipsius infirmitatibus, nec erit, cur de suis uirtutibus ualde gloriatur. Γὰρ, at, uero, ut saepius. Τὸ βάρος, ut u. 2. Alii cum Grosio explicant: Quisque pro delictis feret poenam, ut βάρος sit pro ΝΩΝ. Non subleuabitur peiorum comparatione; ut delictorum, sic poenarum sunt gradus.*

6. κοινωνεῖτω — ἀγαθοῖς) *Qui in religione instituitur, docentis inopiam omni beneficiorum genere subleuet. Κοινωνεῖν pro μεταδιδόναι. Thomas: κοινωνῶ σοι ὧν ἔχω, ἀντὶ τῆ μεταδιδωμι. Quia uero tunc Genitiuum requireret, κοινωνεῖν τινι forsan h. l. est in fortunae societatem uenire, i. e. inopiam alicuius subleuare, benefaciendo. Videntur nonnulli inter Galatas fuisse ingrati atque adeo maligni erga doctores suos, Pauli haud dubie studiosos, ita ut eorum inopiae non tantum non succurrerent, sed eos contemnere adeo eorumque egestati insultare non uererentur; quod patet ex u. 7. 8.*

7. μὴ πλανᾶσθε) i. e. *Ne decipite uosmetipsos, quasi hoc sit leue peccatum. Θεός ἐ' μωκτηρίζεται) Deus non finit sibi illudi; nam hoc quoque uerbum cum effectu intelligendum est. Μωκτηρίζειν, Hesych. Χλευάζειν, καταγελᾶν, ἀπὸ τῆ μύκειν τοῖς μωκτῆρσι, naribus suspensis alterum deridere. Ad augendam delicti uim in Deum ipsum insultare dicuntur, qui doctores diuinitus ab Apostolo iis constitutos uerbo aut re contemnere audeant. ἢ γὰρ — ὁρίσσει) i. e. *Vt quisque se gesserit in hac uita, ita olim**

*in uita altera a Deo uel praemiis uel poenis afficietur. Vt sementem feceris, ita et metes,* est prouerbiū frequens apud omnes gentes. Cic. de orat. II, 65. Aristot. Rhet. III, 3. Aeschylus, Euripides, aliique. Serere Hebraeis saepe operari; *metere*, poenam aut praemium ferre. Matth. XXV, 24. 26. 2 Cor. IX, 6. Respicit quidem Apostolus praecipue ad officia doctoribus praestanda, sed reliqua officia non excludit.

8. ὅτι ὁ στείρων — φθορὰν) *Qui enim facit sementem uelut in agro peruerfitatis, is ex sua peruerfitate interitum metet.* Σάρξ hic ut alias saepissime est *peruerfitas* indolis ac uitae, et ὁ στείρων εἰς τὴν σάρκα, *faciens sementem uelut in agro peruerfitatis* est is, qui sua studia et facta refert ullo modo ad alendam augendamque peruerfitatem; qui prauis cupiditatibus non obsistit, sed indulget. Στείρειν per se est, agere aliquid, cuius mercedem sis accepturus. Haec sententia: *indulgens prauis cupiditatibus miser erit*, h. l. nominatim refertur ad studia et facta hominis in opum usu et administratione. Qui nempe re familiari utitur accommodate ad peruerfitatem, is damnum contrahit. Ὁ δὲ στείρων — ζωὴν αἰώνιον) *Qui autem sementem facit uelut in agro melioris indolis, i. e. qui sensus suos et facta refert ad sumendam, alendam, augendamque meliorem illam indolem, is ex his studiis metet aeternam felicitatem.* τὸ πνεῦμα, contrarium τῇ σαρκί, est melior sensus, e uerae religionis cognitione ortus, et melior uita indidem oriunda. Hoc loco nominatim est referre studia et facta in opum usu et administratione ad meliorem illam indolem. Ergo uerba huius commatis in se quidem latius patent, et uniuersam

sam sententiam continent, sed transferuntur ad usum uel abusum opum. Nempe studium praestandi eius officii, quod Paulus h. l. commendat est exemplum τῆς σπορᾶς εἰς τὸ πνεῦμα, quae prodest, et neglectus officii quod Apostolus suadet, est exemplum τῆς σπορᾶς εἰς τὴν σάρκα, quae damnum contrahit. Vid. MORIUS in dissertatt. p. 150. sq.

9. τὸ δὲ καλὸν — ἐκλυόμενοι) Sed in benefaciendo ne languescamus; suo enim tempore mercedem reportabimus, modo ne defatigemur. Ἐκκακεῖν, languescere, 2 Cor. IV, 16. Ἐκλύεσθαι est Synonymum τῷ ἐκκακεῖν, et Participium h. l. habet uim conditionis: modo ne defatigemur. Καίρῳ ἰδίῳ, illo tempore, quod Deus praefiniuit.

10. ἄρα ἔν — πρὸς πάντας) Itaque, quum opportunitate non destituamur, beneficiamus quibusuis hominibus, ut proximis nostris ex Christi lege. Dum opportunitatem habemus; dum pauperes sunt, et nos aliquid habemus, quod largiri possimus. μάλιστα δὲ — τῆς πίστεως) Maxime uero Christianis. Ὀικεῖτο· πίστεως, sunt πιστοί, Christiani, praecipue uero doctores. Ὀικεῖτος saepe quemuis ullo modo alteri coniunctum significat, Herod. III, 6. II. IV, 6. I. Iungitur etiam nominibus abstractis casu genitiuo, ut: δικεῖτος φιλοσοφίας, γεωγραφίας, Philosophus, Geographus, Strab. I. p. 13. B.

11. ἴδετε — τῇ ἐμῇ χειρὶ) Videte, quam copiose scripserim uobis mea manu. Πηλίκος, quantus, usurpatur etiam de multitudine, et h. l. referendum uidetur ad longitudinem epistolae ipsa Pauli manu scriptae. Γράμματα, litterarum elementa. Τῇ ἐμῇ χειρὶ, indicat,

totam epistolam contra morem Apostoli, ab ipso exaratam fuisse, quum plerasque alias litteras dicitaret. Vetus interpretres, *Chrysoſtomus*, *Theodoretus*, *Hieronymus* *τηλικος* intelligant de rudi et crasso modo litterarum pingendarum, et quidem *Hieronymus*, quem recentiores nonnulli sequuntur, de hac *appendice* intelligit, quam *sua manu* adiecerit Paulus, quum maiorem Epistolae partem *διέσσετ* scribae. Sensus itaque esset: iam, postquam illam maiorem partem legistis, scriptam satis uenusto et eleganti litterarum characterere, uidetis etiam mea ipsius manu adiectam esse appendicem, characteribus sane multo peioribus. Sed *ἔγραφα* indicare uidetur, id quod iam scripserat, non quod scribere iam animus erat.

12. *ἄνοιαν θέλουσιν — περιτέμνεσθαι*) *Qui in rebus inanis gloriam quaerunt, iubent uos circumcidi.* Ὅσοι, *pro οἰτις.* Σάρξ, h. i. *res externae, leues.* Ἐυπροσωπιῶν, i. e. ἀρέσκων, ab εὐπρόσωπον, *formosum*, deinde, quicquid in suo genere placet. Ergo θέλω εὐπροσωπιῶν sensu est idem, quod ναυχᾶσθαι. Cf. 2 Cor. V, 12. Phil. III, 3. Ἀναγκάζουσιν, *persuadendo, sollicitando.* ἄνοιον — διώκονται) *Tantummodo, ne experiantur calamitates propter Christi doctrinam.* Σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ, *calamitates similes iis, quas Christus pertulit*, Phil. III, 18. 2 Cor. I, 5. Cf. Act. XXI, 27. uel *doctrina de cruce Christi.* Haec enim docebat, oeconomiam Mosaicam esse sublatam, et propter hanc doctrinam Iudaei affligebant Christianos.

13. εἰδὲ γὰρ — φυλάσσειεν) *Non tanto tenentur studio legis, ut omnia eius praecepta exacte obieruent: facile inueni-*



inveniunt exceptiunculas. *ἵνα — καυχῶσθωνται*) *Ut uestra infirmitate possint gloriari.* Σάρξ h. l. est animi leuitas, inconstantia, imbecillitas, qua ad suscipiendam circumcissionem, omnesque ritus Mosaicos facile moueri se patiebantur Galatae. Iudaizantes gloriabantur, se eos fuisse, quibus Pauli sectatores ab ipso abalienare contigisset. Quod si retineas significationem τῆς σαρκός u. 12. sensus erit: *ut laudare se propterea possint, quod uos quoque, per eos excitati, illa externa sequamini uel magnificiatis.*

14. Ἐμοὶ δὲ — καγὼ τῷ κόσμῳ) *A me uero absit, ut laudem quaeram in alia re ulla, quam in aduersis propter Dominum nostrum Iesum Christum suscipiendis, cuius causa mundus mihi quasi cruci fixus est, et ego uicissim mundo.* Ὁ σαρκὸς τῆς χριστοῦ eodem sensu quo supra u. 12. calamitates propter Christum, uel calamitates similes illis quas Christus peressus est. Ὁ κόσμος est illa Iudaica uanitas, in qua aduersarii laudem quaerebant, quam Paulus repudiare se affirmat. *Propter Christum, inquit, illa iudaica uanitas cum suis commodis mihi cruci fixa est, non me mouet uel allicit; repudio eam.* Idem sensus est in uerbis: καγὼ (sc. ἐσαύρωμαι, ἀπίθανον) τῷ κόσμῳ. Est nempe sententia una, duabus formulis quodammodo contrariis expressa. Isti doctores sequebantur cupiditates, uitae externae uoluptatem etc. quae omnia contemnebantur a Paulo, quemadmodum et ipse uicissim ab hominibus illis mundanis contemnebatur.

15. ἐν γὰρ χριστῷ — καὶ κτίσις) *Nam in Christo Iesu, ubi constituendum est quis fit Christianus, neque circumcissionis ratio habetur neque praeputii sed noui hominis;*

nihil refert, an sis circumcifixus uel non circumcifixus; an gente sis Iudaeus uel paganus, sed mutata et per religionem emendata sentiendi agendique ratio spectatur. Cf. 2 Cor. V, 17. et supra c. V, 6. Ceterum Syncellus in Chron. p. 27. Photius in Amphiloch. Qu. 184. et Scholion Cod. 36. hunc locum ex libro uetere apocrypho ab Apostolo desumptum esse uoluerunt; quod uix probabile est.

16. καὶ ὅσοι — τῷ Θεῷ) *Et omnibus, qui huic doctrinae obsequuntur, apprecor omnis generis salutem, tanquam ueris Israelitis, Deo gratis.* κανὼν, regula, et metaph. praeceptum, doctrina. Στοικεῖν τῷ κανόνι, uiuere secundum praeceptum uel doctrinam, ut Mich. VII, 4. ὁ βαδίζων ἐπὶ κανόνος. Hoc loco intelligitur praeceptum u. 15. propositum. Ἐιρήνη ἐπ' αὐτοῦ καὶ ἔλεος, 7071. — לֵב לֵב שֶׁלֵּו hebraica bene precandi formula. Ἐλεος et χάρις simpliciter Synonyma; utroque enim uocabulo utuntur LXX. ad exprimendum 7071. Καὶ ἐπὶ etc. pro: ὅτινος ἴσθι ὁ Ἰσραὴλ τῷ Θεῷ. Καὶ explicat superiora, ut hebr. 7. Ἰσραὴλ τῷ Θεῷ, ueri Israelitae, qui Deo placent, opponuntur τῷ Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα.

17. τῷ λοιπῷ — παρεχέτω) *Posthac nemo mihi molestias creet.* Τῷ λοιπῷ, sc. χρόνῳ, postea, porro. Κότις alii referunt ad calumnias aduersariorum, ut sensus sit: nemo me legis enerforem, Mosis hostem nominet, et apud alios in inuidiam adducat: alii referunt ad doctores Galatae, rixas inter se alentes, quos Apostolus adhortetur, ut componant dissidia, ne ipsi iterum labor scribendi imponatur. ἰγὼ γὰρ — βασάζω) i. e. iam satis molestiarum  
propter

propter Christum pertuli. Στίγματα, cicatrices, uibices; et σίγματα τῷ κυρίῳ Ἰησοῦ, uulnera, qualia Iesus post crucifixionem habuit. Paulus autem saepe fuerat flagellatus, et aliis miseriis affectus. Dicit igitur, se gestare in corpore suo uibices et cicatrices ex plagis illis, lapidationibus et uerberibus, quorum meminit 2 Cor. XI, 22-25. et rogat, ne sibi aliae molestiae creentur.

18. Ἡ χάρις — ὑμῶν) *Beneficium domini nostri Iesu Christi, i. e. salutifera Christi doctrina porro in animis uestris se exferat.* μετὰ τῷ πνεύματι ὑμῶν) *Cum mente uestra.* Πνεῦμα h. l. est idem quod νῆς. In aliis epistolis dicit: μετὰ πάντων ὑμῶν, hic autem μετὰ πν. ὑ, ut significet, se ea praecipue precari, quae non ad corporis commoda, sed ad animi perfectionem pertinent.





# SCHOLIA

IN

## EPISTOLAM AD EPHESIOS.

---

**E**pistolam hanc a Paulo ad *Ephesios* fuisse scriptam, *Ignatius* in epistola ad Ephesios non obscure significat; nam §. 12. respicit ad c. I, 16. et §. 1. ad V, 2. *Clemens* etiam *Al. Paed.* I, 5. et *Strom.* IV. p. 364. edit. *Sylb.* et post eum *Origines* c. *Cels.* p. 122. edit. *Spenc.* ad Ephesios scriptam affirmant. Consentiant codices et versiones antiquae omnes, in quibus singulis, c. I, 1. uerba  $\epsilon\upsilon\ \epsilon\phi\acute{\epsilon}\sigma\omega\upsilon$  leguntur. Quia uero Paulus tanquam ad homines sibi fama tantum notos scripsit, c. I, 15. III, 2. 4. 21. quia porro neminem salutat nomine, nullam facit mentionem rerum apud illos gestarum, multi ualde dubitant, ad Ephesios scriptam esse hanc Epistolam; nam Ephesios Paulus optime nouerat, iisque ipse erat notissimus, quia biennium integrum apud eos fuerat commoratus, et apud eosdem Ecclesiae fundamenta magno cum successu iecerat. Quare multi existimant, non Ephesios, sed *Laodicensis* hanc Epistolam scriptam fuisse, quae sententia *I. Millio*, *C. Vitrinae*, *H. Venemae*, *I. F. Burgio*, *Wetstenio*, aliisque placuit. Prouocant ad testimonium *Marcionis* Pontici, apud *Tertull.* c. *Marcion.* V, 11. et 17. atque ad *Basil. M.*

c. Eunom. L. II, 19. qui docet, in Codicibus antiquis uerba ἐν Ἐφεσῶν defuisse. Plura argumenta affert *Wetstenius* in Variantibus ad Ephes. I, 1. VSSERIVS ad A. M. 4068. quem *Bengelius* cum aliis sequitur: „notandum, „inquit, in antiquis nonnullis codicibus generatim inscriptam fuisse hanc epistolam, ut in litterarum encyclicarum „descriptione fieri solebat, *sanctis qui sunt* - - - et fidelibus in Christo *Iesu*, ac si Ephesum primo, ut praecipuam „Asiae metropolim, missa fuisset, transmittenda inde ad „reliquas, (interfertis singularum nominibus,) eiusdem provinciae ecclesias etc.,” Alii retinent uerba ἐν Ἐφεσῶν u. 1. existimant tamen, Epistolam non ad Ephesios solos, sed Asiae minoris ecclesias plures missam esse, nempe ad ecclesias in Ephesinae urbis uicinia conditas, cumque ecclesia Ephesina, quam Apostolus tanquam primariam et quasi matrem ceterarum in inscriptione nominauerit, coniunctas. (Act. XIX.) Cf. b. *Zachariae* Prolegomena Paraphrasi Epistolarum Pauli breuiorum praemissa. Hoc si ita est, ratio reddi potest, cur Paulus scripserit tanquam ad minus sibi notos; nam ceteris ecclesiis non ipse Euangelium praedicauerat. Haec sententia mihi prae ceteris placet, quia uerba ἐν Ἐφεσῶν u. 1. omnino genuina esse uidentur: nam ex uerbis *Tertulliani* c. Marc. V, 17. obscuris: *Ecclesiae quidem ueritate epistolam istam ad Ephesios habemus emissam, non ad Laodiceos; sed Marcion ei titulum aliquando interpolare gestiit, quasi et in isto diligentissimus explorator* — ex his, inquam, uerbis equidem cum Ven. *Koppe* probare non ausim, uersu primo epistolae, ad quem hic omnia redeunt, non extitisse nomen ecclesiae eius, ad quam missa est, in codicibus antiquissimis extremi primi

et

et ineuntis secundi Seculi. Vnde enim *Ignatius* unde *Clemens Al.* etc. Syrus etiam interpret haec uerba habuit? Si uel maxime Patres antiquissimi ex traditione hoc hauffissent, quod tamen tuto non constat, Syrus tamen interpret antiquissimus omnino in Codice suo haec uerba legisse uidetur. Ceterum ex Pomponio Mela aliisque Geographis satis constat, urbem Ephesiorum fuisse Asiae minoris metropolin. In hac urbe tempore Apostolorum supererat templum Dianae illius, quam *πολύμασεν*, seu mammosam appellant, et ab altera Diana uenatrice distinguunt, cuius templi et aliarum rerum occasione non tantum metropolis ista, sed et uniuersa minor Asia ad illud usque tempus crassae idololatriae immersa fuit. Postquam uero Paulus totum biennium hic doctrinam Christi proposuisset, fama eius per omnem Asiam spargi, et superior idololatria passim corruere coepit. Vid. Act. XIX.

Scriptam esse epistolam eo tempore, quum Paulus teneretur captiuus, sine dubio Romae, ex ipso argumento patet. Proxima huic et argumento et uerbis etiam, est illa ad Colossenses, eodem scripta tempore, quod etiam inde patet, quod Tychicus utramque epistolam perferendam ab Apostolo accepit Eph. VI, 21. Col. IV, 7. 8. Fuerunt autem ii, ad quos scripuit Apostolus, maximam partem Ethnici, quod omnis Epistola, maximeque Cap. II, 11. sqq. declarant; fuerunt tamen gentibus mixti Iudaei, ut in omnibus ecclesiis Asiaticis et Graecis et Romanis, quas Apostolus adiit. Cf. omnino Ill. *Michaelis* Introd. §. 184. sq. edit. recent.

Ostendit autem Paulus in hac Epistola, quantum prae-  
 aet religio Christiana omni sapientia humana, et sublimi-  
 tatem Euangelii admirandis, et uere Apostolicis cogitatis,  
 exprimit. Intermiscet uarii generis adhortationes, omni-  
 bus Christianis, maxime pro istorum temporum ratione uti-  
 les et necessarias.

## CAP. I.

1.  $\Delta$ ιὰ θελήματος θεοῦ) Cf. 1 Cor. I, 1. 2 Cor. I, 1.  
 τοῖς ἀγίοις — Ἐφέσω) Rom. I, 7. Verba τοῖς ἔσιν ἐν Ἐφέσῳ,  
 sine dubio sunt genuina, sed uidetur Epistola haec ad  
 plures Asiae minoris ecclesias esse missa, ut modo monui.  
 καὶ πικροῖς ἐν X. I.) Et illis, qui in fide Christi Iesu perma-  
 nent. Πικροὶ alias sunt simpliciter δε πικρέουτος, sed h. I.  
 uidentur esse qui fidem praestant, in fide permanent.

3. εὐλογητὸς ὁ θεὸς) Gratias agamus Deo. Ἐυλογεῖν  
 hebr.  $\text{לְהַלְלוֹ}$  hic ut saepe, laudare significat. ὁ εὐλο-  
 γήσας — πνευματικῇ) Qui nos affecit omnis generis bene-  
 ficii ad animum pertinentibus. Hic εὐλογεῖν sumitur  
 effectiue, beneficiis afficere aliquem, et πᾶσα εὐλογία sunt  
 omnis generis beneficia. Solet Paulus haud raro eandem  
 uocem uix ullo interuallo in sensu diuerso sumere. Ἐυλο-  
 γία πνευματικῇ, beneficia, quae non ad hanc caducam  
 uitam, sed ad animum immortalem spectant. Ἡμεῖς ad  
 Apostolum, et omnes Christianos, siue sint e Iudaeis siue  
 e gentibus, refer. ἐν τοῖς ἰπεράνω) Coelestibus nempe,  
 et aeternum duraturis bonis. Τὰ ἰπεράνω, Coelestia, non  
 sunt bona, quae in coelo sunt, sed bona eximia, aeterna et  
 opponuntur rebus terrenis atque caducis. Alii uertunt:  
 in

in *coelo*, et referunt ad δ *ἐυλογήσας*. Syrus: נִימְשָׁב. Supplendum esset *μέρεσι*, pro *ἐν ἔρανοις*, ut u. 20. cap. II, 6. III, 10. Ἐν Χριστῷ, *per Christum*, eiusque salutarem doctrinam.

4. καθὼς — κόσμῳ) *Nam elegit* (ad christianam religionem adducere decreuit) *nos per eum ante mundi initia*. Enumerantur illa bona spiritualia a comm. 4 — 14. Ἐκλήγασθαι, נִימְשָׁב saepe de illo beneficio usurpatur, quo Deus decreuit certos homines adducere ad christianam religionem, sicut in V. T. de electione Hebraeorum ad peculiarem Deoque inprimis carum populum usurpatur, Ies. XLIV, 1. 2. Pl. CV, 6. Ἐν αὐτῷ, *propter ipsum*, sc. Christum, ut Iudaei dicuntur *electi in Abrahamo*. Bereschit R. 44, 4. ad Ies. XLIV. 1. Potest etiam explicari: *per Christum*, qui est auctor salutis nostrae aeternae. Καταβολὴ κόσμῳ, *mundi initia*. Matth. XIII. 35. Καταβολὴ est *initium, principium*, ut καταβολὴ γενέσεως ap. Philonem I Vit. Mos. p. 645. C. est *initium originis*. εἶναι ἡμῶς — αὐτῷ) *Eo fine*, ut *essemus probi et innocentes in conspectu eius*, i. e. sincere. Ante εἶναι supple εἰς τὸ, uel πρὸς τὸ. Ἄμωμοι, נִימְשָׁב, *innocentes, sine uitio*, crimine uocantes, quemadmodum in uetere lege arietes et boues, qui Deo offerebantur, debebant esse נִימְשָׁב ἄμωμοι. Huc scilicet spectat et decretum uocandi, et ipsa per Euangelium uocatio, ut qui uocationi obtemperant, eximia quadam fulgeant probitate atque innocentia. Κατενώπιον αὐτοῦ, נִימְשָׁב, ita ut semper cogitemus, arcana mentis nostrae Deo patere. Nam animi probitas requiritur, quae Deo probatur. ἐν ἀγάπῃ) Veteres nonnulli iunxerunt haec uerba sequentibus:



pro suo in nos amore. Si uero iunguntur uerui huic 4. sensus est, hanc uitae probitatem. procedere debere ex animo, Deum diligente, tum ob beneficia iam praestita, tum ob sperata ab ipso praemia.

5. προορίσας — εἰς αὐτὸν) *Quum iam olim constituisset nos sibi per Christum filios facere.* Nam εἰς αὐτὸν est pro Datio, ad modum Hebraei בְּ. Potest etiam uerti: *in honorem eius.* Filii Dei autem dicuntur homines, qui singularibus beneficiis a Deo ornantur eum imitantur, eique mentis indole et sensu similes fieri student. Sic Israel olim erat כְּכֹהֵן בְּ. Προορίζειν, *decernere, olim decernere,* h. l. ut alibi significat decretum eius, quod facere Deus uult, si et homines faciant, quod debent, quanquam illa conditio non semper exprimitur, sed ex aliis locis, immo ex iis, quae eodem loco sunt cohaerentia, satis intelligitur. κατὰ — αὐτῷ) *Pro benigna sua uoluntate, uel ex decreto benignissimo.*

5. εἰς ἔπαινον — αὐτῷ) *Vt Laus ei reddatur pro beneficio tam admirabili.* Δόξα τῆς χάριτος, i. e. Χάρις ἐνδοξος, Hebraeorum more, qui genitiuos ponunt pro adiectiuis, *beneficium gloriosum, i. e. summis laudibus dignum, ineffabile et admirandum.* Et, hic non finem, saltem non primum, sed consequens aliquid significat. Nihil aequius, quam pro tanto beneficio laudes Deo semper reddere. ἐν ᾧ — ἠγαπημένῳ) *Quo nos affectit propter dilectum filium suum.* Pro ἐν ᾧ in nonnullis codicibus et apud Chrysostomum alicubi extat ἡς, pari sensu. Hebraei, ut et Latini, interdum amant nominibus addere uerba cognata. Χάρις est *beneficium, Χαριτέν afficere beneficium,*

*nescio*, respondens Hebraeo ידן. 'Εν τῷ ἡγαπημένῳ, ידן. Quum nullum unquam Deus magis quam Christum dilexerit, Matth. III, 17. nihil mirum est, si non modo per eum, sed et propter eum clementem et beneficum se ostenderit humano generi.

7. ἐν ᾧ — παραπτωμάτων) *Cui debemus plenam nostram liberationem, effusione sanguinis ipsius acquisite, remissionem peccatorum.* Αἷμα, *mors*, non quaelibet, sed cruenta. In ueteri lege non obtinebatur peccatorum uenia, nisi cruenta morte uictimae: In nouo foedere non amplius opus est uictimis et expiationibus; remittit Deus peccata credentibus in Christum ideo, quia Christus id morte sua cruenta, quippe sacrificio perfectissimo, Deoque gratissimo, ab ipso nobis impetrauit. Ἀπολύτρωσις, *quaeuis ex miseria aerumnisue liberatio*, inprimis uero, ut nostro loco *a miseria peccatorum liberatio, per mortem Christi cruentam facta.* κατὰ τ. κλ. τ. Χαρ. αὐτοῦ) *Pro uberrima sua bonitate.* πλεῖτος Paulo abundantiam significat, ut Rom. II, 4. IX, 23. etc. Et hebr. more abundantia bonitatis dicitur pro bonitate abundante.

8. ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς) *Quam liberalissime nobis exhibuit.* Περίσσειεν plerumque neutraliter dicitur: *abundare.* Si ita hic sumis, construendam est: ἧς ἐπερίσσευσεν (δ θ ε δ ε) εἰς ἡμᾶς. Nonnunquam actiue sumitur hoc uerbum: *largiter dare*; tum construi debet: εἰς ἡμᾶς, i. e. ἡμῶν, ידן, *quam liberalissime nobis exhibuit*; sensu eodem. ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει) *Sapientissimo consilio.* Differunt quandoque σοφία et φρονήσις, maxime in Philosophorum Scriptis; sed in familiari sermone hoc discrimen

discrimen non attenditur. Iuncta uero sunt h. l. synonyma, additumque praeterea πάση, ut consilii sapientissimi magnitudo exprimeretur. Possunt etiam haec uerba ita explicari: per omnigenam sapientiam, ita ut ad magnam intelligentiam, ad magnam cognitionem, sc. religionis, perueniremus. Nonnulli haec uerba uersui sequenti iungunt.

9. γνωρίας — θελήματος αὐτοῦ) Dum aperuit nobis arcanam suam uoluntatem, s. arcanum consilium. Μυσήριον per se est res quaelibet arcana, hominibus antea ignota, Rom. XI, 25. etc. Hoc loco intelligitur consilium Dei de hominum salute per Christum procuranda, quod incognitum fuit, et hominibus ex ambitu religionis naturalis innotescere non potuit, nec innotuit. Cf. Rom. XVI, 25. Col. I, 26. Γνωρίζειν, ὑπέστη i. e. ἀποκαλύπτειν. κατὰ τὴν — ἐν αὐτῷ) Pro benigna ipsius in nos uoluntate. Προτίθεσθαι τ. ἐν s. παρ' ἑαυτῷ, constituere aliquid apud se. Sed h. l. in his uerbis nihil amplius quaerendum, nisi quod iam expressum erat pronomine αὐτοῦ.

10. εἰς οἰκονομίαν — καιρῶν) Pro: τῷ ποιῆσθαι ἐν τῷ πληρώματι τῶν καιρῶν τὴν οἰκονομίαν ταύτην. Se facturum ultimis his temporibus hanc dispositionem, dass er zuletzt noch diesen Plan ausführen, uel: die Einrichtung machen wolle. Οἰκονομία, ratio, modusque agendi, remque nouam instituendi, Einrichtung, Anstalt. Col. I, 25. Sic Polybius Histor. V, 40. II, 47. ἐπικρύπτειν τὴν οἰκονομίαν, molitionem occultare. V, 34. ποιῆσθαι πρόνοιαν τῆς οἰκονομίας, curam habere, ut omnia bene constituentur et ordinentur. Πλήρωμα τῶν καιρῶν, πληροῦς. Ezech. V, 5. Dan. X, 3. i. e. τέλος τῶν καιρῶν, Tomus IV. Ee tempora

*tempora extrema*, alias ἑσχάται ἡμέραι, ἑσχατοὶ καιροί, 2 Tim. III, 1. Hebr. I, 2. 1 Petr. I, 5. 20. Nempe tempora Christi et Apostolorum in libris N. T. uocantur ἑσχατοὶ καιροί, πλήρωμα τῶν καιρῶν, quia expectabatur regnum Christi solenne, cum rerum omnium fine coniunctum. Vid. Koppe Exkurs. I. et II. ad Theffalon. ἀνακεφαλαίωσθαι — τῆς γῆς) *Vt nempe omnes creaturae intelligentes in coelo et in terra, per Christum in unam societatem adducerentur.* ἀνακεφαλαίωσθαι et κεφαλαίωσθαι, (α κεφάλαιον, caput, summa rei,) *summam comprehendere aliquid.* Hesychius: ἐπαναλαμβάνειν. Sensu plane eodem Xenophon et Polybius utuntur hoc uerbo, ut ostendit Raphelius. Rom. XIII, 9. Sirac. XXXII, 9. Vnde ἀνακεφαλαίωσθαι, *homines diuersae conditionis in unam societatem adducere.* Cf. Col. I, 20. τὰ ἐν ἔρανοῖς, diuerse explicatur. Multi intelligunt de *daemonibus*, uel de *mortuorum hominum animabus*; alii de *Iudaeis*. Koppe, τὰ ἐν τοῖς ἔρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, hebr. יְהוָה וְהַיְמִינִי putat esse periphrasin *uniuersi*, ut h. l. intelligantur *omnes omnino homines, sine discrimine gentis, Iudaei et Barbari.* Ego malim cum aliis intelligere *creaturas, quae sunt in coelo, angelos*, qui uocantur familia Dei superior. Cf. infr. III, 15. πᾶσα πατριὰ ἐν ἔρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς. Voluit nempe Deus, ut Christus esset caput et dominus omnium angelorum et hominum piorum. τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, homines in his terris, Iudaei et ex gentibus geniti, quotquot uocationi obtemperant, sublato odio, quod maximum fuerat.

II. ἐν αὐτῷ — ἐκκληρώθημεν) *Per eum, inquam, per quem et nos ius felicitatis aeternae accepimus.* Κλη-

ρος, ἡλήθη, possessio, deinde omnis generis felicitas. Κληροῦσθαι, ius possessionis, felicitatem accipere. H. l. de spe uitae aeternae est sermo. Quae prius generaliter de Christianis dixerat Apostolus, iam distinctius in duo genera dispertit, priusque agit de se et Apostolis, et aliis, qui ex Iudaeis uocati fuerant. προορισθέντες — θελήματος αὐτοῦ) Praedestinati sc. ad accipiendum haec beneficium, ex consilio eius, qui uoluntate liberrima omnia perficit. Cohaerent haec cum u. 12. Βελλὴ τῆς θελήματός, liberrima uoluntas. Est in his uerbis descriptio Dei omnipotentis et immutabilis, qui omnia facit pro sua uoluntate, nec mutat quod semel uoluit.

12. εἰς τὸ εἶναι — τῷ χριστῷ) Nunc effectus huius rei describitur. Accepimus nempe hoc beneficium, ut inseruiremus laudi diuinae, qui iam olim expectabamus Messiam. Προελπίζειν, sperare rem, antequam illa adfit. Iudaei nempe iam olim expectabant Messiam. Polybius simili sensu uerbo decomposito προκαταλπίζειν utitur, Hist. II, 4. XIV, 3. Posses tamen simpliciter uertere: qui omnem spem in Christo collocamus. Nam προελπίζειν nihil aliud est quam sperare; quia omnia, quae speramus, futura sunt.

13. ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς — τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἀγίῳ) Per quem (cuius beneficio) etiam uos (olim Ethnici) postquam audiistis ueram doctrinam, nempe Euangelium, de salute uestra, eidemque fidem adhibuistis, Spiritus sancti dona promissa tanquam pignus uestrae felicitatis accepistis. Re-ctus ordo fuerat: καὶ αὐτῷ πιστεύσαντες. Sed et Graeci articulum postpositiuum nonnunquam ponunt pro demonstratio. Ὁ λόγος τῆς ἀληθείας, pro λόγος ἀληθῆς, doctrina uera.

Sic uocatur Euangelium, quia nihil habet admixtum falsi, quod habent doctrinae Philosophorum. Τὸ πνεῦμα τῆς ἐπαγγελίας, pro πνεῦμα ἐπηγγελμένου, hebraico more, *spiritus sancti dona promissa*, ut saepius. Ἐσφραγίσθητε τῷ πνεύματι. τῷ ἀγίῳ, *confirmata est uobis spes aeternae felicitatis dotibus spiritualibus, quas accepistis. Obfignatur homo, quum ei aliquid certissime confirmatur. Christianis autem spes futurorum in coelis bonorum certissima fit, dum iam in hac uita bona spiritualia, cognitionem religionis, amorem erga alios, et multa uitae sanctioris adminicula accipiunt. Cf. 2 Cor. I, 22.*

14. εἰς εἶς — τῆς δόξης αὐτοῦ) *Quae (dona) sunt pignus felicitatis nostrae, usque ad plenam liberationem peculii (Christianorum) ut eius maiestatem celebremus. De uoce ἀβραβὼν cf. dicta ad 2 Cor. I, 22. Verba εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, εἰς ἐταῖνον τῆς δόξης αὐτοῦ. Ven. Koppe uertit: liberationis (ab omnibus malis) quae parata nobis est ad ipsius (Christi) laudem et gloriam. Sumit nempe Vir doctus εἰς ἀπολύτρωσιν esse hebraicam constructionem per ἅ pro: τῆς ἀπολύτρωσεως, ut ἀπολύτρωσις τῆς περιποιήσεως fit status constructus Hebraeorum, loco Participii Nomini Substantiuo iuncti positus, pro: ἀπολύτρωσις περιποιηθεῖσα ἡμῶν, quae parata nobis est, ut u. 18. ἐλπίς τῆς κλήσεως αὐτοῦ pro: εἰς ἣν ἐκάλεσεν ἡμᾶς. Facilius tamen uidetur esse explicatio, si dicamus, ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, redemptionem peculii, esse liberationem ab hoc corpore, et omnibus uitae incommodis; discessum ex hac uita. Περιποίησις erit λαὸς εἰς περιποίησιν, (1 Pet. II, 9.) *populus acquisitus, peculium Dei, Christiani. Cf. Act. XX,**

XX, 28. Sensus est: *usque ad plenam liberationem Christianorum*, ab omnibus miseriis, usque ad discessum ex hac uita. Tum enim ipsam speratam felicitatem accipiemus. Ἐἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ, *ut maiestatem* (benignitatem, sapientiam et misericordiam eius) *celebremus*. Saepius Apostoli dicunt, quicquid boni contingit humano generi per Christum, id uergere εἰς δόξαν πατρὸς, Phil. II, 11.

15. διὰ τούτο) Quia felicitas Christianis parata est maxima. ἀέσας — τὸς ἀγίους) *Ex quo certior factus sum de uestra fide in Christum, et liberalitate erga omnes Christianos*. Ἡ καθ' ὑμᾶς πίστις, pro: ἡ πίστις ὑμῶν, sicut τὸ εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαίου pro: Ματθαίος. Πίστις ἐν τῷ κυρίῳ, pro: εἰς τὸν κύριον. Ἀγάπη, *beneuolentia, liberalitas*.

16. ἢ παύομαι — προσευχῶν μου) *Affidue laudo Deum uestra causa, et preces facio pro uobis*. Ἐπίρ ὑμῶν, pro ὑμῶν ἕνεκα, *uestra causa*. Μνείαν ποιεῖσθαι τινὸς ἐπὶ τῶν προσευχῶν, est simpliciter *precari pro aliquo*. Vel sensus est: Quum preces facio pro omnibus Christianis, in specie pro uobis etiam Deum oro.

17. ἵνα ὁ θεὸς — ἐπιγνώσει αὐτῶ) *Vt Deus Domini nostri Iesu Christi pater omni cultu et honore dignissimus, largiatur uobis eam sapientiam, cuius auctor est spiritus sanctus, ut magis magisque eum agnoscatis*. Ὁ θεὸς τῷ κυρίῳ I. X. Quemadmodum Deus dicitur Deus Abrahami, Isaaci et Iacobi, ob insignem, quo eos etiamnum complectitur, fauorem, sic etiam uocatur Deus hominis Iesu, quia eum unice amat. Cf. etiam Io. XX, 17. 1 Cor. XI, 3. III, 23. Ὁ πατὴρ τῆς δόξης, *der preiswür-*

dige Vater; כבוד gloria, honor. Πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως, Spiritus qui hominibus sapientiam largitur, qui eos instruit et edocet. Nam *reuelare* alicui aliquid in uniuersum dicitur is, qui facit, ut alter sciat id, quod antea nesciuit. *Spiritus* igitur reuelat Christianis aliquid, quum eos edocet atque instruit. Πνεῦμα uero h. l. non est mens humana, sed spiritus diuinus, cui meliorem cognitionem, et bonos motus debemus. Ἐν ἐπιγνώσει pro: εἰς ἐπιγνώσει, ut magis magisque Deum noscatis, i. e. ut uberior et illustrior reddatur uestra religionis christianae cognitio.

18. πεφωτισμένους — τῆς καρδίας ὑμῶν) i. e. *Praeclaram rerum diuinarum intelligentiam, einen aufgeklärten Verstand.* Appositione explicat, qualis sit illa cognitio. Καρδίας pro διανοίας habent Codices, Versiones et Patres uariarum recensitionum. Ὁφθαλμοὶ τῆς καρδίας, tropus omnium linguarum communis. Ouid. *Metam.* XV. 63. *Et quae naturae negabat uisibus humanis, oculis ea per exploris hausit.* Philo de mundi conditura: περὶ ὁφθαλμοῦ ἐν τῷ σώματι, τῷτο δὲ οὖς ἐν τῇ ψυχῇ. Cf. *Math.* VI, 22. *Actor.* XXVI, 18. Καρδία, ut hebr. דל is *animus.* εἰς τὸ εἰδέναι — κλήσεως αὐτῆ) *Ut intelligatis, quanta sit felicitas, quam nobis promisit.* Τίς, pro ποταπὴ quam admirabilis, quanta. Ἐλπίς, ipsa felicitas quam speramus. Τῆς κλήσεως αὐτῆ, i. e. εἰς ἣν ἐκάλεσεν ἡμᾶς, quam nobis promisit. καὶ τίς δὲ πλεονεξία — ἀγίοις) *Et quanta sint locupletissima illa bona Christianis parata.* Aliis uerbis repetit, quod modo dixerat. Πλεονεξία pro *maxima copia* saepius iam adfuit.



νομίας, i. e. κληρονομία ἔνδοξος, bona excellentissima.  
Ἡ κληρονομία, ἡλθῃ.

19. καὶ τί τὸ — εἰς ἡμᾶς) *Et quanta sit uis illa insignis, quam demonstravit nostri causa.* Ἵπερβάλλειν, proprie metam superare iaciendo, deinde simpliciter excellere, III, 19. 2 Cor. III, 10. Ἐἰς ἡμᾶς, nostri causa, nostro commodo. Ἡμᾶς non ad Iudaeos tantum, sed ad omnes Christianos pertinet. τὰς πικρύνοντας — ἰσχύος αὐτοῦ) *Qui credimus propter maximam eius potentiam.* Perinde est, siue κατὰ uertas propter, ut Matth. XIX, 3. siue ex, ut sensus sit: *quorum fides pendet ex operatione diuinæ potentiae, quam in resurrectione Christi cernimus, ut Act. III, 17. Luc. I, 18.* Ἐνέργεια, κράτος, ἰσχύς, sunt Synonyma, quibus exprimitur gradus diuinæ potentiae maximus.

20. ἢν ἐνήργησεν — ἐκ νεκρῶν) *Quam exseruit in Christo, dum suscitauit eum ex mortuis.* Ἐνεργεῖν ἐνέργειαν, uim exserere, ut ἀγάπην ἀγαπᾷν. *Die er an Christo bewiesen* etc. Dicuntur itaque Christiani credere propter hanc ipsam omnipotentis Dei uirtutem infinitam, quae in suscitando Christo se exseruit. Nam resurrectio Christi firmissimum fidei nostrae fundamentum est. καὶ ἐκάθισεν — ἐπερανίσει) *Et sedere iussit sibi ad dextram in coelis, i. e. summum exercere imperium in res omnes.* Καὶ ἐκάθισεν, mutata constructione pro καθίσας. καθίζειν, transitue: collocare: quod ex superiori ἐγείρας, et ex u. 22. ὑπέταξεν apparet. Phrasis nititur opinione ea, qua Deus ipse, tanquam rex folio insidens in coelis, uulgo ab hominibus cogitatur. Τὰ ἰπεράνια, coelum ipsum. Hoc eo ualet, ut

Christus nunc fit cogitandus uersans in caelo, cum Deo, i. e. ultra omnes res humanas casusque et limites humanos elatus, omnibus uel summis ac celsissimis superior, beator, nullaque re limitatus.

21. ὑπεράνω — τῶ μέλλοντι) *Vt imperium exerceat in omnes principes, et imperantes, et potentes et dominos, et omnes qui in dignitate sunt constituti, non tantum nunc sed etiam in posterum.* Ἵπεράνω, pro: ὡς βασιλεύειν ἀνεθὺ ὑπεράνω. Est autem ὑπεράνω pro simplici ὑπέρ, ut infra IV, 10. **למען, הלמען** Ezech. X, 19. Ἄρχῃ, ἐξουσία, δύναμις, κυριότης, abstracta pro concretis: ἄρχοντες, δυνατοί, κύριοι, sunt Synonyma, quibus indicatur, nullum potestatis genus exclusum esse ab imperio Christi, subtiliore singulorum uocabulorum discrimine prorsus neglecto. Ὄνομα, dignitas. Ὄνομάζειν, colere, celebrare. Nonnulli hoc intelligunt non tantum de imperiis terrenis, sed etiam de eximiis angelorum classibus, et hanc suam sententiam confirmare uolunt ex Col. I, 16. I Cor. XV, 24. Rom. VIII, 38. Sed nihil uetat, quo minus intelligamus reges et principes humanos, ut igitur Christus describatur tanquam *summus omnium rex*. Est autem summus rex siue *Dominus* eo sensu, quod inter omnes homines, aduersus impedimenta multa et continua, morale bonum et eius adminicula salutis causa potenter conseruat, et diuina uel propagat, tandemque tribuit salutem. Verbis *ἄν καὶ ἐν τῷ ἀϊῶνι* Christus dicitur *nunc et in posterum* perpetuo esse regnaturus; nam **ὄν** saepe etiam est *tempus* simpliciter.

22. καὶ πάντα — τῶς αὐτῆ) i. e. Potestatem ei dedit, omnia inimica, ac postremo mortem ipsam subiugandi, nam Phrasis haec imperium in inimicos significat. Cf. dicta ad 1 Cor. XV, 24-27. καὶ αὐτὸν — τῇ ἐκκλησίᾳ) Est traiectio. Sensus est: *Ipsam super omnia* (positum) *dedit ecclesiae ut caput eius*. Vel: κεφαλὴ ὑπὲρ πάντα est *summum caput*, pro: κεφαλὴ ὑπερέχουσα πάντων. Magna confolatio, quod tantum imperium habeat is, qui id exercet ecclesiae bono, sicut caput consulit corpori.

23. ἣτις ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτῆ) i. e. Quae (ecclesia) ab ipso regitur, sicuti corpus a capite. Vitur Apostolus uoce σώματος, quia κεφαλὴ praecesserat. τὸ πλήρωμα — πληρημένον) *Coetus numerosus illius, qui omnes omnibus bonis replet*. Τὸ πλήρωμα, hebr. מלֵאם i. e. πλήθος. Sic Gen. XLVIII, 19. מִלֵּאם Graeci uertunt πλήθος εἰθύνον. Hesychius: πλήρωμα, πλήθος. Et intelligitur insignis multitudo, quae finibus suis non contenta se ubiuis dilatat, adeoque uarias regiones impleret. Ps. XXIV, 1. πλήρωμα τῆς γῆς, pro: πάντα ἃ ἐστὶ ἐν τῇ γῆ. Hoc nostro loco ecclesia uocatur πλήρωμα, s. copia, quia constat e multis, est numerosus coetus. Πάντα, neutrum pro masculino; *omnes homines*. Ἐν πᾶσι, *omnibus*, sc. bonis. Ὁ πληρῶμενος autem, qui omnes implet bonis, uel distribuit hominibus bona, h. l. est Deus, omnium bonorum fons et auctor. Est autem πληρημένον medium, quum esse deberet actiuum.

## CAP. II.

I. Καὶ ὑμεῖς — ἀμαρτίας) *Etiam uos qui olim eratis miseri et infelices propter uitia et peccata*, sc. implet bonis,

beneficiis cumulavit Deus ἰ τὰ πάντα ἐν πάντι πληρώμενος  
 c. I, 23. Non debbat dinelli hoc caput a praecedenti;  
 nam arctissime cohaerent uerba: τὸ πλῆρωμα τῷ τὰ πάντα  
 ἐν πάντι πληρώμενος, καὶ ὑμᾶς, ὄντας κ. τ. λ. *numerosus coetus  
 eius Dei, qui, sicut omnes alios beneficiis cumulat, sic etiam  
 nos, qui* etc. secundum alios, et quidem plerosque inter-  
 pretes haec uerba cohaerent cum u. 5. (ubi eadem repe-  
 tit) συνελωποίησεν τῷ χριστῷ. Nempe quae hic sequuntur us-  
 que ad comma 4. sumenda sunt ut Parenthesis; deinde δὲ  
 quod sequitur u. 4. et καὶ, quod sequitur u. 5. sumenda  
 ut πλεονάζοντα, more hebraeo, qui suum ἰ, quod et δὲ et καὶ  
 ualet, saepe hic interponunt, uel δὲ uertendum: *inquam,*  
 et καὶ, *etiam.* Sed sic impeditiorem fieri sermonem, quis  
 non uideat? Νεκροὶ h. l. *miseri, infelices;* nam in *mor-*  
*tis* uocabulis ex omnium linguarum consensu, maxime uero  
 S. Scripturae loquendi usu, inest notio pernicietis et mi-  
 seriae summae, in quam improbitas et scelera hominem de-  
 mergunt. Cf. dicta ad Rom. VII, 10. *Arrian.* Diff. I,  
 9. p. 43. νεκρὸς μὲν ὁ παιδευτὴς, νεκροὶ δ' ὑμεῖς. *Clem.*  
*Alex.* L. V. καὶ ἐν βαρβάρῳ φιλοσοφίᾳ νεκρὰς καλεῖ τὰς  
 ἐκπεσόντας τῶν δογμάτων, καὶ καθυποτάξαντας νῦν τοῖς πάθεσι  
 ψυχικοῖς. Παραπτώματα et ἁμαρτίαι sunt Synonyma,  
 et in παραπτώμασι est ellipsis uoculae ἐν. Est ergo hic  
 Dativus pro casu, qui sextus dicitur, et causam significat.  
 Alioqui si Dativus in proprio suo sensu sumatur, ἀποθνή-  
 σκειν τῇ ἁμαρτίᾳ, multo alium sensum habet, Rom. VI, 2.  
 Gal. II, 19. Per ὑμᾶς Christiani ex Ethnicis sunt intel-  
 ligendi, ut ex u. 11. apparet. ὄντας, *qui olim eratis;*  
 nam esse Participium *Imperfecti*, non Praesentis, indicant  
 u. 2. τότε, et Aor. περιεπατήσατε. ἐν αἷς — κόσμου  
 τέτε)

τέτε) *In quibus olim uixistis, (quibus antea dediti fueratis,) ut mos est huius aetatis hominibus.* Πότε, antea, quum adhuc Ethnicī essetis. Ἀιών, *tempus*, et κατὰ μόρες, *genium τῆ αἰῶνος* significat. Aliis per metonymiam αἰῶν est ipsa ratio uiuendi, *mores*. Ὁ κόσμος ἔτος, *homines quales nunc uiuunt*, Iudaei et Ethnicī, oppositi Christianis. κατὰ τὸν ἄρχοντα — τῆς ἀπειθείας) *Secundum uoluntatem Principis illius potentis, qui in aëre habitat, nempe illius Spiritus, qui adhuc pertinaciter incredulos impellit ac incitat, ut doctrinam Christi amplecti nolint.* Sensus igitur est: *Uuebatis olim more huius seculi, in quo omnia sunt adeo plena scelerum, ut non uideatur eorum effrena uis hominibus solis tribuenda, sed altiori cuidam, ea accumulanti.* Vid. *MORI* Epit. theol. christ. p. 82. et cetera ibi dicta. Κατὰ, *ex uoluntate*. Ὁ ἄρχων τῆς ἐξουσίας, aut est idem qui ἄρχων δυνατῆς, aut ἐξουσία de imperio, regno est interpretanda, ut sit Synonymum τῆς ἀρχῆς, ille, qui malis Daemonibus in aëre imperat. *Aërem* Daemonibus bonis et malis esse repletum, Pythagoraeorum et Iudaeorum etiam fuit opinio. *Diogenes Laërt.* L. VIII, 32. ex Pythagorae sententia: εἶναι τε πάντα τὸν ἄερα ψυχῶν ἔμπλεον, καὶ τέτρε δαίμονας τε καὶ ἥρωας νομίζεσθαι. *Plutarch.* Quaest. Rom. p. 274. Ὑπαιθρον, ἄερα καὶ τὸν ὑπερβράνιον ὄντα καὶ θεῶν καὶ δαιμόνων μεσθόν. *Philo de Gigant.* p. 263, 7. εἰς ἄλλοι φιλόσοφοι δαίμονας, ἀγγέλους Μωϋσῆς εἰωθὲν ἐνομάζειν, ψυχαὶ δ' εἶσσι κατὰ τὸν ἄερα πετόμεναι. Cf. *Westenium*, qui addit: „Paulus ita loquitur ex principiis philosophiae Pythagorae, quibus illi, ad quos scribit, imbuti erant: non autem, ut partem doctrinae a Christo sibi reuelatae, et omnibus credendae reuelaret.“ Τῆ πνεύματος, Genit. pro.

pro. Acc. τὸ πνεῦμα, ut ad κατὰ referatur; nam uidetur Paulus hic, ut alibi excidisse constructione. Alii cum Grotio et Wolfio τῷ πνεύματος pro Plur. τῶν πνευμάτων positum arbitrantur. Ἰδίαι τῆς ἀπειθείας pro ἀπειθεῖς, *per-*  
*tinaciter increduli*; nam ἀπίθεια, oppositum τῆς πίστεως, est *contemptus doctrinae christianae*.

3. ἐν οἷς — ποτε) *In quibus et nos omnes uixeramus olim.* Ἐν οἷς, nempe παραπτώμασι, Col. III, 7. Alii iungunt uerbis proxime praecedentibus: ἐν τοῖς υἱοῖς τ. α. *inter quos i. e. quibus similes.* Καὶ ἡμεῖς πάντες, nos etiam Iudaei. Ne nimirum onerari se putarent gentes, addit et Iudaeos, qui illo tempore ἐπὶ τὸ πολὺ nihilo meliores fuerant, ut ex S. litteris et ex *Iosepho* patet. Dicit autem ἡμεῖς, quanquam ipse non talis fuerat, utens figura κοινώσεως, per quam ea, quae sunt odiosa, nobis facimus communia. ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν) *Obsecuti cupiditatibus nostris prauis.* Ἐν, pro κατὰ. Σάρξ, *quicquid in homine est prauum et uitiosum*, ut saepe iam habuimus. ποιῶντες — τῶν διανοιῶν) *Indulgentes iis uitiiis, ad quae ducit praua uoluntas, et sentiendi ratio.* Idem, quod modo dixerat. Διανοίαι, חַוְוָה ratio cogitandi et sentiendi, qualis in homine non-Christiano plerumque esse solet. Τὰ θολήματα, i. e. ἀἴθελε ἢ σάρξ, uicia illa crassiora, puta scortationes, adulteria, uinolentiae. καὶ ἡμεν — δι λοιποῖ) *Et eram propter naturalem indolem poena digni, sicut et ceteri.* Τέκνα ὀργῆς homines poenis diuinis digni, ut חַוְוָה. 2 Sam. XII, 5. Ὀργὴ uero, quum de Deo dicitur, poenas diuinas significat. Cf. Rom. IX, 22. φύσις, *naturalis hominis indoles,*

ut

ut esse in homine non-Christiano solet, *die natürliche Denkungsart*. Herodian. I, 6. 25. φύσει γὰρ τὸ βάρβαρον φιλοχρημάτων, *barbari enim suapte natura pecuniae avidi*. III, 14. 3. φύσει μὲν καὶ φιλόδοξος ἄλλως ὑπάρχων. *Xenoph.* Hell. II. ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἔκωνά (λ. καινὰ) ταῦτα ἕτως ποιεῖ, ἀλλὰ φύσει προδότης ἐστίν. *De labe innata* non esse sermonem, sed de uita ipsa hominum facinoribus prauis et scelestis contaminata, quae consuetudine n̄t altera natura, patet ex uerbis ἀνεστράφημεν, ποιῶντες τὰ θελήματα τῆς σαρκός. φύσει, ut u. 1. παραπτώμασι, est Ablatiuus, causam significans. *MORIS* (l. c. p. 100.) φύσιν interpretatur statum hominis, dediti soli appetitioni, nullo ad regulam respectu, et talem appetitionem licenter sequentis, nondum moraliter correcti. Nam primo, (inquit,) quos Paulus dicit φύσει fuisse miseros, eosdem dicit fuisse miseros eo, quod *cupiditatibus dediti* uixerint. Ergo φύσις est ille ipse status, in quo quis deditus cupiditatibus uiuit. Deinde τῇ φύσει opponit statum hominis ueniam nacti, u. 5. (cf. Col. II, 13.) et emendati, u. 10. Ergo φύσις est status hominis, expertis ueniae et emendationis. Ergo φύσις nec natura hominis est, a Deo data; nec substantia eius; nec essentia; nec momentum conceptionis et originis in utero materno; nec actus nascendi; sed naturale est τὸ ἀπλῶς ἐπιθυμητικὸν animo factisque, ad quod nondum accessit moralis correctio: idque dicitur naturale, quoniam omnibus, ut nunc sunt hominibus ita commune est, ut quales nunc quidem sunt, contrarium expectari nequeat. Alias aliorum interpretationes recenset *Koppe* Excurs. II. in h. Epist. Ὡς καὶ δι' ἁποστόλων, nempe gentes, non-*Judaei*.

4. 5. ὁ δὲ Θεὸς — συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ) *Deus autem clementissimus pro sua erga nos insigni benignitate etiam nos mortuis similes, i. e. miseros propter peccata, noua quasi uita donauit, ut Christum, quem e mortuis resuscitauit.* Πάσις ὢν ἐν ἐλέει, **רַחֵם רַחֵם** Exod. XXXIV, 6. Ἀγάπην ἦν (pro ἡ ex Graecismo) ἠγάπησεν ἡμᾶς, pro : ἀγάπην τὴν εἰς ἡμᾶς. Ζωοποιεῖσθαι, *uiuum, i. e. felicem reddere*; nam in hoc et in sequentibus uerbis ἐγείρεσθαι, καθίξειν ἐν τοῖς ἐπερανίοις, nihil inest nisi summae et uniuersae felicitatis, qua Christiani uel iam fruuntur, uel olim magis etiam fruituri sunt, descriptio. Vfus est uero Apostolus similitudine a resurrectione Christi desumpta, c. I, 20. sqq. quia in futura illa Christianorum felicitate etiam haec ipsa continetur, ut olim resuscitati cum Christo regnent, 2 Tim. II, 11. 12. Similitudo in eo est posita, quod Christus post mortem miseram, quam pro peccatis nostris perpeffus est, a mortuis est resuscitatus, et ad gloriam summam euectus; nos uero post mortem miseram peccatorum, cui eramus obnoxii, eam felicitatem per Christum adepti sumus, ut spem habeamus uitae aeternae, et gloriae maximae in coelis. *χαρίτι ἔσεσθε σωσμένοι*) *Dei beneficio salutem consecuti estis.* Χάριτι; pro διὰ χάριτος, beneficio Dei, quo ad religionem christianam adducti estis. *Consecuti estis salutem, i. e. remissionem peccatorum, pacem conscientiae, spem uitae aeternae*; nam σώζεσθαι est proprium uocabulum, ex quo explicanda sunt tropica illa ζωοποιεῖσθαι etc. Sumunt multi interpretes ut parenthesin.

6. καὶ συνήγειρε — ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ) *i. e. summa felicitate nos ornauit*; quasi iam in coelum effemus recepti.  
Tropice



Tropice haec dicta sunt, sicuti antecedentia. Sensus est, remoto tropo: felicissimos nos reddidit. Ἐν Χριστῷ, ob Christum, vel per religionem christianam.

7. ἵνα εὐδείξηται — ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ) *Vt ostenderet per tempora aeternum futura summam suam in nos benignitatem ipsis his per Christum paratis et oblati beneficiis.* Αἰῶνες ἐπερχόμενοι, אֵין הַבָּיִת, tempora aeternum futura, et h. l. imprimis tempus post resurrectionem. Verba ἐν Χριστῷ εἰς ἡμᾶς videntur esse iungenda, et ἐν Χριστῷ accipiendum ut u. 6. Potest uero etiam ἐν Χριστῷ referri ad superiora, pro: τῆς χάριτος αὐτοῦ καὶ Χριστότης, et ἡμᾶς ἐν Χριστῷ, subintellecto ὄντας, inuicem iungi. Tum sensus esset: *ut, quanta benignitate nos Christianos Deus amplectatur, infigne quoddam aeternum duraturum argumentum extaret.*

8. 9. Τῇ γὰρ χάριτι — τῆς πίστεως) *Nam (Dei) beneficio salutem consecuti estis per religionem.* Merum beneficium Dei est, quod perducti estis ad religionem christianam, quae uobis salutem affert. Ἡ πίστις, religio, doctrina christiana. καὶ τὸτο ἔκ ἐξ ὑμῶν) Sc. συμβέβηκε ὑμῶν. *Hoc ipsum, quod recepistis doctrinam Christi, nolite uestro merito uestrisque studiis tribuere.* Θεῷ τὸ δῶρον, ἔκ ἐξ ἔργων) Sc. δοθὲν ὑμῶν. *Est merum Dei beneficium, idque nullo uestro merito in uos collatum.* ἵνα μὴ τις καυχῆσθαι) *Vt adeo nemo possit gloriari.* ἵνα sumitur ἐμβατικῶς. Alii iungunt superioribus, quasi Apostolus dicat, omne meritum excludi *propterea*, ne possemus propria quadam uirtute gloriari.

IO. αὐτῷ γὰρ ἴσμεν τοίμα) *Nam omnia habemus a Deo*, non tantum quae ad hanc uitam pertinent, sed etiam quod Christiani sumus. Populus Israeliticus dicitur κτίσμα θεῷ, Deut. XXXII, 6. Ies. XLIII, 21. XLIV. 21. quia Deus Israelitas ex singulari fauore selegit, ut essent eius peculiaris populus. Simili modo nunc Christiani sunt peculiaris Dei populus. Col. I, 16. 2 Cor. V, 17. Gal. VI, 15. κτισθέντες — ἀγαθοίς) *Per Iesum Christum eiusque doctrinam hanc felicitatem adepti sumus sub conditione recte factorum.* Facti sumus homines alii, quasi per nouam creationem. Ἐπὶ hic significat id, cuius causa aliquid fit, quomodo Graeci dicunt ἐπὶ κέρδει, ἐπὶ μισθῷ. Cf. I Thef. IV, 7. Ἔργα ἀγαθὰ, recte et honeste facta. οἷς προητοίμασεν — περιπατήσωμεν) PRO: ἐν οἷς ἵνα περιπατήσωμεν προητοίμασεν ὁ θεός) quibus exercendis Deus nos reddidit aptos. Constructio prorsus hebraica: וְשָׂרָה הָיָה לָהֶם לְהַלְלֵךְ בְּכֹחַ יְהוָה. οἷς pro ἄ, quia praecefferat Dativus ἔργοις. Προητοιμάζειν, i. e. προορίζειν, προτιθέναι, Rom. IX, 23. idque h. l. simpliciter uelle, iubere hebr. וְשָׂרָה 2 Paralip. XXXV, 6.

II. εἰδὲ μνημονεύετε) Concludit ex ante dictis, omnes ad Christum conuersos perpetuo gratias debere Deo, sed maxime illos ex gentibus. ὅτι — σαρκί) *Quod uos natalibus Ethnicis.* Rom. I, 3. IX. 3. οἱ λεγόμενοι — χειροποιήτως) *Qui dicebamini incircumcisi ab illis qui dicuntur circumcisi circumcissione corporis, quae manu facta est.* Ἀκροβυστία, i. e. ἀκροβυστίαν ἔχοντες, uel ἀκρόβυστοι Act. XI, 3. Abstractum pro concreto. Cf. Rom. II, 25 - 27. III, 30. etc. Est uero ἀκρόβυστοι, ut supra τὰ εἶδη,

ἔθνη, □ □ Matth. VI, 32. nomen contumeliosum, quo per contemptum utebantur Iudaei aduersus gentes exterar. Cf. Iudic. XIV, 3. XV, 18. Ies. LII, 1. Sic περιτομή pari Metonymia pro *circumcisis* Rom. III, 30. IV, 9. Non frustra autem additur *ἐν σαρκὶ* et *χειροποιήτε*, quia est et alia circumcisio cordis sine animi, quae est ἀχειροποίητος, Col. II, 11. Haec per Euangelium communis facta est Iudaeis et gentibus.

12. ὅτι ἦτε — χριστῷ) *Quod, inquam, tempore illo nihil ad uos pertinebat Messias.* "Ὅτι repetitum est, quia interiectis superioribus sententia paullulum interrupta fuerat. Promissiones de Messia ad solos Iudaeos a prophetis annunciatæ fuerant, Rom. IX, 4. Nunc, inquit Apostolus, uos natalibus Ethnici Messiam possidetis non minus, quam ii, quibus promissus fuerat. ἀκυλλοτριωμένοι — ἰσραὴλ) In illa republica a Deo instituta non modo honores non poteratis capere, sed nec pro ciuibus haberi. Adeo distabant instituta. Eith. III, 8. Tacit. Hist. V, 4. 5. Vox πολιτείας de republica adhibetur 2 Macc. IV, 11. VIII, 17. Nunc uero aliam rempublicam sibi fecit Deus, ecclesiam scilicet, in qua paris iuris estis cum Iudæis. καὶ ξένοι — ἐπαγγελίας) *Ad quos nihil attinebant promissa diuina.* Pluralis respicere uidetur ad uaria tempora, quibus idem illud יהוה בְּרִית, quod primum cum Abrahamo sancitum fuerat Gen. XV. deinde cum Iſaaco et Iacobo Gen. XVII, 22. 26. 28. denique cum populo uniuerso per Mosen instaurabatur, saepiusque repetebatur, Exod. XIX. XX. De uoce διαθήκη cf. Gal. III, 15. Promissa illa nil ad uos pertinebant. Ps. CXLVII, 20. Nunc uero propter Chri-

stum promissa felicitas uos Iudaeis aequat. *ἐλπίζα  
μὴ ἔχοντες*) *Aeternae felicitatis spe destituti.* Infr. IV, 18.  
I Theff. IV, 13. Sperabant quidem beatam uitam post  
mortem, sed spes erat fallax, ideoque nulla, quia nulla  
auctoritate et promissione diuina nitebatur, sicuti spes Chri-  
stianorum. Potest uero per *ἐλπίζα* intelligi etiam spes eius  
rei, quae proprie fuerat Iudaeis promissa. Promiserat  
autem Deus Iudaeis Messiam. *καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ*)  
Dii, ab hominibus ficti, quos Ethnici colebant non erant  
Dii; Deum uerum profus non nouerant gentiles, ideo-  
que recte sine agnitione et cultu Dei uixisse dici poterant.  
Abarbanel in Zach. Qu. I. *Qui regiones incolit extra ter-  
ram Israeliticam, similis est ei, qui Deum non habet,*  
*הָלוֹא לֹא יָצַו.* Sed uidetur potius h. l. notio uitae  
communis habere locum, qua *ἄθεοι* sunt contemptores Dei,  
pessimi homines, uel simpliciter *μὴ εἰδότες τὸν Θεόν,*  
I Theff. IV, 5. *Ἐν τῷ κόσμῳ* nonnullis hebraico more re-  
dundare uidetur; sed recte *NOESSELTUS* (fasc. 3. p.  
215.) monuit, posito post *ἄθεοι* commate, *ἐν τῷ κόσμῳ*  
connecti debere cum *ἦτε*, et uerti: *quum essetis profani;*  
nam haec est significatio phraseos *ἐν τῷ κόσμῳ εἶναι*, ut *εἶναι  
ἐν χριστῷ* alias est *Christianum esse.*

13. *νυνὶ δὲ — τῷ χριστῷ*) *Nunc autem, ex quo estis  
Christiani, uos, qui olim eratis seiuncti, (a populo Dei)  
cum eodem estis coniuncti.* *Ἐν χριστῷ Ἰησοῦ*, supple:  
*δυντες*, *ex quo estis Christiani.* *Μακρὰν (קוּק) εἶναι* di-  
cebantur Gentiles, quia a religione et republica Iudaica,  
a Palaestina et templo, in quo potissimum praesens Iehoua  
existimabatur, erant remoti; accedentes uero ad religionem  
Iudaicam

Iudaicam dicebantur ἰγγὺς צורף εἶναι. *Mechilta* f. 38. 12. R. Elieser docuit, Deum ad Mosen dixisse — Tu quoque, si homo quispiam ad te uenit, ut religionem Iudaicam suscipiat, — *propinquum ipsum fac, et non remoue.* ἐν τῷ αἵματι τοῦ χριστοῦ) *Propter mortem Christi cruentam.* Cf. supra I, 7. Nam Christi mors omne discrimen inter gentes et Iudaeos sustulit. Vid. Gal. III, 13. 14.

14. αὐτὸς γὰρ ἐστὶν ἡ εἰρήνη ἡμῶν) *Ipse enim est noster pacificator, i. e. auctor concordiae inter conuersos ex Iudaeis et ex gentibus.* ὁ ποιήσας τὰ ἀμφοτέρωθεν) *Qui utrosque confociauit.* Τὰ ἀμφοτέρωθεν, pro τοῖς ἀποσπασμένοις, uel subintelligendum γένε. Ἐν, nempe σῶμα, *unam corpus.* Effecit ut Iudaei et gentes coalescerent in unam societatem. καὶ τὸ τὸ λύσας) *et parietem intergerinum, qui nos a gentibus seiunxerat, destruxit.* Τὸ μεσότοιχον, *paries intergerinus, Scheidewand.* Athaeneus: ἡθῆ καὶ τετον τιφάρανα τὸν τῆς ἡδονῆς καὶ ἀρετῆς μεσότοιχον διορύττοντα. φραγμῶδες, ἀφράσσειν, *obturare, occludere, obsepire.* Μεσότοιχον τῆ φραγμῶδες, pro διαφράσσειν ἡμᾶς ἄλλων ἔθνων, *paries, qui nos ab omni cum aliis gentibus commercio intercluserat.* Λύσειν, *destruere, diruere,* Io. II, 19. Αἶθρ. XXVII, 41. Μεσότοιχον autem uocat Apostolus ritus Mosaicos, illudque discrimen quo Iudaei ac gentes inuicem dirimebantur. Hoc discrimen Christus sustulit.

15. τὴν ἔχθραν) *Causam odii, id quod inimicitiam excitauit et aluit.* Cf. Col. II, 14. Vocantur autem leges Mosaicæ ἔχθρα, quia earum seruandarum studium Iudaeos impulit, ut odio haberent gentes, atque ab earum consuetudine abstinere. Potest uero τὴν ἔχθραν ad supe-

riora referri, ex auctoritate Codd. Edd. et Patrum multorum, uel iungi sequentibus. Prius praeferendum uidetur. Ceterum sensus est idem. ἐν τῇ σαρκὶ — καταργήσας) *Qui morte sua legem cum omnibus eius praeceptis ac statutis abrogauit.* Ἐν τῇ σαρκὶ αὐτῆς *in corpore suo, i. e. perpeffionibus in corpore suo, uel ἐν ἑαυτῷ, ipse, er selbst in eigener Person.* Νόμος τῶν ἐντολῶν ἐν δέγμασι, pro τῶν ἐντολῶν καὶ δογμάτων, *das Mosaische Recht mit allen seinen Geboten und Verordnungen.* Ἐντολαὶ ἐτ δόγματα iuncta sunt legi, ut hebr. הורה, מצוות, קהק, ut omnis legum Mosaicarum ambitus exhauriatur. Δόγματα apud LXX. tantum in libro Danielis occurrit, ubi respondet uocibus Chaldaeis נרנא et כנהא Dan. VI, 9 10. כנהא c. III, 10. quae idem significant quod hebr. מצוה, קה, *praeceptum, mandatum, edictum, decretum.* Καταργεῖσθαι dicuntur, quae uim suam amittunt, unde καταργεῖν τὸν νόμον est: *abrogare leges.* ἵνα τὰς δύο — ποιῶν εἰρήνην) i. e. ut Iudaeos et Gentiles inuicem haecenus inimicos, in melius mutatos ad concordiam redigeret. τὰς δύο, quod infra τὰς ἀμφοτέρους, Iudaeos nempe et gentes, pro quo ante dixerat ἀμφοτέρα. Κτίσῃ, i. e. *formaret,* ut supra u. 10. Κτίσειν τὰς δύο εἰς ἓνα καινὸν ἄνθρωπον nihil amplius est, quam εὐεῖν τὰς ποτε ἀλλήλοις ἐχθρὰς, s. quod mox sequitur, ποιεῖν εἰρήνην ἐν αὐτοῖς, ad concordiam redigere, qui alias odio se inuicem persequebantur, et addit καινὸν ἄνθρωπον, i. e. *in melius mutatos.* Ἐν ἑαυτῷ, id quod supra ἐν τῇ σαρκὶ ἑαυτῆς.

16. καὶ ἀποκαταλλάξῃ — διὰ τῆ σαυρῆ) *Et conciliaret per supplicium crucis utrosque in unam societatem, Deo seruientem.*

uientem. Ἀποκαταλλάσσειν, id quod simplex καταλλάσσειν. Ἐν ἑνὶ σώματι pro εἰς ἓν σῶμα, in unam societatem. Ὁ σταυρῶς, ipsum supplicium in cruce. Col. I, 20. ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν ἐν αὐτῷ) Abolens causam illam odii (legem Mosáicam) per illud, nempe supplicium crucis. Ἐχθρα sicut supra u. 15. Ἀποκτείνας, i. e. καταργήσας, et dicuntur leges quasi morti datae, quia ipse mortuus est Christus, ut abrogaret leges Mosáicas. Ἐν αὐτῷ, nempe σταυρῷ, ut recte accepit Syrus.

17. καὶ ἐλθὼν — τοῖς ἑγγύς) Quibus iam ita perfectis, annunciari iussit uobis Ethnicis, et Iudaeis felicitatem hanc. Καὶ, quibus ita perfectis. Ἐυηγγελίστατο, pro παρήγγειλε εὐαγγελίσασθαι, cf. Matth. XXVIII, 19. Act. I, 8. Ἐλθὼν et πορευθεὶς saepe redundant, maxime in sermone familiari. Ἐιρήνη hic aliter sumitur, quam in antecedentibus nempe de fauore Dei, cum eoque coniuncta omnis generis felicitate, quod sequentia ostendunt. Τοῖς ἑγγύς, cf. ad u. 13. et Ies. LVII, 19.

18. ὅτι δι' αὐτῆ — τὸν πατέρα) Nam per eum nos utriusque (qui olim partim Iudaei partim Gentiles fueramus) liberum habemus accessum uno animo ad Patrem. Per Christum consecuti sumus hoc beneficium, ut eodem animo fiducia pleno, sine metu et seruilis timore, (uel etiam concordii mentis affectu) Deum adire, atque ab eo, Patre nostro benignissimo, nobisque propitio quaeris bona et ueram salutem expectare possimus. Vid. Rom. V, 2. Ἐν ἑνὶ πνεύματι, i. e. ἁμοθυμαδόν, concordii mentis affectu, uel eodem animo, fiducia pleno.

19 ἄρα ἔν — πάροικοι) i. e. *Iam igitur non ultra estis exclusi a iure ciuitatis in populo Dei, ut ante.* Ἄρα ἔν, iam igitur. Ξένοι, peregrini in republica s. ciuitate, ciuibas oppositi. Πάροικοι, hospites in domo priuata, domesticis s. familiae oppositi. ἀλλὰ — δικεῖσι τῷ Θεῷ) *Sed ciues populi Dei, ad familiam Dei pertinentes.* Ὁι ἄγιοι, Synonymum λαὸς Θεῷ, κληρονομία Θεῷ, תַּלְמִידֵי הַיהוָה De uoce συμπολίτης uid. *Werstenius* in h. l. Annotarunt Scholiastae et Grammatici plures, Graecos non uti composito, sed simplici πολιτης. Occurrit tamen interdum apud bonos Scriptores, e. g. Aelian. Var. Hist. III, 44. Νεανίσκοι τρεῖς, δις Δεσφῆς Ἀφικόμενοι Θεωροὶ σημπολίται. Ὁικεῖτος τῷ Θεῷ, qui ad familiam Dei pertinet, ab ὀικος, familia et aedificium ipsum. Est διλογία in his et sequentibus uerbis; nam relieta familiae notione in alteram aedificii uel templi notionem statim incidit Apostolus: *Zu Gottes Hause gehörige.*

20. ἐποικοδομηθέντες χριστῷ) *Estis ueluti pars illius templi, cuius fundamenta iecerunt Apostoli et alii doctores, et cuius lapis angularis est Iesus Christus.* Sensus est: Estis membra ecclesiae uel societatis, ab Apostolis et aliis doctorebus fundatae, quae Iesum Christum colit suum Dominum et salutis auctorem. Προφῆται sunt doctores N. T. dignitate proximi Apostolis, de quibus Rom. XII, 6. Θιμίλιος h. l. est aedificium fundatum. Societatem christianam, uel ecclesiam, templo diuino comparare etiam alias Apostolo est solenne, 1 Cor. III, 9. 16. 17. 2 Cor. VI, 16. Ἀκρογωνίατος sc. λίθος, hebr. פֶּנֶה בִּבְנֵי est inter eos lapides, quibus tanquam fundamento innititur domus, is potissimum,



tissimum, qui in extremo angulo fundamenti positos duos parietes-sibi innixos sustinet et coniungit. Sic Messias uocatur etiam Matth. XXI, 42. ex Ps. CXVIII, 22. quia in angulis praecipua uis est, qua aedificia sustententur. Quum aedificium h. l. sit *coetus*, lapis angularis est, qui in illo coetu praecipue conspicuus et honoratus est. Christus igitur est caput coetus, prae ceteris honoratus.

21. ἐν ᾧ πᾶσα — ἅγιον ἐν κυρίῳ) Cui innixum aedificium omne compactis inuicem lapidibus altius exsurgit in templum Deo consecratum, i. e. ecclesia ex omnibus gentibus collecta in dies fit amplior et augustior. Ὀικοδομη, non prorsus idem quod οἶκος, sed aedificium nondum usque ad fastigium exstructum atque perfectum, et h. l. tropice ecclesia Christi ex omnibus gentibus collecta. συναρμοσθεμένη, compactum. In Glossis: συναρμοσθῶ, compagino. Anthol. III, 32. 4. mater filio ἡρμοσθῆσθαι τάφον, ubi ἀρμολογεῖν simpliciter est *exstruere*. Ἀυξάνει, ἡ κοίτη, paulatim altius exsurgit domus. Est translatio in Allegoria; nam augeri proprie est corporis naturalis; surgere de aedificiis dici solet. Sine tropo: *in dies amplior fit ecclesia*. Ἅγιος ἐν κυρίῳ, pro ἅγιος κύριος, ἢ κυρίως, sicuti Tit. III, 5. ἔργα τὰ ἐν δικαιοσύνῃ. I Cor. II, 7. σοφία ἐν μυστηρίῳ, pro τῷ μυστηρίῳ.

22. ἐν ᾧ — ἐν πνεύματι) Cui etiam uos iuncti estis, ut hoc templum spirituale fiat augustius. Ἐν ᾧ, pro ᾧ, refer ad ναὸν ἅγιον. Καὶ ὑμεῖς, uos etiam, qui estis ex gentibus. κατοικητήριον ἐν πνεύματι, i. e. πνευματικόν, opponitur ναῶ χειροποιήτῳ, templo Hierosolymitano; nam תבשׂ κατοικητήριον significat tabernaculum Exod. XV,

17. et postea templum, quod in tabernaculi locum successit  
Pf. LXXVI, 2.

### CAPUT III.

1. **T**έτι χάριν — τῶν ἔθνῶν) *Huius rei causa ego Paulus in uinculis detineor, tanquam Apostolus Iesu Christi, nempe propter uos gentiles.* Plerique interpretes parenthesi includunt sequentia uerba, alii ad u. 8. alii ad u. 12. Sed hac Parenthesi non opus esse uidetur, si comma post Πάυλος deleas, et uerba ἐγὼ εἰμι ὁ δέσμιος, sicut hebr. יְנִי יְרֵסֵהָ explices ἐγὼ εἰμι ὁ δέσμιος (Cf. Marc. XII, 26. Rom. VIII. 33.) quod Veteribus et recentioribus interpretibus haud paucis placuit. Δέσμιος τῆ χριστοῦ, pro διὰ τὸν χριστὸν, propter Christi doctrinam; propter munus Apostolicum quod gero. Verbis ὑπερ ὑμῶν τῶν ἔθνῶν clarius explicantur priora τέτι χάριν, διὰ τὸ κήρυγμα καὶ τῆς διδασκαλίαν ἐν ὑμῶν τοῖς ἔθνεσι, ut Graeci interpretantur. Dicit igitur Apostolus, se eam ipsam ob causam quod Ethnicis annuntiaret doctrinam Christi, coniectum esse in uincula. Constat enim Iudaeos odio et aemulatione in Paulum incitatos, quod gentilibus paria cum Iudaeis iura uindicaret, occasionem praebuisse, ut Paulus caperetur, qui uinctus Romam missus fuit, quum Caesarem appellasset. Act. XXI, 21. 28.

2. εἶπε ἡμέτερον — εἰς ὑμᾶς) *Quandoquidem intellexistis, partem illam Apostolatus mihi esse assignatam a Deo, quae ad uos (gentes) pertinet.* Οἰκονομία paullo aliter quam c. I, 10. h. l. uidetur esse assignatio partium, qualem in familia facere solent dispensatores. χάρις autem  
κατ'

κατ' ἐξοχὴν est ipse Apostolatus, summus in ecclesia honor. Sic Rom. I, 5. Χάριν καὶ ἀποστολὴν, i. e. Χάριν ἀποστολῆς. Ἐἰς ὑμᾶς, **ΚΩ'Υ**, propter uos, uestri commodi causa, Col. I, 25. Affirmat Apostolus, se non proprio ausu suscepisse grauissimum hoc negotium, gentiles adducendi ad Christum, sed a Deo ipso ad id excitatum, et reuelatione diuina esse instructum.

3. ὅτι κατὰ — ἐν ὀλίγῳ) Nam per reuelationem diuinam innotuit mihi doctrina illa arcana, quam paullo ante uobis exposui. Pro ἐγνώρισσα habent ἐγνωρίσθη multi Codd. Verss. et Patres utriusque recensiois, alexandrinae et occidentalis. Si legas ἐγνώρισσα supplendum est ὁ Θεός. Κατὰ ἀποκαλύψιν, pro ἐν ἀποκαλύψει, nempe non tantum prima ista reuelatione, de qua Act. IX. coll. XXVI, 17. 18. sed et multis subsequētib; de quibus 2 Cor. XII, 1. 7. Τὸ μυστήριον καθὼς ἐν ὀλίγῳ, etc. pro τὸ αὐτὸ μυστήριον, περὶ ἧς ὀλίγῳ πρότερον ἔγραψα. Ὀλίγῳ πρότερον paullo ante, nempe capitibus duobus antecedētib; ubi multa de hoc mysterio dicta. *Mysterium* ex multorum sententia est obscura et plerisque ignota antea doctrina, omnes sine discrimine gentes adducendas esse ad religionem Christi. Sed uidetur potius esse ipsa doctrina christiana in uniuersum; nam u. 5. dicitur aliis aetatibus non innotuisse ut nunc. Cf. u. 9. quod non tantum de illo mysterio, sed de uniuersa doctrina Christi ualet.

5. πρὸς ἡ δύνασθε — τῷ Χριστῷ) Pro: ἡ ἀναγινώσκοντες δύνασθε νοῆσαι πρὸς αὐτῷ, i. e. ἐν αὐτῷ κ. τ. λ. Quae legentes intelligere potestis quae fit mea arcana (diuini) consilii per Christum reuelati intelligentia et scientia. Τὸ μυστήριον

σηρίον τῆ χριστῆ est omnibus hominibus antea incognitum consilium Dei de hominum salute per Christum procuranda, per Christum eiusque doctrinam reuelatum et patefactum humano generi, ipsa religio christiana. Ἀναγινώσκοντες, repetentes nempe aliquoties ea, quae iam scripsi.

5. ὁ ἰτέραις — ἐν πνεύματι) *Quod aliis temporibus non ita cognitum erat hominibus, sicuti etc. כְּדָרִים אֲחֵרִים aliis generationibus, i. e. aliis mundi aetatibus. Ἐπιὸ τῶν ἀνθρώπων, אֲדָרָה בְּנֵי i. e. ἀνθρώποι. Scientiam huius arcani consilii diuini de omnium hominum salute per Christum procurata, et nominatim de uocatione gentium nulli homini ante Christi tempora eo modo contigisse dicit, sicut nunc Apostolis. Nam quae sunt apud Iesaiam, et Prophetarum ueterum alios, ualde generalia sunt, et ante euentum erant perobscura. Pertinuit igitur haec Pauli doctrina de prorsus pari Christianorum ex Ethnicis cum Iudaeis dignitate ad dogmata sublimiora non omnibus doctoribus religionis christiana eadem claritate reuelata. Aliquid didicerat Petrus in re Cornelii, Act. X. plus postea Paulus, et post Paulum alii. Potest tamen de uniuersa doctrina christiana recte affirmari, quod fuerit olim occulta in mente diuina. Ἅγιοι, uenerabiles, Deo cari. Προφῆται, h. l. sunt doctores, non uero prophetae V. T. Ἐν πνεύματι pro διὰ πνεύματος refer ad ἀποκαλύφθη.*

6. ἴσται τὰ ἔθνη — ἐν τῷ χριστῷ) *Esse gentiles pari iure uocatos ad uitam coelestem, et pertinere ad eandem ecclesiam, et participes eiusdem a Deo promissae felicitatis, per Christum, qui ista bona nobis obtinuit. Συγκαληρο-*

νόμα et σύσσωμα non pertinent ad uocem ἐπαγγελίας, sed sunt per se interpretanda. Συγκληρονόμα, uocati pari modo sicut Iudaei ad uitam coelestem, quae hereditas dicitur. Rom. VIII, 17. Sicut κληρονομία haud raro simpliciter ponitur pro felicitate aeterna, c. I, 14. Act. XX, 32. Col. III, 14. ita etiam κληρονόμος est particeps felicitatis aeternae. Σύσσωμα, concorporēs, partes eiusdem corporis, i. e. ecclesiae, c. I. 23. Συμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας, i. e. τῆς εὐδαιμονίας ἐπηγγελμένης. Ἄυτῷ deest in nonnullis; si uera est lectio, θεῷ est subintelligendum. Ceterum cumulantur Synonymᾱ Synonymis, ut plane nihil discriminis inter Iudaeos et gentes intercedere significetur. διὰ τῆ (παγγελίᾳ) Tanquam per instrumentum, quo Christus ad res illas efficiendas utitur.

7. ὃ (ἐγεγόμεν διάκονος) Cuius constitutus sum doctor. Διάκονος sensu generaliore de ipsis Apostolis et quibusuis religionis doctoribus dicitur. 1 Cor. III, 5. Col. I, 23. κατὰ τὴν δωρεὰν — τῆς δυνάμεως αὐτοῦ) Pro beneficio illo diuino immerito quod in me contulit pro efficacissima sua potentia. Δωρεὰ τῆς χάριτος, beneficium immeritum; nam Χάρις est beneficium, et δωρεὰ donum, quod ex gratia, sine ullo nostro merito confertur. Ἐνέργεια τῆς δυνάμεως, potentia efficacissima, quae se exseruerat et in Paulo conuertendo, et in eodem ad Apostoli munus euocando.

8. ἐμοὶ τῶ — ἄγιων) Mihi omnium Apostolorum minimo. Τῶν ἄγιων, nonnulli plane omittunt; alii habent, omissō articulo. Ἐλαχιστότερος, Comparatiuus a Superlatiuo ἐλάχιστος denuo formatus. Talia sunt ἑσφαγίσατος, λαλίσατος, κλεπτίσατος. Ab ἐλάχιστον formatum nouum Super-

Superlativum habet Sext. Empir. IX. p. 627. ἐν ἐλαχιστοτάτῳ πλάτει. Πάντες δι' ἄγιοι h. l. non esse videntur omnes omnino Christiani, sed Apostoli et Prophetæ. τὸν ἀνεξιχνίασον — χριστῷ) *Beneficia per Christum nobis parata, quae tanta sunt, ut eorum magnitudinem dignitatemque nulla mens humana capere possit.* Πλεῖτος τῷ Χριστῷ, opulencia Christi, concise pro: πλεῖτος τῆς Χάριτος τῷ Χριστῷ, *uberrima Christi beneficia*, uel maxima beneficia per Christum nobis parata. Ἀνεξιχνίασον, quod et habemus Rom. XI, 33. respondet Hebraeo קָרָה יָא, Iob. V, 9. IX, 10.

9. καὶ φωτίσαι πάντας) φωτίζειν hebr. הִאִיר Ps. CXIX, 130. idem quod διδάσκειν. Πάντας Iudaeos nempe et Ethnicos, sine discrimine. τίς ἡ οἰκονομία — ἐν τῷ Θεῷ.) *Cuiusmodi sit arcanum illud consilium a longissimo tempore nemini cognitum nisi Deo.* Pro κοινωνία omnino legendum est δικονομία, quam lectionem et codices plurimi et uersiones exhibent. Τίς ἡ οἰκονομία τῷ μυστήριῳ, pro: τί τὸ μυστήριον. Intelligendum est arcanum illud consilium diuinum, de salute omnium sine discrimine hominum, Ethnicorum pariter ac Iudaeorum, per Christum procuranda. C. I, 9. 10. III, 2. Potest etiam δικονομία intelligi de modo et tempore, quo patefacienda erat doctrina Christi, ut sensus sit: *ich soll lehren, was Gott für eine Anstalt getroffen habe mit dieser Lehre.* Ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ (pro ἐκ) τῶν αἰώνων ἐν (pro παρὰ) τῷ Θεῷ, hebr. נִסְתָּר מֵעוֹלָמִים בִּיהוָה, quod Deus suae seruauit scientiae, nec ulli hominum reuelauit. τῷ τὰ πάντα — χριστῷ) *Qui nunc omnia renouat per Christum*, i. e. efficit ut nunc plane alia fiat humani generis facies

facies per Christi doctrinam. Nam *καταλείν* h. l. est *renouare*, sicut hebr. נָתַן Pf. LI, 12. et aliis locis. Τα πάντα h. l. sunt omnes huius terrae gentes, ex quibus innumeri homines ad religionem Christianam adducti, meliorem uitae rationem inierant. Paulo aliter *NOESSELTUS*: (fasc. 2. p. 181.) *Et docere quam admirabilis sit administratio incognitae doctrinae, ab aeterno absconditae apud Deum, omnia constituentem per Iesum Christum.* Τις, ut c. I, 18. 19. Quanti aestimandum sit munus illud, quod hanc diu incognitam doctrinam patefacit. Cf. u. 2. 3.

IO. Ἰνα γνωρισθῆ — σοφία τοῦ Θεοῦ) *Ita ut patefiat nunc maximis angelorum ordinibus in coelo, quam admirabilis sit Dei sapientia, quae in ecclesia se exserit.* Ἰνα est ἰσβατικόν, *ita ut.* De angelorum ordinibus h. l. esse sermonem, non uero de magistratibus in his terris, patet ex uerbis: ἐν τοῖς ἐπερανίοις. Nihil tamen ob stare uidetur, quo minus intelligamus in uniuersum *angelos*, coelitem cellissimos, *die erhabenen Geister im Himmel*; qui uocabulis humanis comparantur cum principibus. Ἡ πολυπόικιλος σοφία τοῦ Θεοῦ, *omni ex parte admirabilis Dei sapientia.* Hanc suam sapientiam manifestauit Deus *per ecclesiam*, per prouidentiam suam in gubernanda et propaganda ecclesia; ex hac enim angeli sapientiam diuinam intelligunt, sicuti nos homines eam intelligimus cognoscendis et spectandis fatis et cursu rerum omnium.

II. κατὰ πρόθεσιν — κυρίου ἡμῶν) *Secundum propositum antiquissimum, quod exsequutus est per Christum Iesum Dominum nostrum.* Πρόθεσις τῶν αἰώνων, decretum illud

illud Dei, quod olim et angeli, et prophetae ignorarunt, Deo istud apud se retinente.

12. ἐν ᾧ ἔχομεν — πίστεως αὐτοῦ) *Propter quem habemus aditum liberum ad Deum, cum firmissima spe et fiducia, si in eum credamus. Παρρησία* primum *libertas in dicendo*, deinde *fiducia, quam in alicuius erga nos studio collocamus. Προσαγωγή*, uid. II, 18. *Πεποιθήσεις* idem quod *παρρησία*, et constructio insolentior est, pro: τὴν προσαγωγὴν μετὰ παρρησίας καὶ πεποιθήσεως. Ἐχομεν, nos Iudaei et gentes. Διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ, pro: εἰς αὐτὸν, i. e. εἰ μὲν πίσυσεωμεν εἰς αὐτὸν. Nempe qui nos omnes sumas peccatores, metus poenarum nos terret, quo minus laeto animo omnem nostram felicitatem exspectare a Deo possimus. Sed propter Christum, qui morte sua peccatorum ueniam nobis promeruit, quaeuis bona a Deo efflagitare precibus possumus.

13. διὰ κτεῖμαι — δόξα ὑμῶν) *Quapropter rogo uos, ne animum despondeatis ob afflictiones, quas uestri causa perfero, quae uobis multum honoris afferunt, uel etiam: quae uobis sunt felicitati. Δόξα* saepe est *felicitas*, e. c. δόξα δαιμόνιος. Post *κτεῖμαι* et *ἐκκαεῖν* subintellige *ὑμᾶς*. Ἐκκαεῖν, *animum despondere*, uel *expauescere*; nam Graeci *κακὸς* saepe uocant eos, qui sunt timidi. Ολίψεις ὑπὲρ ὑμῶν, *afflictiones quas uestra causa uestroque commodo perfero. Ἦτις*, pro *αἵτινες*. Sed et apud Hebraeos, Graecos et Latinos *relatiuum pronomen* tam posteriori quam priori parti conformari solet. Cic. *Somn. Scip. 3. ignibus, quae fidera uocatis. Poterant Christiani, praesertim ex Ethnicis, dubitare de auctoritate Pauli, si ipsum a Iudaeis contemni*



contemni et quouis modo uexari cognoscerent. Dicit igitur, non esse, cur animum abiiciant; ex his enim calamitatibus eos cognoscere posse, se non suam, sed aliorum utilitatem quaerere. Nisi tam constans fuisset in munere suo gerendo, Ephesii et alii non fuissent per eum edocti, atque ad ueram religionem perducti.

14. τὸτε χάρις — Χριστῷ) Τὸτε χάρις, *huius rei gratia*, quia nempe accessistis ad religionem. Κάμπτω τὰ γόνατά μου, pro προσεύχουμαι, ex more istorum temporum, genibus flexis precandi. *Patrem Domini nostri Iesu Christi* hic uocat Deum, quia propter Christum, filium hunc Dei unicum et carissimum omnis omnino felicitas Christianis contingit.

15. ἐξ ἧ — ὀνομάζεται) *Ex quo tota familia* (eorum, qui filii Dei dicuntur,) *quae in coelis est et in terris* (angelorum et hominum) *originem habet.* Πατρίδα, *familia.* Iudaei seipso nominabant familiam Dei inferiorem, angelos autem uocabant familiam superiorem. *Sanhedrin*: Couersae sunt omnes facies, Ier. XXX, 6. R. Iochanan dixit: etiam facies superioris et inferioris familiae. R. Salomo: Angelorum et Istraëlis. Paulo uero familia Dei inferior, s. in his terris, est totus Christianorum coetus, in uniuerso terrarum orbe dispersus. 'Εξ ἧ, refer ad πατέρα, non ad I. Χρ. 'Ὀνομάζεται, pro ἰσθι.

16. ἵνα δυνῆ — τὸν ἔσω ἀνθρώπου) *Velit efficere pro maxima sua potentia, ut spiritus sui auxilio insigniter firmemini animo*, i. e. ut crescatis in cognitione religionis, et omnium uirtutum studio. Δόξα, כבוד, *maiestas dei*, et metonymice ipsā Dei potentia, quam sequitur maiestas.

Πλάτος, est huius potentiae abundantia et magnitudo. Δυνάμει, pro δυνατῶς, sicut hebr. יָצַד, pro σφόδρα, μάλιστα. Ὁ ἔσω ἄνθρωπος, i. e. δὲς, mens hominis. Cf. dicta ad Rom. VII, 22. Εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, pro: ἐν τῷ ἔσω ἄνθρώπῳ. Κραταῖσθαι, firmari, roborari. Roboratur uero mens hominis cognitione religionis et uirtutis studio.

17. κατοικῆσαι — ἐν ἀγάτῃ) Sic interpungendum uideatur, distinctione post ὑμῶν deleta, et sensus est: *Vt per fidem intimi uestri amoris affectus erga Christum augeatur. Habitat in pectore nostro, quem unice amamus et colimus. Sic Libanius Epist. 558. εἰ καὶ τῶν χειρῶν σε τὸν Πλάτωνα ἐξέβαλεν ἢ ἀρχῇ, τήν γε ψυχὴν δὲ Πλάτωνος δεικνύει τὴν σὴν. Ἐν ἀγάτῃ explicat Phrasin: κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ut ἀγάτῃ sit amor erga Christum, qui διὰ τῆς πίστεως augetur; si enim firmissime credimus, per Christum nobis maxima bona, et quidem aeternum duratura parta esse, non possumus non eum intimo prosequi amore. Simplicior tamen est interpretatio, si τὸν Χριστὸν accipiamus de Christi doctrina, ut sensus sit: ut doctrinae Christi cognitio uberius uobis contingat, per fidem ei habitam. Nam omnis orationis Paulinae series in cognitionis incremento uersatur, et Col. III, 16. doctrina Christi habitare debere in Christianis dicitur, ut conformentur ad ueram sapientiam. Tum uero uerba ἐν ἀγάτῃ iungenda sunt sequentibus: Ἐν ἀγάτῃ — ἀγίοις, ut in amore (erga Deum et Christum) firmati et fundati possitis perspicere cum omnibus Christianis. Est traiectio uocis ἴσα, qualis 2 Cor. II, 4. Amoris et gratitudinis sensus erga Deum et*

et Christum pro ingentibus illis beneficiis per religionem acceptis, siue, ut alii uolunt, persuasio de religionis christianae certitudine, et exinde orta constantia, duabus similitudinibus recte exprimitur; arboris in altum radices agentis, Matth. XIII, 6. 21. et aedificii bene fundati, Matth. VII, 24. Scholiast. ad Odyss. V, 136. ἐββίλωσεν explicat: ἀκίνητον ἐπέχησε. Philo de Opif. M, p. 9. βίλας ἀποτέμναι διονεὶ θεμελίως. Καταλαμβάνουσαι, pro συνιέναι utitur propter sequentia πλάτος etc. Ἄγιοι, Christiani; possunt tamen angeli etiam intelligi, hominibus piis non exclusis.

18. τί τὸ πλάτος — ὕψος) Sc. τῆς ἀγάπης τῆς Χριστοῦ, quae uerba ex immediate sequentibus subintelligenda sunt. Sensus: *Quam immensus sit Christi erga nos amor*; nam in uocibus τὸ πλάτος καὶ μήκος καὶ βάθος καὶ ὕψος nihil ineit nisi notio *immensitatis*, nec opus est quaerere, quid h. l. sit *profundum*, quid *altum* etc. Nec inusitata est amoris diuini comparatio cum rerum corporearum mensura, e. g. Iob. XI, 7. Ps. CIII, 6. Alii referunt has uoces ad *ecclesiam*, templum illud πνευματικόν, cuius c. II. extremo meminerat Apostolus. Sic sensus esset: *Vt perspicere possitis, quam longe lateque se diffundat ecclesia, ex Iudaeis et gentibus collecta.*

19. γυνῶναι τε — τῷ Χριστῷ) *Cognoscere nempe amorem Christi, omni cogitatione humana superiorem.* Videtur esse epexegetis uerborum antecedentium. Ἄγάπη τῷ Χριστῷ h. l. est amor Christi erga nos. Ἐπερβάλλουσα τῆς γυνῶσεως, omni cogitatione humana superior; nam ὑπερβαλλεῖν non tantum Accusatiuo, sed etiam Genitiuo, construitur.

κα πληρωθήτε — θεῶ) Grotius explicat: *Vt impleamini omnibus illis donis, quibus Deus implere homines solet.* Πλήρωμα τῆ θεῶ, plenitudo, repletio Dei, i. e. thesaurus bonorum, quae Deus dat. 'Εἰς pro ἐν. Non multum differt Noeffelti interpretatio, (fasc. 2, p. 243.) cui τᾶν τὸ πλήρωμα sunt dona uniuersa, inprimisque intelligentia uoluntatis diuinae, quae Christianis concessa est per doctrinam Christi. Cf. infra c. IV, 10. ubi Christus dicitur πληρῶσαι τὰ πάντα, eodem sensu, et Col. I, 9. Durior mihi uidetur esse Ven. Κορπυῖ explicatio, qui ἵνα πληρωθῆτε positum esse existimat pro ἐν τῷ πληρωθῆναι ὑμᾶς, et ad proxime superiora: τὴν ἀγάπην τῆ Χριστοῦ refert hoc sensu: *Amor Christi immensus conspicuus est in eo, quod et ipsi uos, licet e gentibus essetis, recepti estis in uniuersum hoc regnum diuinum.* Πληρωθῆναι putat esse idem quod ἀνακαιφαλαιωθῆναι C. I, 10. et τᾶν τὸ πλήρωμα idem quod τᾶσα ἡ ἐκκλησία, ut C. I, 23. Col. I, 19.

20. τῷ δὲ δυναμένῳ — νοῦμεν) *Ei qui multo maiora efficere potest, quam nos precibus efflagitamus. et intelligimus.* Ὑπερκεπερισσῶ ὧν, pro ἐκείνων ᾧ. Est autem uox ὑπερκεπερισσῶ ἀυξητικὴ, ut I Theff. III, 10.

21. αὐτῷ — Ἰησοῦ) Varie leguntur haec uerba. Ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, habent nonnulli Codices, Versiones et Patres. Alii: ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ. Si uerba ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ sunt genuina, iungi possunt sequentibus, pro ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ Ἰησοῦ. Possunt uero etiam per se explicari, ut ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ sit *per Christum*, propter quem nostra gratiarum actio Deo est grata, Rom. I, 8. VII, 25. εἰς πάσας — τῶν αἰώνων) Iunctae sunt duae formulae

formulae synonymae, hebr. וְדָר וְדָר et כְּבוֹד וְכְבוֹד ut *summa aeternitas* quanta mente quidem humana cogitari potest, exprimeretur.

## CAP. IV.

1. Παρακαλῶ — ἡς ἐκλήθητε) *Obtestor igitur uos, ego uinctus propter Dominum, ut uitam uiuatis dignam felicitate ea, quae uobis parata est.* Ἐν κυρίῳ, pro διὰ τοῦ κυρίου, ut c. III, 1. ὁ δέσμιος τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ. Potest uero etiam ἐν κυρίῳ referri ad παρακαλῶ, nomine Iesu Christi uos obtestor. Κλήσεως nomine hic exprimitur *omnis felicitas, Christianis, maxime in regno Christi futuro, promissa et parata.* Debent nempe Christiani uiuere, ita ut par est uiuere eos, quos tanto beneficio affecit Deus.

2. μετὰ — μακροθυμίας) *Modestia* uel *humilitas* maxime decet homines, qui omnia uera bona Deo se debere sentiunt. *Lenitatis* est, non moneri ob res leues; μακροθυμίας, etiam in grauioribus cohibere iram. ἀνοχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάτῃ) Ἀνέχεσθαι τινος, *patienter ferre aliquem*, i. e. ignorantias eius et errores. Ἐν ἀγάτῃ, *liebreich*. Constructio est, quasi non dixisset περιπατεῖσθαι, sed in Imperatiuo περιπατεῖτε.

3. σπιδάζοντες — τῆς εἰρήνης) *Operam date, ut animorum consensus seruetur uestro studio pacis.* Ἐνόςτης τοῦ πνεύματος, animorum studiorumque consensus, inprimis in religione. Σύνδεσμος τῆς εἰρήνης, uinculum tranquillitatis, i. e. tranquillitas, quae est uinculum societatis. Est tropus omnibus linguis communis. Quid. Metamorph. I, 25. *Dissociata locis concordia pace ligauit.* Nempe in εἰρήνῃ ip̄a

est σύνδεσμος sc. ἀνθρώπων. Alii τὸ πνεῦμα interpretantur corpus spirituale, ecclesiam; alii religionem ipsam.

4. ἐν σῶμα καὶ ἐν πνεῦμα) Sc. εἰς. Vos unum corpus, (una societas) estis, et unum spiritum accepistis, idem spiritus diuinus uos omnes regit; uel potius πνεῦμα est animus. Debetis esse unus animus. Possent etiam esse appositio ad superiora: διπερ εἰς ἐν σῶμα καὶ ἐν πνεῦμα. ὧν καὶ μία ἐλπίς, ὡσπερ εἰς κύριος. Inest in his et sequentibus uerbis cohortatio ad pacem colendam, argumento desumpto ab iisdem beneficiis, quae omnibus et singulis sint communia. καθὼς καὶ — κλήσεως ὑμῶν) *Quemadmodum etiam, quum Christiani facti estis, eandem spem (aeternae felicitatis) estis adepti.* Si alii eandem nobiscum habent spem, fruuntur eodem iure, non sunt a nobis contemnendi.

5. εἰς κύριος, μία πίστις, ἐν βάπτισμα) Sc. πάντων, u. σ. Vnum eundemque Dominum omnes colimus; unam profite-mur religionem; uno eodemque baptismatis ritu ad religionem sumus initiati. Κύριος, Dominus noster Iesus Christus. Πίστις, fidei regula, religio. Aliis est fiducia in Christi erga nos amore collocata. Ceterum ex his appositis patet, Christum hic considerari, tanquam auctorem nouae huius religionis, et felicitatis aeternae.

6. εἰς θεός, καὶ πατὴρ πάντων) *Omnes eundem Deum, omnium rerum auctorem, colimus.* Non colitis multos Deos sicut olim, quum essetis Idololatrae. Vnus est Deus, omnium rerum creator, gubernator, et Dominus. Vide annotata ad I Cor. VIII, 6. δ ἐπὶ — πάντων ὑμῶν) Alii legunt ἡμῶν. Ὁ ἐπὶ πάντων, i. e. ἐπάνω πάντων, qui imperium in nos omnes habet. Διὰ πάντων, per omnes diffun-

diffundit prouidam suam gubernationem. Ἐν χάριτι ὑμῶν, inter uos operatur, et omnia bona efficit, per Spiritus sancti dona, et doctrinam salutarem. Sensus est: *Vnum colimus Deum, cui et uos omnes debetis omnia.* Debet igitur inter nos, cultores eiusdem religionis, eiusdem Dei unius, esse summa animorum coniunctio.

7. εἰ δὲ — τῷ Χριστῷ) *Vnicuique tamen contingunt beneficia gradu pro libera benignitate Christi diuerso.* Ἡ χάρις, ut saepius, denotat beneficia omnia, quae Christianis per religionem contingunt. Δωρεὰ, *libera benignitas.* Quia obiici poterat, non eadem omnibus contigisse, respondet, diuersitatem tantum esse graduum, eamque sapientissimam et necessariam. Verba κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ sic etiam reddi possunt: *pro modo doni, quod Christus tribuit.*

8. διὰ λέγει) Sc. ἡ γραφή: Pl. LXVIII, 19. Διὰ, nempe ut indicaretur, Messiam eum fore, qui dona Spiritus diuini aliquando largiturus sit hominibus. Sed hic magna se offert difficultas. Nam Psalmus nihil continere uidetur de Messia, eiusque in coelum ascensu. Videtur potius hymni componendi occasionem dedisse translatio arcae foederis in montem Sionem, superatis Iebusaeis, expugnata arce, ac reliquiis ueterum Palaestinae incolarum fere extirpatis, de qua re uid. 2 Sam. VI, 1. 1 Chron. XVI, 2. Saltem locus Psalmi, si in se spectetur, nulla loci Paulini habita ratione, alium sensum habet, ut statim ostendetur. Varias igitur sunt interpretum sententiae de Apostoli consilio in adducendo hoc loco. Ex Grotii aliorumque sententia, Paulus mystice interpretatur locum Psalmi. *Molden-*

*hawerus* in annotationibus ad Ps. tabernaculum fuisse typum Christi, dicit, ideoque recte de Christo hunc locum explicari. Alii existimant, Apostolum usum esse hoc loco, quod sciret, eius de Messia, huiusque in caelos ascensu interpretationem suo tempore inter Iudaeos receptam et probatam fuisse. Secundum alios, inter quos *b. Zachariae*, dignus qui hic conferatur, in paraphrasi Epistolae ad Ephesios, Paulus per accommodationem utitur loco Psalmi. Quod nempe diuinus uates de Deo Sionem, sedem quasi regiam occupante, canit, id etiam sensu augustiore de Christo, coelum occupante, ualet. Verba: *עד לגי* itaque sic accipi possent: quod scriptura de Deo Ps. LXVIII, improprie dicit, id proprie de Christo dici potest. Huc quadrat, quod diuinus uates canit. Hanc sententiam confirmare uidetur ipsa uerborum Pauli structura, quae non plane congruit cum uerbis Psalmi, ut ex sequentibus patebit.

*ἀναβὰς — ἀρχμαλωσίαν*) *Ascendens in altum, captiuam duxit magnam captiuorum turbam.* *Αρχμαλωσία*, שבי non est *captiuitas*, sed turba captiuorum, ut Num. XXXI, 12. In Psalmo haec et sequentia uerba in secunda persona leguntur: *עלית למרום שבית שבי*, *in altum euectus es, captiuos tenuisti*, i. e. uictor omnium euasisti. מרום h. l. non est *coelum* sed Sioniticus mons, quem Deus quasi sedem perennem occupauit, quum arca foederis eo transferretur. *Captiui* sunt Iebusaei, ac reliquiae ueterum Palaestinae incolarum, quorum multi forsan captiui post regem ducebantur; quum arca foederis in pompa solenni educeretur in montem Sioniticum. Haec applicata ad Christum hunc habent sensum: *Euectus in coelum, hostes* (regni sui, religionis suae) *deuincit*. *Hostes Christi* autem sunt omnia impe-



impedimenta religionis, et felicitatis Christianorum. Vid. notata ad 1 Cor. XV, 25. f. καὶ ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις) Coherent haec uerba superioribus u. 7. κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τῷ Χριστῷ et intelligenda sunt de beneficiis atque donis Spiritus Sancti, quae per Christum distribuenda erant hominibus. In Hebraeo: לקחת אה מתנות באר, *munera* a deuietis gentibus dari solita, *accepisti*, a rebellibus quoque, et refragariis gentibus. Omnes te colunt sacrificiis, et te superiorem uenerantur. Vid. D. Ioh. Christoph Doederlein Scholia ad h. l. Habent etiam LXX. conuenienter textui hebraico: ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώπῳ, ut itaque *Deus* dicatur accepisse oblata sibi ab hominibus munera. Videtur itaque Paulus nonnulla tantum uerba Psalms ad rem suam transferre, non ex iis ducere argumentum; quod et nos haud raro facere solemus, quum sententias nostras confirmamus aut illustramus ueterum scriptorum locis. De Christo *proprie* ualere, inquit, quod Psalms de Deo *improprie* dicit. \*

9. τὸ δὲ ἀνέβη — τῆς γῆς) *Haec autem Phrasis ascendit, innuit, descendisse eum prius in infimam terram, uel simpliciter in terram, uel etiam in sepulcrum. Τὸ δὲ sc. βῆμα, ipsa haec Phrasis ἀνέβη. Ἐστίν, significat. Videri posset Apostolus ex loco citato ducere argumentum ita, ut statuat, Dauidem ipsum de Messia cogitasse, quum ista scriberet. Sed hoc non sequitur. Ostendit potius, quid ex uerbo ἀνέβη deducendum sit, si *proprie* sumatur, quemadmodum omnino sumendum est, si de Christo usurpatur. Dicitur quidem Deus in libris V. T. saepissime descendisse de coelo, sed *improprie*, et sensu maxime poetico. Πρῶτον,*

i. e. πρότερον, *antea*. Ἐἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, כְּהַתְּחִיז הָאָרֶץ. Plurimi interpretantur de *inferis*, τὰ τῷ ἄδου, *sepulcro, umbrarum regno*. Hæc significatio non raro obtinet in libris V. T. e. g. Pf. LXIII, 10. Ezech. XXVI, 10. XXXII, 18. Sic sensus esset: De eodem Christo, *qui antea mortuus fuerat*, dicitur, eum ascendisse in coelum, ut sepulcrum, uel status mortuorum, et coelum sibi opponantur. Nam locum damnatorum hæc Phrasis nuspiam in S. litteris denotat. Alii τὰ κατώτερα τῆς γῆς, (nam μέρος deest in multis) de *terre ipsa* explicant, ut uerba τῆς γῆς tanquam explicandi causâ opposita illis: τὰ κατώτερα, accipiantur pro: τὰ κατώτερα, τὰ ἔξω, τὴν γῆν. Nam in uocibus τὰ κάτω, τὰ κατώτερα, hebr. תחת iam est descriptio *terrae*, oppositæ *coelo*, quod modo uocauerat ὕψος. Τῆς γῆς explicandi causâ addi potuit. Nec male; nam altitudo et profunditas, coelum et terra constanti utu hebraeo opponuntur. Locus Ies. XI. IV. 23. tamen hæc non pertinere uidetur, quia כְּהַתְּחִיז הָאָרֶץ non *coelo* sed *montibus* opponuntur, *ualles, depressores terrarum regiones*. Qui per τὰ κατώτερα τῆς γῆς *uterum matris* intelligunt, et totum hunc locum de *conceptione Iesu* explicant, prouocant ad Pf. CXXXIX, 15. Sed ibi כְּהַתְּחִיז אֶרֶץ uertendum uidetur: *in ipsi terrarum recessibus*, in quibus nimirum prima corporis humani stamina ex limo uel puluere efformari, perpetua fuit hebraeorum poëtarum opinio.

10. δ καταβὰς — τῶν ὕψων) *Qui descenderat e coelo in terram, is ipse ascendit in summum coelum*. Sensus huius loci est, *uel: eundem Iesum rediisse ad coelum summum, qui eo deserto in terris humilis fuerat; uel: eundem esse ad*

ad summam dignitatem euectum, qui antea se ad sepulcri adeo humilitatem demiserat. Cogitare debemus, eum quem Dominum nostrum ueneramus, esse hunc eundem, quem nouimus in terris uixisse, aut sepultum esse. Hac autem re in factō posita, (puta, quod Christus in coelum sublatus est,) adspectabile reddebatur, quod alibi uerbis docetur, Christum omnibus uel summis ac celsissimis esse superiorem, moderatorem uniuersi. ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα, ut omnes repletet bonis, ut cuiusuis rationis et conditionis homines beneficiis ornaret, et dona distribueret. Τὰ πάντα, neutrum pro masc. ut saepe in his libris. De uerbo πληρῶν uid. supra c. I, 23. III, 9.

II. καὶ αὐτὸς — ἀποστόλος) *Et ipse nonnullos quidem constituit Apostolos.* Ἔδωκε, pro τέθεικε, ἀπέσταλκε, hebr. יָרַד. De Prophetis uide Rom. XII, 6. τὸς δὲ ἐναγγελιστάς) Ἐναγγελιστάς) bis occurrunt in N. T. praeter hunc locum, Act. XXI, 8. et 2 Tim. IV, 5. In posteriori loco uidetur uniuerse dici ἐναγγελιστής pro διδάσκαλος, uel διάκονος τῶ ἐναγγελίᾳ. Nostro uero loco, ut Act. XXI, 8. Euangelistae uidentur esse doctores ii, qui non certo quodam loco habitant, sed ab aliis ecclesiis ad alias cum mandatis mittebantur. Nihil tamen certi in hac re statui atque definiri potest. τὸς δὲ ποιμένας καὶ διδασκάλους) Ποιμένες uidentur esse iidem, qui alias ἐπίσκοποι dicuntur, qui certis ecclesiis praeerant, disciplinae inprimis ecclesiasticae curam agentes. Ποιμήν, in genere praefectus quilibet, Ier. III, 15. et aliis locis, quo etiam pertinet Homericum illud ποιμένες λαῶν. Apud Iudaeos in specie pastores, מְרִיבָנִים uocabantur gubernatores Sy-

*nagogarum*. Iidem, si docendo essent idonei, vocati sunt etiam διδάσκαλοι. Potuerunt tamen proprie ita dici alii etiam ad docendum potissimum constituti in ecclesiis singulis, sapientia aut eloquentia prae ceteris conspicui.

12. πρὸς τὸν καθαρισμὸν — διακονίας) Constructio inuersa, pro: ἔδωκε εἰς ἔργον διακονίας (εἰς τὸ διακοπεῖν τοῖς ἀγίοις) πρὸς τὸ καταρτίσειν αὐτούς, ut ad emendandos perficiendosque Christianos suum quisque conferat. Ἐργον διακονίας, pleonasm. pro διακονία, munus quoduis, in commodum Christianorum susceptum. Rom. XI, 13. εἰς οἰκοδομήν — χριστῷ) Ad instituendos et cohortandos Christianos. Εἰς οἰκοδομήν refer ad ἔδωκε, ut modo εἰς ἔργον διακονίας. Ὁικοδομεῖν, cum deriuatis οἰκοδομή, οἰκοδομία neglecta omni etymii ratione est simpliciter: *facere ut res melior et perfectior euadat*. Σῶμα τῷ Χριστῷ, i. est ἐκκλησία, quae melior et perfectior efficitur instituendis et ad uirtutes omnis generis cohortandis Christianis. Possunt autem huius commatis uerba sic etiam, (et rectius, ut mihi nunc uidetur,) explicari: *Vt Christiani capiant incrementa* (crescant in cognitione,) *ut sint qui munere ministrorum Euangelii* (doctorum) *fungantur, ut crescat et augetur coetus christianus*, ecclesia. Ἐργον διακονίας pro munere doctorum est etiam 2 Tim. IV, 5. Ὁικοδομή dicitur de quouis incremento, eoque quod prodeit, (1 Cor. X, 23,) inprimis per doctrinam, ut 1 Cor. XIV, 3.

13. μέχρι καταστήσωμεν — τῷ υἱῷ τῷ Θεῷ) *Vsque dum ad unam eandemque fidem et cognitionem filii Dei perducamur*. Καταστήσωμεν, *occurrere*, et cum εἰς constructum, *peruenire*, Act. XVI, 1. Εἰς τὴν ἐνότητα alii explicant pro

ἐν τῇ ἐνότητι. Ἐπίγνωσις, hebr. ΠΥΤ, *cognitio, pietas.*  
 εἰς ἄνδρα τέλειον) *Ad maturam uiri aetatem*, pro: εἰς τελειό-  
 τητα ἀνδρῶν. Sic apud Profanos νήπιος et τέλειος oppo-  
 nuntur, e. g. apud *Polybium*, Hist. IV; 29. ἐλπίζαντες ὡς  
 παῖδω νηπίω χρήσασθαι τῷ Φιλίππῳ, ἔυρον αὐτὸν τέλειον ἄνδρα.  
 εἰς μέτρον — τῷ χρυσῷ) *Ad eam perfectionem uirilem quae*  
*ecclesiam Christi decet.* Μέτρον ἡλικίας, männliche  
*Stärke*, est Synonymum τελειότητος. Philostrat. vit. Sophist.  
 I, p. 543. τὸ μέτρον τῆς ἡλικίας — γήρως ἀρχή. Alii ἡλικίαν  
 interpretantur *staturam*, sensu eodem. Πλήρωμα τῷ χρυ-  
 σῷ, *ecclesia*, c. I, 23.

14 ἵνα μηκέτι — ἀνίμῳ τῆς διδασκαλίας) *Ne amplius*  
*infantibus similes tanquam procellis huc illuc iactemur uanis*  
*doctrinis.* Νήπιοι, opponuntur ἀνδράσι τελείοις, et sunt  
 infirmi fide et cognitione ueritatum salutarium. Κλυδω-  
 νιζόμενοι, i. e. παραττόμενοι ὡς ὑπὸ κλύδωνος, *tanquam a*  
*procella et fluctibus agitati.* Lat. *fluctuantes animo.* Ios.  
 Ant. IX, II, 3. ὁ δῆμος παραττόμενος καὶ κλυδωνιζόμενος οἰχί-  
 πεται φέγγων. Ἄνεμος διδασκαλίας, i. e. διδασκαλίας  
 κενῆς, doctrinae uanae Sophistarum et doctorum Iudaicorum.  
 Μηκέτι ostendit non tantum, quod euenire poterat, sed et  
 quod multis Ephesi euenerat; doctrinis enim partim Philo-  
 sopherum, partim Iudaeorum concussi, et huc illuc iactati  
 fuerant, tanquam procellis. ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων)  
 Per fraudem hominum, i. e. per fraudulentiam doctorum,  
 qui pro sua libidine, pro commodis suis hoc uel illud  
 docent, errores tradunt, animosque auditorum distrahunt.  
 Κυβεία ἀ κύβος, *cubus*, deinde *tessera*, in ludo aleae;  
 unde *κυβέειν*, *in alea tesseris ludere*, et *κυβεία*, *ludus*  
*ipse.*

*ipse*. Transfertur autem κυβέειν ad circumventiones et fraudes, ut sit εξαπατῶν *illudere*; nam in aleae ludo solent simpliciores circumueniri. *Prou.* Aleator, quanto in arte est melior, tanto est nequior. *Arrian. Epict.* II, 19. τί ἔν' αὐτοῖς ἐμπάιζετε καὶ ἄλλως κυβέετε; *Theodoretus*: κυβείαν γὰρ τὴν πανουργίαν καλεῖ, πεποιήται δὲ ἀπὸ κύβων τὸ ὄνομα, ἴδιον δὲ κυβευόντων, τὸ τῆδε κακίᾳ μεταφέρειν τὰς ψήφους, καὶ πανόργως τῆτο ποιεῖν. Ἐν τῇ κυβείᾳ, pro διὰ τῆς κυβείας. ἐν πανουργίᾳ — πλάνῃ) *Per calliditatem deliberatam*; proprie: per calliditatem congruam methodo deceptionis; *durch ausstudierten, überlegten Betrug*. Μεθοδεία *Hesych*: τέχνη, δόλος. *Artemid.* III, 25. μεθεδύειν, *callide agere*. *Hebr.* 527, *uid.* LXX. 2 *Sam.* XIX, 27. Μεθοδεία τῆς πλάνης, i. e. ἐν ἣ πλανῶνται.

15. ἀληθεύοντες δὲ ἐν ἀγάτῃ) *Veritati studentes cum dilectione*. Ἀληθεύειν, i. e. ἀληθῆ, ἀληθινὰ ἵνα, *uerum esse*, in sentiendo, loquendo, agendo. *Philo de Spec. legg.* p. 787. C. μὴ καταφουσμένον τὸ πάθος, ἀλλ' ἐπαληθεύόν, *non fictus amor, sed uerus*. *Alleg.* II, p. 84. A. τῶν ἔν' ἑν χρωμένων τῷ πάθει τῆτω σχεδὸν ἐδείξ ἀληθεύει, *itaque iracundorum fere nemo uerax est*. *De resp.* Nöe p. 280. E. ἵνα καὶ τὸ ἐτέρωθεν λεχθέν, ἐπαληθεύῃ, *ut et illud alibi dictum confirmetur*. Quum ἀληθεύειν hic oppositum sit τῇ πλάνῃ, ad uerae doctrinae Christianae studium et professionem referri, et ἐν ἀγάτῃ *concordiam* significare potest, ut Paulus itaque uelit, amorem ueri ira comparatum esse debere, ne obsit concordiae, mutuoque Christianorum amori. Potest uero etiam ἀληθεύειν ἐν ἀγάτῃ uerti: *sincere alios diligere*; nam ἀληθεύειν significat etiam, *integrum et sence-*

*sincerum esse.* Si doctor discipulos amat, non tradit errores; si discipuli doctorem amant, habent ei fidem. *NOESSELT* (fasc. I. p. 254.) eam significationem uerbi ἀληθεύειν praeferit, qua de cognitione eius, quod proprie *uerum* est, dicitur, siue de recta cognitione; propterea, quod Apostolus τὰς ἀληθεύοντας perspicue disiungit ab iis qui (u. 14.) erant νήπιοι κ. τ. λ. Commendat autem Paulus doctoribus ueritatis studium, quod fit ἐν ἀγάτῃ, *cum amore coniunctum*; quae admonitio haec duo complecti uidetur: ut et aequitatem, iustitiam, lenitatem ac misericordiam sequamur, et in proponenda defendendaque ueritate ita caute uersetur, ut non plus detrimenti quam adiumenti capiat res publica christiana. ἀυξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα) *Omnes in ipso succrescamus*, tanquam corpus capiti suo. *Lasset uns an ihm heranwachsen*, i. e. Proficiamus in omnium uirtutum studio, sicut decet Christianos, Christum pro suo Domino et capite agnoscentes. Τὰ πάντα, pro: οἱ πάντες, uel secundum alios, *per omnia*, in omnibus quae Deo placent. ὃς ἐστὶ ἡ κεφαλὴ ὁ χριστός) *Natiua constructio fuerat: εἰς αὐτὸν τὸν χριστὸν ὃς ἐστὶν ἡ κεφαλὴ.* Sensus est: Vt Christo, capiti nostro reddamur coniunctiores, ab eo magis magisque amemur, et per eum in omni bono proficiamus. Christus uocatur κεφαλὴ, quia est Dominus suae ecclesiae.

16. ἐξ ἧς πᾶν τὸ σῶμα — εἰς οἰκοδομὴν ἑαυτοῦ ἐν ἀγάτῃ) *Ex quo (cuius ui et uirtute) uniuersum ecclesiae corpus coniunctum et copulatum per diuersas commissuras inter se adiuuantes, pro modo cuiusque partis crescit, ut per amorem euadat perfectius.* Pulchra haec allegoria docet, quemadmodum

admodum a capite partes corporis uniuersae uitam, uigorem, motionemque trahunt, ut singulae singulas mutuo ministerio adiuuent: sic uniuersam Christi corpus inter se ita concretum et coniunctum esse, uirtute ea, quam a Christo, tanquam capite ducat, ut pars quaeque alteri modo suo uigorem sufficiat, quo crescere et incrementa capere omne corpus possit. Ἐξ ἧς, sc. χριστοῦ, u. 15. uirtute et uir-  
 tudinis, quam corpus (ecclesia) a Christo, tanquam capite, ducit. τὸ σῶμα συναρμολογούμενον — ἐπιχορηγίας, corpus coniunctum et copulatum per uaria sibi inuicem iuncta membra, quae sibi mutuam auxilium praestant. Συναρμολογεῖν, i. e. συναρμολοῦν, et συμβιβάζειν sunt Synonyma: coniungere, coagmentare, compingere. Ἄφῃ iunctura, ab ἄπτειν, necere, h. l. uidetur esse ipsum membrum alteri iunctum. Ἐπιχορηγία, mutuam auxilium, commoda, quae alterum membrum praestat alteri; ut Genitiuus indicet usum rei. Ἐνέργεια, facultas. Κατ' ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἐκάστου μέλους ita ut operetur unumquodque membrum aliquid pro uirili. Ἄυξησιν ποιεῖσθαι, i. e. ἀυξάνειν, crescere. Dici potest σῶμα ἀυξάνειν εἰς τὴν κεφαλὴν et ἐκ τῆς κεφαλῆς, nempe ἀρμολογούμενον. Εἰς οἰκοδομήν, pro εἰς τὸ γενέσθαι τέλειον. Ἡ κεφαλὴ, Christus, Dominus noster. τὸ σῶμα, ecclesia. Membra, singuli Christiani, quorum alter alteri coniunctus esse debet mutuo amore et omnis generis officii. Concordia paruae res creicunt.

17. τὸτο ἔν — ἐν κυρίῳ) Μαρτύρομαι idem quod παρακαλῶ, obtestor, grauiter admonere. Ἐν κυρίῳ, ἡ διὰ τοῦ θεοῦ per Deum, s. per Christum, cui haec omnia beneficia debetis. μηκέτι — τὸ νόος ἀποδοῦν ἕνεκα αὐ-



plius uiuatis sicuti reliqui homines uiuunt ex mente sua uana et improba. Τὰ λοιπὰ ἰθύνῃ, homines ex gentibus omnibus, ad Christum non conuersi. Ματαίότης saepe ponitur pro hebr. לבב, אש, improbitas, Pf. XXVI, 4. XXXI, 7. Interdum לבב significat etiam idololatriam.

18. ἐσκοτισμένοι τῇ διαβολῇ) *Quorum intellectus est obnubilatus, deprauatus.* Nam appetitus corrupti mentem etiam obnubilant. Tropus frequens. ὄντες — τῷ Θεῷ) *Longe remoti a uita illa quae Deo probatur.* Ζωὴ τῷ Θεῷ, uita Deo probata, sicut Pf. LI, 18. כִּי לִבִּי אֵלֹהִים *sacrificia Deo probata.* Philo de posterit. Cain T. I, p. 238. ἀνάγκη, τὸν ἀλόγως βεῖντα τῆς τῷ Θεῷ ζωῆς ἀπεσχολίσθαι. διὰ τὴν ἀγνοίαν τὴν ἔσαν ἐν αὐτοῖς) *Propter ignorantiam Dei et rerum diuinarum, quae ipsis inest.* Explicat id quod de tenebris modo dixerat. διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν) *Propter animi duritiam et malignitatem.* Πώρωσις, cf. Rom. XI, 7. est ἡ ἀναισθησία. Hesych. λέγοιτο καὶ ἐπὶ σαρκῶν πωρὸς ἡ ἀναισθησία. Durities animi igitur est, quum homo consuetudine peccandi omnem sensum boni et ueri amittit. Sic et Latinis *callum obduxisse* dicuntur, qui bona monita non persentiunt. Cf. Ies. VI, 10.

19. οἵτινες — τῇ ἀσελείᾳ) *Qui amisso omni sensu honesti, lasciuiae dediti sunt.* Ἀπηλλαγότες. Hesychius: μηκέτι θέλοντες ποιεῖν, ἀνάισθητοι γενόμενοι, ἀποκαμάντες. Amplius explicat, quid per πώρωσιν intelligat. Sicut partes quaedam corporis a spiritu uitali destitutae dolorem nullam sentiunt, ita illis animus, etiam quum turpissima faciunt, nullo

nullo ob id dolore commouetur. Ἀσέλγεια, libido uenerca. εἰς ἔργασίαν — ἐν πλεονεξίᾳ) *Vt adeo turpissima quaeuis perpetrent, quaeustus causa.* Εἰς ἔργασίαν ἀκαθαρσίας πάσης, pro εἰς τὸ ποιῆσθαι ἀκαθαρσίαν πᾶσαν. Ἀκαθαρσία πᾶσα, *omnis generis lasciuiae*, nefanda impuritatis scelera contra naturam, et similia, e. g. uoracitas, compotatio, imensa profusio. Ἐν πλεονεξίᾳ, *Quaestus causa.* Πλεονεξία, hebr. צב, *quaestus, lucrum ipsum*, Iud. V, 19. Aristtaenet. I, 14. Ἔτε ἀλλὰς ἐτάειραν οἶδὸς προτρέπειν, ἔτε λήρα τις ἐφέλκεται πόρνῃς ἀργυρῆς χωρὶς. Κέρδει μένον δαλέουμεν, εἰ θαλγόμεθα μελωδίας. Hoc ideo addit Apostolus, quia multi mares etiam ob pretium se prostituebant. Sallustius: *auaritia corpus animumque effeminat.*

20. ὁμοίως δὲ — τὸν χριστὸν) Χριστὸν, i. e. *doctrinam Christi.* Ἐμάθετε, pro ἐγνώκατε. Xenophon hist. graec. I, 2. ἵνα ἀλλήλους μάθοισιν, ὅποιοι εἴησαν. *Non ita didicistis doctrinam Christi*, ut liceat uobis imitari illa flagitia. Doctrina Christi quam didicistis, longe alios mores postulat.

21. Ἐπεὶ — ἐν τῷ Ἰησοῦ) *Si modo eam recte intellexistis, et per eam edocti estis, quinam sit uerus Christianismus.* Ἀκρίειν, ut hebr. צדק saepe significat *intelligere*, ut I Cor. XIV, 2. et aliis locis. Ἀλήθεια ἐν τῷ Ἰησοῦ, uidetur h. l. esse *sincerus Christianismus*, situs in iis rebus, de quibus deinceps agitur. Hoc ideo dicit Apostolus, quia post abitum suum quidam sub nomine Euangelii profanam quandam docuerant libertatem, ut et Corinthi. Aiiiis ἀλήθεια est *uirtus.* Πῶς, *Rechtchaffenheit*; ἵνα pro γὰρ. Καθὼς ἐστὶ, pro ὅτι ἐστὶ. Ἐν τῷ Ἰησοῦ pro

Pro *παρὰ τῷ Ἰησοῦ* — *uirtuti studere debere quemque uere Christianum.*

22. ἀποθέσθαι ὑμᾶς — ἀνθρώπων) *Edocēti estis potius uos abiicere debere ueterem illam mentem et sentiendi rationem, quam antea in uita uestra secuti estis.* Ἀποθέσθαι. Infin. ad ἐδιδάχθητε referri potest. Alii iungunt u. 17. λέγω καὶ μαρτύρομαι, ceteris omnibus parenthesi inclusis. Κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν τὸν παλαιὸν ἀνθρώπου, siue τὸν παλαιὸν ἀνθρώπου τὸν κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν, i. e. ἐν ᾧ (καθ' οὗ) ἀναστρέψασθε, (περιπατήσατε, ἐξήσατε) πρότερον. Ἀναστροφή, βίος, uitae genus, mores. Ἀνθρώπος, pro νόος, mens, et ὁ παλαιὸς ἀνθρώπος, mens, animus, qualis olim in uobis erat, quum nondum facti essetis Christiani. *Der alte verkehrte Sinn.* Cf. annotata ad Rom. VI, 6. τὸν φθιρόμενον — τῆς ἀπάτης) *Corruptam cupiditatibus prauis, (seducentibus.)* Κατὰ, pro διὰ. *Dulcis radix, sed fructus amarissimi.*

23. ἀνανεῶσθαι — νοός ὑμῶν) *Renouari potius mente, ganz neues Sinnes werden.* Πνεῦμα τῷ νοός, est ipsa mens ut Hebraei dicunt *lutum coeni, terram pulueris, ubi Genitiuus est ἐξηγητικὸς.* Lat. *mente animoque.*

24. καὶ ἐνδύσασθαι — τῆς ἀληθείας) *Et induere mentem nouam, diuinitus efformatam, ut sit uirtutis studiosa et uere pia; wahrhaftig tugendhaft und fromm.* Ὁ καινὸς ἀνθρώπος, mens prorsus immutata. Col. III, 9. 10. Κατὰ θεόν, pro διὰ, παρὰ, ὑπὸ θεῶν, ut κατὰ τὰς ἐπιθυμίας pro διὰ τῶν ἐπιθυμιῶν u. 21. Alii explicant: *sensum qualem Deus postulat, congruum diuinae uoluntati.* Ne sic quidem male. Κτίζειν, *efformare*, hebr. כִּבְּרַ פִּי. LI, 12.

Ἐν δικαιοσύνῃ κ. τ. λ. i. e. ὡς εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ ἀληθῶς θεῖον. Δικαιοσύνη, ΠΡΥΣ *virtus*. Ὁσιότης τῆς ἀληθείας pro οσιότης ἀληθείας, *pietas uera, haud fucata*. Philo de Abrahamo T. II, p. 30, 23. οσιότης μὲν πρὸς θεόν, δικαιοσύνη δὲ πρὸς ἀνθρώπους θεωρεῖται. *Plutarch. Demetr.* τὸτο καὶ πρὸς θεὸς θεῖον, καὶ πρὸς ἀνθρώπους εἶναι δίκαιον.

25. διδ — πλησίον αὐτῶ) *Quapropter abstinentes a mendaciis fraudibusque, uos inuicem candidè iuuate.* ψευδῶδες, *falsiloquium quodlibet*. Sed h. l. in hac uoce latere *fraudis* significationem, apparet ex ratione adiecta. Ἐκαστος μετὰ τῷ πλησίον αὐτῶ, hebr. **וְיָצַח אֶחָד מֵעַמּוֹ**, ἄλλος μετ' ἄλλου, ἢ μετ' ἀλλήλων. **דְּבַר יְשׁוּעָה** (ἵνα ἐσμέν ἀλλήλων μέλη) i. e. *ad mutuuum auxilium nobis inuicem praestandum sumus et facti et destinati*. Sicut nempe membra corporis humani non destruunt se inuicem, sed iuuant, sibi que mutuo profunt; similiter nobis Christianis ab omni mutua fraude uel iniuria est abstinendum.

26. ἐργίεσθε καὶ μὴ ἀμαρτάνετε) *Cauete ne irascendo peccetis.* Καὶ, pro hebr. **וְ**, ἀλλὰ. Plena oratio esset: εἰ μὲν ἐργίεσθε, ἢ ἐν τῷ ἐργίειν ὑμᾶς, φυλάσσεσθε μὴ ἀμαρτήτε. Similis constructio est Iac. V, 14. Peccatur uero tum iniuste, tum intemperanter irascendo. **ὁ ἥλιος** — **παροργισμῶ ὑμῶν**) i. e. *statim procliues estote ad reconciliationem cum proximo*. Phrasis similis Dent. XXIV, 15. *Plutarch. de am. frat.* εἴτα μιμεῖσθαι τὸς τυθαγορικῶς. οἱ, εἴποτε προαχθεῖν εἰς λοιδορίας ὑπ' ὀργῆς, πρὶν ἢ τὸν ἥλιον δύναει, τῶς δεξιὰς ἐμβάλλουτες ἀλλήλοις, καὶ ἀσπασόμενοι διελεύοντο. **Παροργισμὸς** saepe est ira temere contra ius fasque suscepta,

pta, h. l. uero est synonymum τῆς ὀργῆς, nam παροργίζειν, hebr. **פּוֹרְעֵץ**, simpliciter denotat *ad iram prouocare*, et de Deo ipso adhibetur, et παροργισμὸς tum est *exacerbatio*, tum uero etiam *ira ipsa*, respondens hebr. **פּוֹרְעֵץ** et **הָצַר** Ierem. XXI, 5.

27. μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ) Haec uerba duplici modo explicari possunt: 1) *Ne aures praebeatis calumniatori*, cuius calumniis nempe ad iram magis commoueri possitis. Nam διάβολος saepe est is, qui est *ad calumniam procliuis*, 1 Tim. III, 11. 2 Tim. III, 3. Tit. II, 3. 2) *Nolite indulgere Satanae*, qui nempe prauas cupiditates quasuis, ideoque etiam iracundiam alere in animo hominis et uehementiores efficere annitur. Nam in aliis locis e. g. 2 Tim. II, 26. Hebr. II, 14. διάβολος sine omni dubio est *Satanas*. Facilior est prior explicatio.

28. ὁ κλίπτων) Pro ὁ κλίψας. Nam Hebraei Participio praesentis etiam ad aoristos exprimendos utuntur. κοπιᾶτω — ταῖς χερσὶν) *Artem quandam utilem manuariam tractet*. 1 Cor. IV, 12. 1 Theff. IV, 11. τὸ ἀγαθόν, *rectum, honestum, utile*. ἵνα — ἔχοντι) Laborandum esse homini, dicit, non tantum ut seipsum, suosque nutriat, sed etiam ut habeat, unde possit subleuare egenos.

29. πᾶς λόγος — ἐκπορεύσθω) Λόγος σαπρὸς, *sermo inutilis, spurcus*; interdum etiam icommata et conuicia, imo calumniae, quae ab homine irato in alios euomuntur. Locum Arriani Diff. Epiēt. III, c. 16. habet Κυρκῆ ad h. l. Hesyeh: σαπρὸν, παλαδόν, αἰσχρὸν, ἀκάθαρτον. Chrysoſt. σαπρὸν, ὃ μὴ τὴν ἰδίαν χρεῖαν πληροῖ. Πᾶς μὴ, hebr. **כָּל אֲשֶׁר** μηδεὶς. *Exire ex ore* dicitur quod loquimur, Matth. IV, 4.

καὶ εἰ τις — χρείας) *Sed idoneus ad necessariam correctionem proximi.* Ἄγαθός, *aptus, idoneus.* Achilles Tattius L. IV. ἀγαθὸν εἰς Φιλίαν διδάσσει, *te idoneum esse ad amicitiam aliis probandam intellexi.* De uoce οἰκοδομῆς uide supra ut 12. Οἰκοδομὴ τῆς χρείας, pro ἧς χρεία νῦν ἐστίν. Theophylactus: ὕπερ δικοδομεῖ τὸν πλησίον, ἀναγκαῖον οὖν τῇ προκειμένῃ χρείᾳ. Possumus etiam uertere: *Sed utilis ad augmentum commodi nostri*, i. e. qui potest augere aliorum commodum. Ἄγαθός, *utilis.* χρεία, *utilitas, commodum.* Ὀικοδομὴ, *augmentum*; nam δικοδομεῖν saepe est *magisque crescere.* ἵνα δῶ — ἀκούσαι) *Vt gratus sit audientibus.* Euripid. in supplic. u. 414. ὁδ' αὐτίχ' ἠδύς καὶ εἰδύς πολλὴν χάριν, εἰσαῦτις ἔβλαψ' *qui enim iam est suauis et dat magnam gratiam, rursus laedit.*

30. καὶ μὴ — τῷ Θεῷ) *Tristitia afficere Spiritum sanctum* est, facere id, quod ei displicet. In Deum enim non cadit tristitiae notio; ergo ex humano uocabulo est eruendum adiunctum, et hoc ad Deum transferendum. τὸ ἅγιον et τῷ Θεῷ, ἢ τὸ Θεῷ idem ualent. Nam τὸ ἅγιον שׁוֹרֵקֶה est *diuinum.* Saepe moniti sunt Israelitae ne angelum offenderent, Exod. XXIII, 21. ubi in Hebraeo בּוֹ תַמַּר לוֹ, in Graeco μὴ ἀπέθειε αὐτῷ. Ies. LXIII, 10. παρώξουν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτῆ. ἐν ᾧ — ἀπολυτρώσεως) *Per quem tuti redditi estis a metu miseriae et ipsa miseria usque ad discessum ex hac uita*, usque ad eum diem, quo ab omnibus miseriis liberati plenissima felicitate fruemini. Doctrina christiana, cuius auctor est Spiritus diuinus, uos iam in hac uita liberat a miseria peccatorum et metu irae diuinae, animosque uestros tranquillos reddit. Sed in futuro

futuro seculo perfectissima erit uestra felicitas. De uerbo εσφραγίσθητε uide ad c. I, 13. Ἀπολύτρωσις, cf. supra c. I, 14 εἰς ἀπολύτρωσιν.

31. πᾶσα πικρία — κακία) Πικρία, sermones acerbī et mordaces. θυμὸς καὶ ὀργή, ira saeua. Κραυγὴ, hominum iracundorum clamores, Toben, Poltern. Βλασφημία, maledicentia, calumniae, obtreccionēs, I Tim. VI, 4. Ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν, excludatur e coetibus animisque uestris. Κακία in uniuersum omnis animi malignitas, qua alia huiusmodi uitia, tanquam genere suo continentur.

32. Χαριζόμενοι ἑαυτοῖς) Condonantes, nempe offensas. Χαρίζεσθαι, non tantum condonare peccata, sed et propitium esse alicui. καθὼς — ἔχαρισατο ὑμῶν) Ἐν Χριστῷ, propter Christum. καθὼς h. l. causam exprimit, quae impellere debet Christianos ad similem benignitatem. Ad exemplum Dei.

## CAPUT V.

1. Γίνεσθε ὡς μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ) Cohæret cum proxime antecedentibus. Imitamur Deum præcipue, omnibus bene faciendo, Matth. V, 48. Nam sic homo homini Deus. ὡς τέκνα ἀγαπητὰ) Sc. τοῦ Θεοῦ. Quippe filii eius dilecti estis. Liberorum est, Patrem moribus referre.

2. καὶ περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ) Et constanter diligite uos inuicem. Nam περιπατεῖν, non actum unum aut alterum significat, sed perpetuum uitæ tenorem. καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς — ἑωδίας) Ad exemplum Christi, qui nos ita dilexit, ut seipsum pro nobis offerret sacrificium Deo longe

*acceptissimum.* Debemus imitari exemplum Christi, qui pro salute nostra omnia fecit et pertulit, adeoque cruentam mortem passus est. Προσφορὰ, מנחה, *oblatio quaeruis.* Θυσία, זבח de *solis uictimis* dicitur. Τῷ Θεῷ εἰς δόξαν ἐυωδίας, hebr. לְרִיחַ נִחֻחַ לַיהוָה, Leuit. I, 9 III, 16. Gen. VIII, 21. Phrasis desumpta ab opinione omnibus gentibus communi, numen ipsum uel ipsis epulis sacris interesse, carnesque oblatas uere comedere. (Hom. II. a, 424. Od. a, 25. 26.) uel saltem auram fumi de uictima concremata affurgentis naribus captare. Ergo sacrificium suauissime fragrans est sacrificium gratissimum Deoque acceptissimum. Haec autem res, quod Christus mortem et cruciatus pertulit, Deo eam ipsam ob causam fuit gratissima, quoniam maxima et incredibilia emolumenta inde ad genus humanum redundarunt.

3. πορνεία) Iam nominat uitia, quae Ephesi maxime regnabant. ἀκαθαρσία) *Foeditas et improbitas* quaelibet, praesertim autem *flagitia uenerea.* πλεονεξία) *Lucri studium inhonestum, schändliche Gewinnsucht.* Alii intelligunt *libidinem ueneream*, quia iungitur τῇ πορνείᾳ. Et sane πλεονεξία in uniuersum uidetur significare quamuis immoderatam cupiditatem rerum illicitarum. Possset igitur hic locus intelligi de prostibulis, quae uulgato corpore quaestum lucrantur, non exclusis tamen aliis quaestus inhonesti generibus. μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν) *Ne nomine quidem audiantur inter uos; tantum absit, ut flagitia ista a uobis patrentur.* Solche Laster müssen unter euch unerhört seyn. ἄγιοι) *Christiani*, homines Deo sacri, a ceteris hominibus seiuncti.



4. καὶ αἰσχρότης) *Neque inuerecundia in sermonibus moribusque.* Καὶ pro μηδὲ, hebr. ἢ praecedente נל. καὶ μωρολογία ἢ εὐτραπελία) *Neque stultiloquium aut scurriles ioci.* Μωρολογία, hebr. פה הבלב. *Plautus Milit. II, 3, 25. uertit: stultiloquium Perf. I, 1, 50. amoris uitio, non meo, nunc tibi morologus fio.* Εὐτραπελία, saepe honesto significato est *urbanitas.* Deinde uero sensu obsceno εὐτραπελοὶ dicuntur ii, qui *inhonesto quouis modo urbanitates affectant, γελωτοποιοί, Lustigmacher.* *Isocrat. Areopagit. τὸς εὐτραπέλους δὲ καὶ σκώπτειν δυναμίους, ἕς νῦν εὐφυσῆς προσαγορεύουσιν, ἐκείνοι δυσχεεῖς ἐνβρίζοντες, homines dicaces et ad irridendum paratos quos nunc facetos uocant, illi (ueteres Athenienses) calamitosos iudicabant.* *Glossarium: Scurra, γελωτοποιός, εὐτράπελος, σκώπτης, ἡδύλογος. Scurrilitas, εὐτραπελία. Etymol. εὐτράπελος, ἡ εὐφροσύνη καὶ μωρός καὶ ἀπείδευτος. τὰ ἕκ ἀνήκοντα) Suidas: ἀνήκον, τὸ πρέπον. ἀλλὰ μᾶλλον εὐχαρισία) Oratio gratiae plena.* Εὐχαρισία plerumque in epistolis Paulinis est *gratiarum actio.* Quoniam autem h. l. opponitur scurrilitati et dicacitati, uidetur potius esse gratia in sermonibus et dictis nostris, *das Gefällige und Angenehme in unsern Reden.* Sic λόγος εὐχαρίστως, *sermo gratiae plenus,* *Cyropaed. II, 2.*

5. τὸτο γὰρ ἔσε γινώσκοντες) *Scitote, γινώσκετε.* Pro ἔσε multi Codices, Verss. et Patres habent ἴσε, ab ἴσημι, quae lectio omnino uidetur esse uera. ἔτι πᾶς — ἕκ ἔχει) i. e. ἕδεις ἔχει, hebr. נל לב. Quis sit πλεονέκτης, patet ex u. 3. Ὅς ἔστιν εἰδωλολάτρης, referri potest etiam ad πόρνος ἢ ἀνάθαρτος, non tantum ad πλεονέκ-

της. Qui talibus uitiiis indulget, pro idololatra habendus est; *facinorosissimus est et pessimus*. Iudaei enim quoduis facinus grauissimum uocant idololatriam, quae ipsis maxime abominabilis est. *Sota*: In quocunque homine factus dominatur, Idololatrae equiparandus est. *Talk. Rub.* fol. 88, 4. Iracundus est tanquam Idololatra. Dicit igitur Apostolus, Christianos, his uitiiis deditos, etsi ab Idolorum ueneratione alienos; non esse meliores Idololatri. *Auaritia* non ideo idololatria dicitur, quoniam auarus diuitias quasi pro idolo habeat; nam dicitur etiam de aliis iceleribus, sed quia inter grauissima facinora est referenda. ἐκ ἔχου — καὶ Θεῷ) *Non est particeps beneficiorum in regno Christi et Dei paratorum.* Κληρονομίαν ἔχει, hebr. לו חלק, s. pro simplici μέτοχος ἐστίν: Nec est Christianus, nec consequetur felicitatem aeternam. Nam regnum Christi, quod idem est cum regno Dei, in his terris inchoatum, est ecclesia Christiana, et felicitas uere Christianorum, qua iam in hac uita fruimur; quae felicitas in altera uita perficietur.

6. μηδεὶς — λόγους) Simile monitum 1 Cor. III, 18. Λόγους κενούς, sermones uani, quibus homines improbi solent excusare haec et alia uitia. Notantur, ut existimant interpretes nonnulli, Philosophi Graecorum, qui docebant, nihil mali esse in incestibus, et ἀρσενοκοκτεία, et qui putabant uendentibus et ementibus licitum, circumuenire se inuicem, ideo quod uolenti non fiat iniuria, et leges ciuiles id permittant. διὰ ταῦτα — ἀπειθείας) *Nam propter talia flagitia olim diuinas poenas sentient pertinaciter increduli.* Ἡ ἐργὴ τῷ Θεῷ, poenae diuinae, ut saepius notatum.

Ἔτι οὖν τῆς ἀπειθείας, uide ad II, 2. De poenis aeternis sermo esse uidetur.

7. μὴ ἕν — αὐτῶν) *Cauete igitur, ne similes illis sitis, uel secundum alios: Ne eadem fors uobis eueniat.*

8. ἦτε γὰρ ποτε σκότος) *Nam olim quidem, quum adhuc essetis Idololatrae, in ignorantia uersati estis; quare non mirum, si talia perpetrastis. Σκότος, per meton. dicuntur, qui alias ἐν σκότει. Tenebrae autem Symbolum ignorantiae, ut omnibus notum. οὖν δὲ φῶς ἐν κυρίῳ) i. e. κεινωτισμένοι διὰ τῆ κυρίου, meliora edoξi per Christum et religionem christianam. Igitur uita illa ethnica uos non amplius decet. ὡς — περιπατεῖτε) *Viuite ut homines meliora edoξos decet. Τέκνα φωτός, ἦν ἦν, φωτεινοί, φωτὶ χρώμενοι, lumine diuino illustrati, meliora edoξi per religionem christianam.**

9. ὁ γὰρ καρπὸς τῆ φωτός — ἀληθεία) *Nam fructus melioris huius cognitionis omnis generis uirtutum exercitio conspicitur. Καρπὸς τῆ φωτός pro καρπὸς τῆ πνεύματος habent multi Codd. Verss. et Patres, et πνεύματος ex Gal. V, 22. huc translatum esse, dubio carere uidetur. τὸ φῶς, scientia religionis. Καρπὸς, fructus, effectus. Ἐν ἀγαθωσύνη, sc. ἐς, συνέση. Ἀγαθωσύνη, δικαιοσύνη, ἀλήθεια quoad significatum non differunt, et synonymis exprimitur omnis generis uirtus, uitae mentisque integritas. De uoce ἀγαθωσύνης cf. Gal. V, 22. Δικαιοσύνη, ἠρεσ, omne uirtutis et honestatis studium. Ἀλήθεια, hebr. תָּמַן, הַנְּוֹן, Rechtschaffenheit.*

ΙΟ. δοκιμάζοντες — τῷ κυρίῳ) *Explore, operam date ut accuratius cognoscatis, quid placeat Christo eique sit gratum.* Δοκιμάζοντες, hebraico more participium positum pro Imperatiuo. Alii, commate 9. parenthesi incluso referunt ad περιπατεῖτε.

ΙΙ. καὶ μὴ — τῷ σκότῳ) *Et nolite participes uos facere prauorum operum, quae ex ignorantia Idololatrarum proficiscuntur.* Ἀκαρπῶν, quoad sensum est Synonymum τῷ ἄχρηστον. *Opera inutilia, praua.* Plutarch. de audientis poet. τὰ γλυκὺ τῷ λόγῳ ἐκ ἀκαρπῶν ἐστὶ ἐδὲ κενόν. Τὸ σκότος, pro οἱ ἐν σκότει, *gentes, homines, qui in densissimis ignorantiae rerum diuinarum tenebris uersantur. Participes se faciunt scelerum, non tantum qui iis indulgent, sed et qui talia approbant et laudant.* Rom. I, 32. μάλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε) Sc. τὸ σκότος. *Operam date, ut animaduertendo in eorum uitia, eos corrigatis.* Simile praeceptum uide Leuit. XIX, 17.

Ι2. τὰ γὰρ — καὶ λέγουσιν) *Quae enim occulte ab ipsis perpetrantur, adeo sunt turpia, ut uel dicere de iis, indecorum uideri possit.* Redditur ratio, cur Christianos haud deceat imitari uiuendi consuetudinem Ethnicorum; quia nempe turpissima sit illorum uita. Κρυφῆ rarius occurrit pro κρύφα. Τὰ κρυφῆ γινόμενα, *flagitia quaeuis quae occulte patrari solent.* Alii nefanda mysteriorum facinora intelligunt.

Ι3. τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα, ὑπὸ τῷ φωτὶ φανεῖται) Sic interpungendum uidetur: *Omnia autem, quae manifestanda sunt, (ut palam fiat qualia sint,) a luce manifestari debent.* Redditur ratio, cur Christiani operam dare debeant, ut corri-

corriganť prauos mores Ethnicorum: μάλλον δὲ καὶ ἐλέγχεται, u. 11. Quae in tenebris latent non possunt manifestari sine lumine. (Sic etiam opus est lumine quodam, ut uiria Profanorum appareant qualia sint: talia lumina sunt Christiani. Ἐλέγχειν, rem ex occulto in lucem protrahere. Herodian. III, 12, 11. ἐπιζήμενος ὡς ἐι λάθοι ἢ ἐπιβελή, καὶ μὴ ἐλεγχθεῖν, ὄλεθρος αὐτῷ εἴχ' ὁ τυχῶν ἐπήρηται, quum sciret, si laterent insidiae, nec in lucem protraherentur, exquisitissimum sibi impendere supplicium. Ἐλεγχόμενα, praet. pro futuro, h. l. sunt flagitia illa, de quibus in praecedentibus sermo, quorum turpitudine in lucem est protrahenda. τὸ φῶς, ut u. 8. φῶς ἐν κυρίῳ, Christiani meliora edocti, quorum est corrigere prauos, in mores eorum animaduertendo. Similis sententia Matth. V, 14. ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τῷ κόσμῳ, πάντες γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστίν.) *Quicquid enim manifestum fit, lumine quodam collustratur, i. e. sine lumine nihil manifestum esse potest, ut, quale sit, appareat. Potest uero etiam φανερούμενον sumi in Medio, et πᾶν pro Accusatiuo, ut constructio fit talis: τὸ γὰρ φανερούμενον πᾶν, φῶς ἐστίν, lux est id, quod rem quamuis detegit. Sic etiam uestrum est, o Christiani, flagitia ista reterege, et prauos hominum mores corrigere.*

14. διὰ λέγει — ὁ χριστός) *Quare dicit (homo diuino lumine collustratus:) Expergiscere dormiens; surge ex mortuis, nam Christus te collustrabit. Quemadmodum lumen solis exorientis monet dormientes ut surgant, sic nunc homines Christiani, diuino lumine perfusi, probis moribus suis monere debent ceteros homines, ut et ipsi corriganť uitam suam. Διὰ λέγει refero cum aliis ad τὸ φῶς,*

u. 13. positum pro  $\delta$  ἐν φωτὶ περιπατῶν. Putant plurimi interpretes, respicere Apostolum ad Ies. LX, 1 — 3. uel ad Ies. XXVI, 19. uel ad locum utrumque. Sed neutrius loci prophetici sententia conuenit cum loci nostri contextu. *Epiphanius* dicit, quae sequuntur uerba esse ex Eliae prophetia. *Syncellus* et *Euthalius* ἐκ τῶν Ἱεραμῶν λεγομένων ἀποκρίφων excerpta statuerunt. Ceterum sensus uerborum est facilis. Nam *dormientes* nihil uident; sunt in tenebris; nihil boni agunt. Sic Ethnicis nulla erat cognitio ueri Dei, nullus sensus uerae uirtutis. *Mortui* uero ne quidem aliquid boni agere possunt in hac uita. His Ethnici erant similes. Sed excitandi erant per Christianos, ut erroribus et uitiiis depositis, Christianam religionem amplecterentur, eiusque praecepta sequerentur. καὶ ἐπιφάνσει σοι ὁ χριστός) *Nam illucescet tibi Christus.* Doctrina Christi te uera cognitione impertiet, ut turpitudinem uitiorum agnoscas, et mores omnemque sentiendi rationem emendare cupias.

15. βλέπετε — περιπατεῖτε) *Operam date, ut accurate uitam instituat.* Πῶς pro ἵνα. Ἀκριβῶς, *exakte, accurately, perfecte,* uel potest iungi uerbo περιπατεῖτε, uel etiam quoad sensum referri ad βλέπετε, sensu hoc: *operam date, omni diligentia adhibita, ut uiuatis* etc. μὴ ὡς — σοφοί) *Non sicut sapientiae (uerae et christianae) expertes, sed tanquam sapientes.* Philosophos gentiles per allusionem nominis ἀσέφης uocat, quia inania sapiebant, nec uerum Deum cognoscebant. Christiani uero sunt σοφοί, quia habent cognitionem Dei et rerum diuinarum certam et accuratam. Hebraei saepe ponunt חכמה, *sapientiam* pro *uirtute*, et נבלה *stultitiam* pro *uiciofitate.*

16. εξαγοραζόμενοι — ποιηραὶ εἶσι) *Diligenter usi opportunitate; nam tempora haec sunt periculosa.* Varie explicantur haec uerba, sed simplicissime ita: Καίρως h. l. non est *tempus*, sed ex propria nominis significatione *opportunitas*, et quidem, quod loci contextus postulat, *ad uitam meliorem redeundi*, sancte uiuendi, aliosque nostro exemplo emendandi. Ἐξαγοράζεσθαι κερδαίνειν, *recte uti.* M. Antonin. IV, 26. κερδαντέον τὸ παρὸν. Ἡμέραι ποιηραὶ, *tempora periculosa*, nempe uirtuti et felicitati uestrae. Innumerae sunt hac uestra aetate uoluptatum et calamitatum illecebrae, quibus a religione auerti, et ad incredulitatem ac uitia quaeuis seduci facile poteritis.

17. διὰ τῆτο — τῷ κυρίῳ) Propterea gerite uos non tanquam sapientiae expertes, sed tanquam homines, qui sciant, quid probetur Domino nostro Iesu Christo. Γίνεσθε, pro ἴσως. Ὁ κύριος, *Iehoua*, uel *Christus*.

18. καὶ μὴ μεθύσκεσθε — ἀσωτία) *Et nolite inebriari uino, unde omnium scelerum origo.* Ἐν ᾧ, sc. μεθύσκεσθαι δίνω. In uinolentia scelerum foedissimorum origo est et occasio. Ἀσωτία, *uita foedissima, ad omnem turpitudinem proiecta.* Graeci ἀσωτον, i. e. ἀσωτον dicunt, quem Latini *perditum*, hominem qui amplius seruari nequit, specialiter eum, qui rem patriam auitamque prodigit. Verum transfertur etiam ad omne genus hominum, ita immerforum uitiiis, ut eorum salus deplorata sit; quod plerumque euenire solet ebriosis. Gellius VII, 11. *nequam hominem* graece uertit ἀσωτον, et aliis uocibus ἀκόλασον, ἀχρεῖον, ἀχρησον. \* ἀλλὰ πληρῶσθε ἐν πνεύματι) *Sed sensu pietatis a spiritu sancto effectae pleni estote.* Phrasis opposita superiori

riori μεθύσκεσθαι. Τὸ πνεῦμα, sensus pietatis, quem Spiritus diuinus per doctrinam Christi in animis Christianorum efficit. Vino repleti dissolutam uitam agunt; spiritu repleti Deum potius laudant.

19. λαλῶντες — πνευματικαῖς) *Vosmet ipsos excitate ad gaudia (non uino intemperanter bibendo, sed) carminibus Deo Christoque canendis.* Λαλῶντες ἑαυτοῖς, excitate uos inuicem etc. Nam alter alteri canendo loqui potest, quum suo exemplo alterum excitat et cohortatur. ψαλλοῖς, סוּרְיָה, uocantur eximia illa carmina Dauidis et aliorum, quae in templo citharis et nabliis aptari solebant. Ἕμνοι dici uidentur *extemporales Dei laudes*, ex occasione natae. Act. XVI, 25. Ὠδαί, סוּרְיָה, sunt carmina praemeditata, non sine arte aliqua, qualia illa Exod. XV, 1, Deut. XXXI, 19, sqq. Iudic. V. Hoc loco in genere *carmina quaelibet* sunt intelligenda. Πνευματικαῖς ex grammatica ratione ad ψαλλοῖς, quoad sensum uero etiam ad ψαλλοῖς καὶ ὕμνοις est referendum. Carmina *spiritualia* sunt sacra, in religionis aliqua parte occupata, et opponuntur carminibus petulantibus, iocosis. Πνευματικόν, quicquid uel a spiritu diuino est inspiratum, uel piis sensibus excitandis est indoneum. ᾄδοντες — τῷ κυρίῳ) *Laudes Christi etiam in mente uestra celebrate.* ψαλλεῖν ἐν τῇ καρδίᾳ, secum tacita cogitatione Deum laudare. Τῷ κυρίῳ in honorem Christi. Plin. Ep. X, 97. *carmen Christo quasi Deo dicunt secum inuicem.*

20. εὐχαρισῶντες — πάντων) *Gratias agite semper pro omnibus bonis acceptis.* ἐν ὀνόματι κυρίου) *Secundum uoluntatem, ex praecepto Domini nostri I. Ch.* Nam  
tum



tum etiam agimus aliquid *in nomine alterius*, si id facimus ex eius praecepto.

21. ὑποτασσόμενοι ἀλλήλοις ἐν φόβῳ Χριστοῦ) Omnino legendum est Χριστοῦ, pro eo quod alii habent Θεοῦ. Sic enim habent optimi codices, consentientibus Versionibus et Patribus diuersarum recensionum. Sensus est: *Obsequium et honorem exhibete uobis inuicem ex pietate* (reuerentia) *erga Christum.* Ἰποτασσόμενοι, sc. ἰς, i. e. ὑποτάσσεται. Ἐν φόβῳ χρ. sicut hebr. יהוה יראתו.

22. αἱ γυναῖκες — κυρίῳ) i. e. Sicut nos mulieres Christo paretis, sic et ob Christum uiris parete. Nam uir Christi imago. Τοῖς ἰδίοις, *uestris.* Ex ipso Dei per naturam instituto uxor praestare debet uenerationem et obedientiam marito. 1 Cor. XI, 8. 1 Tim. II, 13.

23. ὅτι ὁ ἀνὴρ — γυναῖκα) Vir habet imperium in uxorem naturae priuilegio et gentium iure. *Menander* τὰ δευτέρῃα τὴν γυναῖκα δεῖ λέγειν, τὴν δ' ἡγεμονίαν τῶν ἕλων τὸν ἄνδρ' εἶχαι. *Philemon*; ἀγαθῆς γυναῖκα ἐστίν, ὡς Νικοστράτη, μὴ κρείττον' εἶναι τ' ἄνδρα, ἀλλ' ὑπήκουον. γυνὴ δέ νικῶσ' ἄνδρα, κακὸν εἶσι μέγα. Κεφαλὴ, *quicquid in quolibet genere est princeps, praecipua auctoritate et dignitate conspicuum.* καὶ αὐτὸς — σώματος) *Et ipse (Christus) est tutor corporis sui, nempe ecclesiae.* Quemadmodum Christus ecclesiae suae non modo imperat, sed illam etiam amat: ita maritus non solum imperet uxori, sed eam etiam amet.

24. ἐν παντί) Ad honesta quaeuis hoc esse restringendum, per se patet. *Nulla re excepta.*

25. ἀγαπήσθαι) Hoc complectitur omnis generis curam et sollicitudinem pro incolumitate et salute uxoris; quod uel comparatio cum amore Christi erga ecclesiam docet. καθὼς καὶ — ὑπὲρ αὐτῆς) *Quemadmodum etiam Christus dilexit ecclesiam adeo, ut seipsum morti traderet pro eius salute.* Tit. II, 14. Gal. I, 4.

26. ἵνα αὐτὴν ἀγιάσῃ) *Vt eam a peccatis liberaret; uel: sibi consecraret.* Ἀγιάζειν, ὤκρη complectitur impunitatem, quam Christus nobis promeruit, et animi puritatem, quae Christianos decet. Cf. Hebr. IX, 13. X, 10. καθάρσιος — ἐν ῥήματι) Καθάρσιος, pro ἐκαθάρισε. Aor. pro Praes. καθαρῖσει. Vulgaris interpretatio huius loci est: *Purgauit eam lauacro aquae coniuncto cum uerbo (Dei) i. e. baptismo.* τὰ λεπτὸν τῆ ὕδατος h. l. omnino uidetur esse *baptismus*, quo demersi in aqua noui Christiani fordibus quasi purgabantur. Act. II, 38. Sed quomodo ἐν ῥήματι sit explicandum, difficile dictu. Vulgo referunt ad τῷ λεπτῷ τ. ὕδ. et uertunt: *lauacrum aquae cum uerbo Dei coniunctum*, et ῥήμα ipsis est formula baptizandi cum precibus in baptismo adhiberi solitis, uel *promissio diuina*. Vtrumque durum. Alii totam hanc phrasin non de baptismo, sed de ipsa religione explicant ita ut doctrina Christi, illustrationibus per aquam comparetur, iisque opponatur. Koppe, qui has, aliasque nonnullas interpretationes merito duras esse censet, iungit ἐν ῥήματι cum ἵνα, ut tota Phrasis sit hebraica על דבר אשר f. Chald. די כדברת ד, pro simplici εἶθεκεν τῷ, f. εἰς τὸ παρασῆσαι, eo fine ut sisteret etc. Sed in nullo eorum locorum, ad quae prouocat, nempe Exod. XVIII, 11. Dan.

II, 30. Eccles. VII, 14. LXX. interpretes utuntur nostra Phrasi. Syrus habet: **נחלמבוי**, et uerbo; quae mihi quidem uidetur facillima esse interpretatio, ut nempe *ἐν* sit pro *καὶ* et *βῆμα*, uerbum Dei, uel doctrina Christi. Sensus itaque esset: *Puram et sanctam reddit ecclesiam baptismo et doctrina sua*, plane ut Io. III, 5. *ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος*. Quod autem Christus baptismo dicitur purgare (puta a uitiorum sordibus) Christianos, id non ita est cogitandum, quasi haec purgatio fiat propter uim aliquam aquae inditam. Contingit potius hoc beneficium iis qui baptizantur (adultis, de quibus hic et alibi est sermo) quoniam ipso hoc ritu solemni approbant, saltim approbare debent doctrinam fide, cui uenia peccatorum et salus promissa est, et quoniam cum baptismo coniungunt *μετάοιαν*, et promissam peccatorum ueniam ad se transferunt. Marc. XVI, 15. 16. Act. II, 38. Luc. III, 3.

27. *ὡς παρακλήση — καὶ ἄμωμος*) Sensus est: *Ut sibi pararet ecclesiam, a quibusuis uitiorum sordibus liberam, castam et omnis labis expertem*. Christus nempe se tradidit morti, partim ut remitterentur nobis peccata, partim ut ad sanctitatem perduceremur. Pro *αὐτὴν* alii rectius legunt *αὐτὸς*. *Ἐνδοξος*, cum ceteris: *μὴ ἔχουσα στίλον — ἀγία καὶ ἄμωμος*, sunt Synonyma, nec in singulari argutandum. *Ἐνδοξον*, *quicquid nitet; omne pulcrum uenustum*, *καθαρόν*, i. e. *ἰματισμὸς ἔνδοξος*, pro *ῥαϊάς*, Luc. VII, 25. *Στίλος*, *macula in facie, uel uestimentis*, ut loca apud Wetstenium docent. *Ρυτίδες*, *rugae*. Pollux IV, 146. *ρυτίδας δλίγας ἔχων ἐπὶ τῷ μετώπῳ*.

28. ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα) i. e. ut semetipfos. Gen. II, 24. Sic Auctor Libri *Arbaa Turim. I. Debet homo diligere uxorem suam sicut corpus suum, et honorare illam supra corpus: tum etiam indulgere ei, et custodire illam, ut custodit unum e membris suis.* δ ἀγαπῶν — ἑαυτὸν ἀγαπᾷ) Sunt enim coniuges unum quid per individuum uitae societatem. Vxor altera pars est hominis, qui constat ex uiro et foemina. Ideo dicuntur uirum absque uxore tantum esse semihominem, siue hominem dimidiatum. Vid. Druſ. ad h. l.

29. εἰδείς — ἐμίσησεν) Odio habet, uel duriter tractat; nam hoc interdum est μισεῖν. Σάρκα pro σώμα, רשע. אֵלל' ἐκτρέφει — τὴν ἐκκλησίαν) Alit et fouet illud, sicut etiam Dominus ecclesiae, tanquam corporis sui, utilitatibus et commodis omni modo prospicit. Nam ἐκτρέφειν et θάλπειν de Christo improprie dici, nemo non uidet.

30. ὅτι μέλη — σώματος αὐτοῦ) Sc. Χριστοῦ. Sumus Christo coniuncti arctissimo uinculo, quemadmodum membra unius eiusdemque corporis. ἐκ τῆς — δαίμων αὐτοῦ) Consanguinitate quasi ipse sumus iuncti. Phrasis hebraica occurrit Gen. II, 23. XXIX, 14. 2 Sam. V, 1. aliisque locis, et exprimit consanguineorum per natales nexum. Nos Christi quasi consanguinei sumus, quia ipse humanam naturam assumpsit, nobis in omnibus similis factus sine peccato. Huc pertinet praecipue Hebr. II, 14.

31. ἀντὶ τούτου — εἰς σάρκα μίαν) Ante haec uerba aliquid est subintelligendum e. c. Valet hic dictum illud. Nam Paulus non argumentatur e superiori, sed uerba haec omnia sunt e Mose, Gen. II, 24. Ἀντὶ τούτου, pro ἕνε-

κεν τῆτε, ficuti habent h. l. LXX. Καταλείψει κ. τ. λ. uerte: *Solet relinquere ipsos parentes et sequi uxorem.* Προσκολλησθαι, hebr. קכד, *constanter adhaerere al. cui, non pati se auelli ab altero.*

32. τὸ μυστήριον τῆτο μέγα ἐστὶν) *Arcanum hoc est memorabile; est in hoc dicto sensus latens. Mystrium dicitur id, quod loco illo Mosáico cit. expressum est, ex uitae communis usu, quia sub re ibi tractata latet aliquis sensus, qui eget interprete, allegoricus nempe, quo matrimonium simul est imago coniunctionis Christi et ecclesiae. ἐγὼ δὲ — τὴν ἐκκλησίαν) Ego nempe applico ad Christum et ecclesiam, nimirum id, quod Moses de matrimonio dixerat.*

33. πλὴν) *Enimvero.* Particula transeundi. *Vt ad rem redeam.* Nam sensum illum allegoricum obiter tantum attingere uoluit. ἡ δὲ γυνὴ — ἄνδρα) *ἵνα φοβῆται, pro φοβεῖσθαι, s. δέλω, ἵνα etc. φοβεῖσθαι τὸν ἄνδρα, reuereri maritum.*

## CAP. VI.

1. Ἐν κυρίῳ) *Propter Dominum, i. e. ob mandatum Dei, δίκαιον) Aequum, קצב.* Alii referunt ad *uoluntatem Dei, ut δίκαιον sit pro hebr. קדצ.* Sic enim iubet Deus.

2. τίμα) Τιμᾶν comprehendit etiam curam, ne quid eis necessariorum desit, et omnis generis pietatem: Sic Graeci dicere solent τιμᾶν τὸν ἰατρὸν, *praemiis afficiendum esse medicum. ἥτις — ἐν ἐπαγγελίᾳ) Quod est primum praeceptum cum promissione, cui promissio addita est. Nempe tribus prioribus praeceptis nulla addita est promissio; primo et secundo praecepto potius adiecta est seuera comminatio.*

*Quartum* praeceptum sane primum est, cui benevole et amanter additur: *ut tibi bene fit* etc. Lege Exod. XX. Alii explicant: *Vnum ex praecipuis praeceptis*. Matth. XXII, 38. 39. Samuel R. VII. *Honora patrem et matrem, maximum est praeceptum, et merces eius est uita longaeua.*

3. καὶ ἔσῃ — ἐπὶ τῆς γῆς) *Et diu uiuas in terra.* Apud Mosen promittitur diuturna uita in Palaestina, nam additur: *quam tibi dat Iehoua Deus tuus*. Exod. XX, 12. Paulus uero, non Iudaeis sed Christianis scribens, applicat id, quod de Palaestina dicitur ad alios etiam, et promissionem, Iudaeis propriam dilatat, atque communem facit. Moses nomine Dei totum populum allocutus est. Sensus igitur huius promissionis erat, rempublicam Iudaeorum fore felicem et diuturnam in terra promissa, si liberi bene educarentur. Hoc ad omnes alias nationes pertinet. Sed de diuturna uita singulorum hominum non est sermo.

4. μὴ παροργίζετε) *Cauete, ne eos sine caussa male tractantes peiores reddatis.* *Macht sie nicht schlimmer durch unnöthige Strenge.* ἐν παιδείᾳ καὶ νεθεσίᾳ κυρίου) *Ita ut eos castigetis et instituatis conuenienter praeceptis Christi* Παιδεία, *disciplinam puerilem omnem complectitur, siue illa fiat exemplo, siue beneficiis, siue admonitionibus, siue denique poenis.* Νεθεσία, *informatio animi ad honesta quaeuis.* Κυρίου, i. e. *Christi* additur, quia haec omnia fieri debent secundum praecepta religionis.

5. δι δούλοι) Non tollit Paulus morem tunc receptum, feruis tanquam mancipiis utendi. Habet enim sua comoda, et licet eo recte uti. τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα)

*Domi-*

*Dominis, qui secundum leges humanas ius in uos habent.* Addit Apostolus κατὰ σάρκα, quia alius est Dominus Christianorum proprie et κατὰ πνεῦμα, nempe Christus. μετὰ φόβου καὶ τρόμου) *Summa cum reuerentia, mit größter Ehrfurcht.* De nostris erga Deum officiis usurpantur uocabula יראת et פחד, φόβος et τρόμος, et significant *pietatem, reuerentiam erga Deum*; nam omnis religio Iudaeorum inprimis cogitatione et admiratione potentiae diuinæ, adeoque etiam poenarum diuinarum metu continebatur. Est igitur et hic φόβος, καὶ τρόμος *obedientia, et metus Domini displicendi.* ἐν ἀπλότητι — χριστῷ.) *Candide, sine ulla fraude.* כִּישׁוּר לֵבָב, 1 Paral. XXIV, 17. Ὡς τῷ χριστῷ, quomodo Christo seruimus, qui eminentiore sensu est dominus noster.

6. μὴ κατ' — ἀνθρώποις) *Non obsequio ad oculos, tanquam hominum solum gratiam captantes.* Ὀφθαλμοδόλος, seruus, qui inspectante hero se diligentem praestat, et probum, oculisque eius quasi seruit, sed alius est extra conspectum heri. Ἀνθρώποις, qui non cogitant, quid sui sit officii, sed quomodo per fas et nefas gratias captent. Tales uideas seruos comicos apud heros minores. Tales erant aulici Saulis. ἀλλ' ὡς — ἐκ ψυχῆς) *Sed tanquam ingenui Christiani, qui lubenter praeceptis Dei obsequuntur.* In quocunque statu et conditione licet bene agere. Ἐκ ψυχῆς, lubenter.

7. μετ' ἐνδοίας — ἀνθρώποις) i. e. Respicientes praecipue non illos homines, quorum serui estis, sed Christum, qui id exigit, et qui praemium reddit. Ἐυνοία seruis erga dominos saepe tribuitur apud Graecos et Romanos

scriptores. *Lucian.* bis accus. 16. ἀνδράποδον ὃ μόνον εἶχεν  
 εὐνοῦν καὶ πικρὸν. *Thomas M.* εὐνοία καὶ ἅπὸ τῷ ἐλάττονος  
 πρὸς τὸν μείζονα, καὶ ἅπὸ τῷ μείζονος πρὸς ἐλάττονα.

8. τῷτο κομιεῖται) *Hoc referet, i. e. huius praeium  
 referet; per metonymiam satis frequentem, 2 Cor. V, 10.*  
 εἴτε δόλος, εἴτε ἐλεύθερος) Neque enim Christus haec discrimina aut nunc respicit, aut in iudicio respiciet. *1 Cor. VII, 22. II, 13. Gal. III, 28.*

9. τὰ αὐτὰ ποιεῖτε πρὸς αὐτοὺς) i. e. Vicissim in eos benevolentiam ostendite, Christiani omnibus Christianis fratres; itaque Domini Christiani parem, imo maiorem bonitatem ostendere debent in seruos Christianos, quam olim Hebraei in Hebraeos. ἀνιέντες τὴν ἀπειλήν) *Non continuo minantes, Epict. 54. ἀνιέναι τὴν αἰδῶ τὴν τῶν ἄλλων πρὸς ἡμᾶς, facere, ut alii minus nos reuerentur, quam antea.* εἰδότες — ἐν ἕρανοῖς) *Alia lectio est: εἰδότες, ὅτι καὶ αὐτῶν καὶ ἡμῶν ὁ κύριος ἐστὶν ἐν ἕρανοῖς, sensum habens egregium. Ipsis et uobis idem Dominus imperat.*

10. ἐνδυναμῶσθε — ἰσχύος αὐτοῦ) *Fortes estote (in calamitatibus) per Dominum (per religionem Christi) et omnipotentiam eius. Ἐνδυναμῶσθε, fortes estote, nempe in calamitatibus perferendis, ita ut non pariamini iis a religione semel suscepta uos dimoueri. Ἐν κυρίῳ, per Dominum, per religionem Christi, quae constantiae argumenta suppeditat. Κράτος τῆς ἰσχύος, fortitudo roboris, i. e. fortitudo permagna, et quum Deo tribuitur, omnipotentia. Freti eius omnipotentia.*

11. ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ) i. e. omnes a Deo uobis concessas uires intendite in id. Cohortatur Paulus  
 Christia.



Christianos ut sint constantes in religione, similitudine desumpta a milite, qui optime armatus in aciem procedit, fortiter pugnat, et uictor euadit. Πανοπλία, occurrit in Graeco Iob. XXXIX, 20. 2 Sam. II, 21. pro hebr. פָּצְלִיָה, et denotat *omnis generis arma, quibus corpus militis tegitur*; clypeum, galeam, gladium, ocreas; quae omnia infra dicuntur. Πανοπλία Θεῦ, *arma quae a Deo suppeditantur*, i. e. adiumenta uirtutis et perseverantiae in bono, in mediis etiam calamitatibus, quae uobis religio christiana suppeditat, monendo, hortando, consolando, promittendo etc. Commemorantur haec arma infra u. 14. πρὸς τὸ δύναιθαι — τῷ διαβόλῳ) *Vt possitis resistere insidiosis artibus Diaboli.* Στῆναι πρὸς, *resistere*, phrasi ex re bellica desumpta. Antonin. de rebus suis L. VI. §. 41. πρὸς ἄνθρωπον στῆναι εἰσὶν πολεμίσαι, *contra homines hostiliter agere.* Μεθοδεύειν, unde uox μεθοδεία ducitur, proprie est *in arte aliqua tractanda uersari.* Sed accipitur saepe etiam in malam partem. Sic μέθοδος pro *insidiis et fraudibus uel fraudulentis artibus* est apud Philonem L. II. Alleg. p. 63. B. ubi μέθοδοι et -εῖχναι ut Synonyma iunguntur. Suidas: μεθοδείας, τέχνας ἢ δόλους μεθοδεύει, τεχνάζονται. Hic artes diaboli sunt ipsae illae calamitates, quibus homines christianos labefactare tentat. Διάβολος h. l. est *Satanas*; nam omnis calamitas, quam propter religionem perferebant Christiani, ad Satanam atque daemones improbos refertur. Cf. I Theff. II, 18. I Petr. V, 8. 9. Sensus igitur est: *Vt resistere possitis insidiosis artibus hominum improborum, (Iudaeorum et Ethnicorum,) qui instigante Satana sollicitant uos ad deserendam Christi religionem.* Satanae tribuitur, quod faciebant eius instrumenta.

12. ὅτι κῆ — σάρκα) *Non enim certamen nobis est cum hominibus imbecillis tantum.* Vocula tantum, quoad sensum est supplenda, ut saepius. Αἷμα καὶ σάρξ, *homines nostri similes, corpore et sanguine constantes.* Cf. 1 Cor. XV, 50. Herodot. I, 17. εἰ πρὸς ἀνδρας ἡμῶν γίνεται ἡ μάχη. Opponuntur homines infirmi daemonibus, maiori vi pollutibus. ἀλλὰ πρὸς — τῷ σκότεις τῷ ἀϊώνος τάτη) Deest τῷ ἀϊώνος in nonnullis uetustis codicibus, consentientibus Versionibus et Patribus diuersiarum recensionum. *Sed cum omnis generis malis daemonibus, cum dominis mundi huius tenebrosi, i. e. hominum in ignorantiae tenebris uersantium.* Per τὰς ἀρχὰς et τὰς ἐξουσίας non possunt intelligi *homines potentes*; nam his non potest commode opponi αἷμα καὶ σάρξ. *Daemones esse intelligendos contextus docet, praecipue formulae ἐν τοῖς ἐπερμανίοις, et τὰ βέβηλη τῷ πονηρῷ u. 16.* Eadem graduum nomina usurpantur de malis daemonibus, quae de bonis angelis: nam et Satanae imperium ordine constat, Matth. XII, 26. Κοσμοκράτορες uocem Iudaei ciuitate tua donarunt, et partim hominibus tribuunt, magnis sc. Regibus, qui uere sunt κοσμοκράτορες, partim diabolo, qui dicitur שַׁרְשָׁרָא וְעוֹלָם, ὁ ἀρχὼν τῷ κόσμῳ τῆς γῆς, Io. XII, 31. Vaikra R. 18. fol. 161, 3. Quo tempore Israelitae steterunt ad montem Sinai, Deus uocauit angelum mortis, ipsique dixit: Quamuis te feci קוֹמֹקְרָטוֹר, κοσμοκράτορα super homines, nulla tamen tibi in hanc gentem potestas est, quia sunt filii Dei. *Iamblichus de myst. Aegypt. Sect. 2. 3. κοσμοκράτορες sunt daemonum archontum illi, qui sublunaria gubernant, ὅτι τὰ ὑπὸ σελήνην εἰσὶν αἰὶα διοικῶντες, 2 Cor. IV, 4. Τὸ σκότεις et ὁ κόσμος hic, ut saepe uocatur omne malum*

malum morale, omnes eius causæ ac detrimenta, et ipsi homines pravi. Vocatur etiam regnum diaboli, et diabolus eius regni princeps, primus inter eos qui Deo renitentur, maxime abhorrens a Dei consiliis et institutis, longe pessimus. Ergo, si huius loci sententiam spectes, utique intelligendi sunt imperatores et magistratus Iudaeorum et Ethnicorum, non tamen proprie, sed iidem homines maligni spirituum improborum impulsu ad uexandos Christianos excitati et agitati, uel similes spiritui illi maligno, qui renititur Deo, et deditus est rebus Deo contrariis. πρὸς τὰ πνευματικὰ — ἐπερανίαις) *Cum malis spiritibus, qui in aëreis regionibus degunt.* Τὰ πνευματικὰ, pro: τὰς φύσεις πνευματικὰς, sc. τὰ πνεύματα, opposita σαρκὶ καὶ αἵματι, i. e. σαρκινῶς. Sic Graeci τὸ ἰπτικόν, κρατικόν, ναυτικόν, sc. τάγμα. Τῆς πονηρίας, pro πονηρὰ, hebraico more. Τὰ ἐπεράνια, sc. μέρη, idem quod ἐέρανος, *coelum ipsum*, idque ex communi omnium linguarum usu positum pro aëre, in quo collocari solet a Iudaeis regnum Daemonum quorumlibet, proborum et improborum. Cf. supra II, 2. Alii uerba ἐν τοῖς ἐπερανίαις ad superiora referunt, et subintelligunt πράγμασι; *respectu coelestium illorum*, (nempe bonorum) luctandum est nobis cum diabolo, ne illa nobis eripiantur. Ceterum nemo mortalium definiuerit, quid et quantum Satanus conferat ad malum morale, uel ad impediendum bonum morale. Nuspiam enim in sacris litteris dicitur, quomodo Diabolus id agat, quod ei adscribitur, nec uspiam excluduntur causæ aliae usitatae, e. c. ignorantia, negligentia, cupiditates etc. Hoc unum monemur, eo diligentius cauendum esse a malo, et contra nitendum, propterea quod ad omnes eius causas etiam Satanus acce-

dat; cui officio satisfieri potest, etsi non explicatur, quale sit, quod Saranae tribuitur. Nec est alius modus resistendi diabolo, quam qui est resistendi uitiiis, sceleribus, hominibus prauis, per preces, doctrinam christianam, attentionem. Vnde interdum resistere diabolo uidetur simpliciter significare, resistere malo. Iac. IV, 7. Rom. XVI, 20. Vid. *MORI* Epit. th. christ. p. 82. sqq.

13. διὰ τῆτο — τῆ θεῶ) Verbum ἀναλαμβάνειν dicitur de rebus, quibus induimur, uel ornatur; deinde ἀναλαμβάνεσθαι ea dicuntur, quae uel ad uim repellendam, uel inferendam pertinent, hoc est uel arma, uel tela. Philo de uita Mos. III. ξίφος ἑκάστος ὑμῶν φησιν, ἀναλαβῶν, ἰφορμάτω διὰ παντός τῷ κρατοπέδῳ, arrepto unusquisque, ait, gladio, discurrat per castra. ἵνα δυναθῆτε — ποιηρᾶ) *Vt possitis resistere tempore periculi*, tempore calamitoso; nam ἡμέρα ποιηρᾶ, ὕψις, *malus dies* est tempus calamitosum. Calamitates autem intelliguntur externae afflictiones, uexationes. Pugnare cum aduersariis h. l. est, has afflictiones, et calamitates fortiter perferre. καὶ ἅπαντα καταργασάμενοι εἶναι) *Et uicto hoste quolibet stationem uestram tueri.* ἅπαντα potest esse Neutrum, positum pro masculino, uti τῶν, Io. XVII, 2. uel Singularis masculinus. Καταργάεσθαι, *debellare, prostrernere.* Appianus bell. Parth. τῷ καταργάεσθαι Πάρθους, ad Parthos debellandos. Dionys. Hal. Ant. L. IX. τῷ πλήθει τῶν βαλῶν ἅπαντας καταργάσαντες, *telorum multitudine omnes confecere.* Hostes aduersus quos pugnandum erat Christianis, erant homines superstitiosi, maligni et potentes, magistratus etiam Iudaeorum et Ethnicorum, qui promittendo,

tendo, minando, insidiando id agebant, ut eos a religione christiana abducerent, et reducerent uel ad Iudaismum uel ad paganismum. Hos aduersarios uincebant Christiani, dum nihil territi minis fortiter perstabant in religione.

14. 15. εἴτε ἔν — εὐαγγελίῳ τῆς εἰρήνης) Pergit Apostolus in commemorandis singulis πανοπλίᾳ partibus, iisdemque ad Christianos accommodandis. *Pro cingulo fit uobis ueritas, pro thorace (firma) uirtus, et caligatis militibus similes infistatis fundamento salutiferae religionis christianae.* Σ-ἦτε, nempe in pugna contra aduersarios. Milites ζωστῆρα habebant, s. περιζώμα, ἦν, propter uestes laxiores et demissiores, ne huc illuc diffluere possent. Ies. XI, 5. Sic necessaria Christianis est ueritatis cognitio, ut haud impediti aduersariis possint resistere. Θώραξ hebr. יריון inde dicitur, quod pectus tegat, lorica Latinis. Δικαιοσύνη, צדקה, h. l. est *omnium uirtutum christianarum perpetuum studium.* Hoc uirtutum christianarum constanti exercitio inexpugnabiles quasi redduntur Christiani, ut facile resistent aduersariorum malis artibus et minis. Quum autem uariis calumniis etiam impeterentur illius aetatis Christiani, perpetuum uirtutis studium et recti conscientia iis erat instar loricae. Sic enim facile refutare calumnias et innocentiam suam tueri, innocentes autem damnati et uexati conscientia recti se consolari, atque uirtuti suae se inuoluere poterant. Milites porro sunt caligati, ὑποδησάμενοι τὰς πόδας, ut stare possint firmiter. Ἐτοιμασία, ut adiectiuum ἔτοιμος, respondet hebr. כן, כוכן, et significat *firmitatem, constantiam*, unde de basi, fundamento aedium etc. uox כוכן. Efr. II, 68. III, 3. Pf. LXXXIX, 15, quam iisdem locis

Alexandrini uertunt *ἑτοιμασίαν*. *Ἐυαγγέλιον*, *uniuersa doctrina Christi*. *Ἐιρήνη*, *Πῶ*, felicitas, id, quod salutem affert. *Ἐτοιμασία τῷ εὐαγγελίῳ τῆς εἰρήνης* igitur erit *religio salutaris, cui tuto inniti possis, tanquam immoto fundamento*. Huic fundamento innisi Christiani, prosterni ab hostibus i. e. uinci calamitatibus non possunt. Potest tamen *ἑτοιμασία τῷ εὐαγγελίῳ* etiam esse *apparatus euangelii* uel doctrinae christianae, si habeamus eam semper in promptu, in memoria. Si quis cogitet semper, quid religio postulet, calamitatibus non succumbet. Ceterum in singulis non est haerendum, nec quaerendum cur fidem appellet clypeum, cur probitatem cingulum; nam scriptor allegoriam persequitur, igiturque singularia recenset.

16. *ἐπὶ πᾶσιν* — *πίστεως*) *Ante omnia arripite pro clypeo fiduciam* (in Deo et Christo collocandam.) *Ἐπὶ πᾶσιν*, omnino, ante omnia. *Θυρεῶν* et *ἀσπίδα* distinguunt quidem Veteres, sed h. l. species clypei pro *clypeo quouis* ponitur. *Πίστις fiducia* in Dei potentia et benignitate collocanda. Nam a generali ad speciale progreditur Apostolus. *ἐν ᾧ δυνήσεσθε — σβῆσαι*) *Quo* (clypeo) *possitis omnia iacula Mali illius ignita extinguere*, i. e. qua fiducia possitis resistere omnibus tentationibus malorum hominum, qui Diaboli impulsu uos persequuntur, ut a Christi religione uos auertant. *τὰ τετυρωμένα βέλη* siue de *falaricis* siue de *telis uenenatis* intelligas, perinde est. Integra locutio reperitur in Apollodori biblioth. Deor. L. II, c. 4. ubi Hercules Hydram Lernaeam *βέλεσι τετυρωμένοις* uexasse dicitur. *Falaricae* adhibebantur ad incendia in operibus, machinis, nauibus hostium excitanda, imo

imo et ad scuta perforanda, hominesque prosternendos. Τὸ πόνηρῃ est Synonymum τῷ διαβόλῃ u. II. in N. T. satis frequens, Matth. XIII, 19. 38. coll. 39. 1 Io. II, 13. 14. V, 18. Potest autem ὁ πόνηρῃ etiam sumi uniuerse de eo, qui nos uexat, ut Matth. V, 39. Extinguimus tela ignea malefici, nos uexantis, si fortiter perferimus calamitates, quibus nos petit, ne illis succumbamus. Σβεννύειν τὰ βέλη positum est propter πεπυρωμένα; nam tela ignita non tantum sunt repellenda, sed etiam, ne delapsa nocere possint, penitus extinguenda. Quomodo clypei Veterum extinguere potuerint tela ignita, hoc loco frustra quaeritur. Potuit enim Apostolus, qui uoce clypei improprie utitur, suo θυρεῷ τῆς πίστεως uim aliquam insignem tribuere, qua clypei proprie tales carebant.

17. καὶ τὴν περικεφαλῆαν τῷ σωτηρίῳ δέξασθε) *Pro galea sit uobis spes felicitatis aeternae.* Per σωτήριον hic metonymice intelligitur spes salutis aeternae ex Euangelio concepta, quod apparet ex 1 Theff. V, 8. ubi est: καὶ περικεφαλῆαν, ἐλπίδα σωτηρίας. Si nempe cogitamus, quae sint bona nostra, quae spes nobis sit parata, tum fortes reddimur et munimur aduersus calamitates, hostium terrores et uexationes. καὶ τὴν μάχαιραν — θεῷ) *Et pro gladio diuinitus uobis dato sit doctrina diuina.* Μάχαιρα τῷ πνεύματος idem est quod μάχαιρα τῷ θεῷ, (cf. u. II. πανοπλία τῷ θεῷ) τὸ πνευματικὸν enim et τὸ θεῖον in N. T. synonyma sunt. In utroque uero hoc epitheto πνεύματος et θεῷ simul roboris uirtutisque insignioris significatio inest. ῥῆμα θεῷ, *doctrina diuina*, et imprimis promissiones Euangelii. Si semper cogitamus, quid Deus a nobis postulet, tunc muniti erimus contra calamitates.

18. διὰ πάσης — ἐν πνεύματι) *Quous modo et tempore precamini animo.* Προσευχόμενοι hebr.  $\text{פרו}\ \text{פְּרוֹשִׁיעַשׁ}\ \text{דֵּי}$ . Προσευχὴ et δέσεις, Synonyma, sicut hebr.  $\text{פְּלוֹת}\ \text{וְתַחֲנוּנִים}$  Dan. IX, 3. Alii sic distinguunt, ut προσευχὴ significet preces ad bona impetranda, δέσεις deprecationem arcendis malis, quae metuimus. Nam deductum est nomen  $\text{ἀπὸ}\ \text{τῆ}\ \text{δέσεως}$ . Glossar. δέσεις, deprecatio: Προσεύχεσθαι διὰ προσευχῆς per Hebraismum est ardentius precari. καὶ εἰς αὐτὸ — τῶν ἀγίων) *Aique pro hac re assidui estote in precando pro omnibus Christianis.* εἰς αὐτὸ τῆτο, ut nempe firmi persistatis in religione, et alii etiam firmi maneant. Nam pertinent haec uerba ad superiora omnia, quae de constantia in religione scripserat Apostolus. Ἀγρυπνεῖν ἐν π. προσκ. καὶ δεήσει ὑπέρ τινος, *assiduum et sollicitum esse in precando pro aliquo.* Ἀγρυπνεῦντες pro ἀγρυπνεῖτε, quod uerbum de quavis cura et sollicitudine occurrit Hebr. XIII, 17. Ὁι ἄγιοι, *Christiani*, Cf. c. I, 1.

19. ἵνα μοι δοθῆ — τῷ εὐαγγελίῳ) *Vt mihi concedatur occasio dicendi, nempe cum fiducia et libere docendi doctrinam Iesu Christi haecenus reconditam.* Λόγον διδόναι est, *potestatem loquendi concedere*, quae locutio de iis praesertim usurpatur, quibus publice aut in iudiciis libere causam dicere permittitur. Ioseph. Ant. XVII, 12. λόγον δύντοις Ἰουδαίων πρέσβεισι δοθέντος Dionys. Hal. Ant. L. VII. Brutus consules rogabat, δοθῆναι λόγον αὐτῶ, *ut dicendi sibi daretur potestas.* Aliis δ λόγος h. l. est *facultas docendi.* Ne sic quidem male. Ἀνοιξίς σώματος ac κατὰ βῆσις significatu non multum differunt; nam uox posteri-



posterior, quae rem signatam notat, explicat uerba priora, quae signum expriment, ut adeoque *apertio oris* loquendi fiduciam et libertatem, imo praeterea loquendi promptitudinem et desiderium innuat. 2 Cor. VI, II. Ἐν παρρησίᾳ, palam, libere, non uinculis constrictus in carcere latens, opponitur τῷ ἐν ἀλύσει. Τὸ μυστήριον τῆς εὐαγγελίης, doctrina Iesu Christi hactenus recondita. C. I, 9.

20. ὑπὲρ ᾧ — ἀλύσει) Cuius caussa nunc legatione fungor in uinculis. Ἐπὲρ ᾧ, sc. εὐαγγελίης, i. e. quia gentibus tradidi doctrinam Christi. Ἄλυσις, uincula Aët. XXVIII, 20. 2 Tim. I, 16. Πρεσβύειν, legatione fungi. Aelian. Var. Hist. XIV, 39. πρεσβύειν ὑπὲρ εἰρήνης. I, 21. πρεσβύειν ὑπὲρ πατρίδος. Nostro loco idem est ac ἀπόστολον εἶναι τῷ χριστῷ. ἵνα — λαλήσαι) Vt libere eam profitear, sicut decet me. Referenda sunt haec uerba ad ἀγροπνεύτες ἐν δεήσει ὑπὲρ ἑμῶν. Ἐν αὐτῷ sc. τῷ εὐαγγελίῳ. Ἴνα παρρησιάζωμαι λαλήσαι iungenda sunt. Sensus est: ὡς λαλεῖν (διδάσκειν) με τὸ εὐαγγέλιον τῷ θεῷ μετὰ παρρησίας, καθὼς ἄξιόν ἐστι.

21. τὰ κατ' ἐμέ, τί πρᾶσσω) Res meas, quid agam. Τὰ κατ' ἐμέ, supple πράγματα. Sic Demosth. epist. 3. περὶ μὲν τῶν κατ' ἐμαυτὸν, de iis rebus, quae ad me pertinent. Τί πρᾶσσω, quid agam, quaenam fors mea sit. Aelian. Var. Hist. L. II, 35. ἤρετο (aegrotum Gorgiam) τί πρᾶττοι, quomodo se haberet. πάντα ὑμῶν — ἐν κυρίῳ) Τυχικῆς, ex Asia proconsulari oriundus, Aët. XX, 4. Pauli diaconus, cuius nomen praeter hunc locum occurrit etiam Col. IV, 7. 2 Tim. IV, 12. Tit. III, 12. Διάκονος h. l. est, qui Euangelio nauat operam, et socius est

est in annuncianda doctrina Christi. Ἐν κυρίῳ, pro διὰ τὸν κύριον, κυρίε ἔνεκα, in negotiis Domini nostri Iesu Christi. Πισθὸς διάκονος, qui munere suo accurate fungitur.

22. καὶ παρακλήσει τὰς καρδίας ὑμῶν) *Et consoletur vos*, nempe de calamitatibus tum uestris, tum meis.

23. εἰρήνη — Ἰησοῦ χριστοῦ) *Fausta quaevis, sed et charitatem et fidem largiatur fratribus Deus Pater etc.* Ἐιρήνη, 𐤀𐤋𐤍𐤏, omnis generis felicitas. Alii sine Hebraismo intelligunt concordiam. Ἀγάπη, mutuus amor Christianorum.

24. ἡ χάρις — ἐν ἀφθαρσίᾳ) Ἡ χάρις, sc. τῷ Θεῷ. Ἀγαπᾶν τὸν χριστόν, *grato animo colere Christum.* Ἐν ἀφθαρσίᾳ, *Wetstenius* ad χριστόν refert: *Christum immortalem et gloriosum.* *Grotius* iungit cum ἀγαπώντων, et uertit *constanter.* Potest etiam uerti: *sincere, genuine.* *Glossarium:* ἀδιάφθορος, *incorruptus.* Utuntur *Plato* et *Demosthenes*, et significatur is, qui nulla ui, nullis precibus, nullis illecebris se corrumpi, id est, a recto abduci patitur. *ERASMUS:* *sincere.*





# SCHOLIA

IN

## EPISTOLAM AD PHILIPPENSES.

---

**P**hilippi erat urbs praecipua Macedoniae trans Strymonem fluvium, in ueteris Thraciae parte, aurifodinis diues, et colonia, olim dicta *Crenides*, a Philippo rege Macedonum deinde munita, quia opportuna erat bello aduersus Thracas gerendo. Cur a Luca Act. XVI, 12 uocetur πρώτη τῆς μερίδος τῆς Μακεδονίας πόλις, satis certo non constat. Vide tamen Illustr. Io. Dau. Michaelis Introductionem in Libros N. T. §. 187. qui omnino hic legendus. Paulus ipse ibi praedicaerat Euangelium, ut apparet, ex Act. XVI, 12. sqq. optimo successu, conuersa muliere purpuraria, eiecto Spiritu Pythonico, conuerso per miraculum commentariensi, accepta a magistratibus ob iniuriam acceptam satisfactione. Coetus erat mixtus, ex Iudaeis et Gentibus ad Christum conuersis. *Philippenses* praee omnibus aliis coetibus Christianis se gratos et beneficos exhibuisse Apostolo, discimus ex Phil. IV, 15. 16. 2 Cor. XI, 9.

Scriptit Paulus hanc ad Philippenses Epistolam, quum prima uice Romae esset in uinculis, c. I, 13. IV, 22. Proxima occasio scribendi erat munus, quod Philippenses

per *Epaphroditum* Paulo miserant, pro quo Paulus gratias agit in his litteris, c. IV, 10. sqq. Sed pro more suo utitur hac occasione Apostolus, ad hortandos et confirmandos Christianos. Gratias agit Deo et preces fundit pro laeto Philippenfium flore, c. I, 3. sqq. Certiores facit eos de statu suo praesenti, et bona spe in posterum, u. 12. sqq. Hortatur eos, ut uitam agant dignam sua professione u. 25. sqq. Post uarii generis exhortationes monet, ut caueant homines similes illis quos ad Galatas notat, qui illis, quos Paulus e gentibus conuerterat, suadebant Iudaismum, occasione capta ex uinculis Pauli, et malis, quae Christianis non Iudaizantibus imminere uidebantur, c. III. Hortatur deinde iterum ad omnia praeclara, eorumque liberalitatem laudat cum gratiarum actione. Scripta uidetur Epistola circa a. Ch. 62.

## CAP. I.

I. Παῦλος καὶ Τιμόθεος) *Timotheus* in utroque Philippos itinere Paulum erat comitatus, Act. XVI. XX. notus ob id, carusque Philippenfibus. Videtur Paulus Timotheo dictasse hanc epistolam. δῆλοι Ἰησοῦ χριστοῦ) *Serui Iesu Christi* omnis generis doctores nominantur, quia Christo seruiunt in annunciando Euangelio. Apostolicam auctoritatem Paulus hic opus non habebat sibi adstruere, quando ea Philippis in controuersiam non uocabatur. σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις) Ἐπισκόπων uox in Graecis uersionibus respondet Hebraeis פקידים, פקידים, פקידים, quomodo uocari solent omnes, qui cuiuslibet rei curam et inspectionem habent. Hoc loco intelliguntur, qui alias uocantur presbyteri, καὶ τὸ ἐπισκοπεῖν, quod illos oporteat in doctrinam,

strinam, et mores commissi gregis inquirere. Act. XX, 28. coll. u. 17. 1 Tim. V, 17. Deinde is, qui in ordine presbyterorum primas tenebat, κατ' ἐξοχήν dicebatur ὁ ἐπίσκοπος, unde factum, ut id ei nomen proprio quodam iure manserit. *Diaconi* erant, qui curabant externa ecclesiae. Act. VI.

2. χάρις — χριστῷ) Cf. Rom. I, 7. 2 Cor. I, 2. Gal. I, 3. Eph. I, 2.

3. ἰουχαριστῶ — τῇ μνήμῃ ὑμῶν) *Quotiescunque uestri memini, Deo gratias ago.* Ἐπὶ interdum significat *in*, Matth. XVIII, 5. Rom. V, 2. *in omni memoria uestri*, i. e. toties, quoties recordatio uestri mihi redit.

4. πάντοτε — πάντων ὑμῶν) *Et quidem quotidie, quotiescunque pro uobis oro.* Ἐπὶ pro περὶ, ut saepius. Πάντοτε populari usu est *saepissime, quotidie.* μετὰ — ποιούμενος) *Quas preces cum gaudio facio.* Hoc addit, quia audiebat de plerisque eorum, quae uellet.

5. ἐπὶ — τὸ εὐαγγέλιον) *Propter liberalitatem uestram erga Euangelium, quam probastis a primo tempore (ex quo suscepistis doctrinam christianam) ad hoc usque tempus.* De uocabuli κοινωνίας significatione in tañi contextu uid. Rom. XV, 26. 2 Cor. VIII, 4. IX, 13. Ἐἰς εὐαγγέλιον, in usum Euangelii, ad utilitatem rerum christianarum, quo pertinet liberalitas erga Apostolos, alios doctores, et egenos Christianos. Huius liberalitatis a primo tempore, quo accesserant ad christianam religionem egregia documenta dederant Philippenses. Alii uertunt: *Propter sincerum uestrum studium, quo amplexi estis doctrinam Christi.* Alii:

*Quod constantes estis in professione doctrinae Christi.* Nam participes sunt Euangelii, qui id pro uero atque diuino habent. Secundum alios significat Apostolus, *se se, ex quo primum die ipsos cognouerit*, non destitisse de ipsorum perseverantia gratias agere, ut quae perpetua fuisset.

6. πεποιθώς — Ἰησοῦ χριστοῦ) *Spe confisus, fore, ut qui inter uos coepit bene facere idem illud conficiat usque ad diem Iesu Christi.* Ἔργον beneficentiam complectitur et bene facta, ut 2 Cor. VIII, 6. Alii ἔργον ἀγαθόν explicant de eo opere, quod Philippenses credidissent Euangelio, et uitam secundum eius praecepta instituerent. Hi uertunt: *Spe confisus, fore, ut qui incepit in uobis hoc egregium opus, ad finem perducatur usque ad diem Iesu Christi.* Ἐπιτελέσει, *absoluet, ad finem perducet*, ut in fide et omnium uirtutum studio crescatis, et spem retineatis summae aeternaeque felicitatis in coelis. Ἄχρισ ἡμέρας Ἰησοῦ χριστοῦ. *Dies Iesu Christi est, quo gloriose ad iudicandum uniuersum genus humanum apparebit.* Tum enim Deus ueri nominis Christianos, quos iam in hac uita beneficiis cumulauit, perfectissime felices reddet.

7. καθώς — πάντων ὑμῶν) *Par est enim, ut ita sentiam de uobis omnibus.* Δικαίον ἐστίν, *par est, ῥῳ, Act. IV, 19.* Cur autem omnia optima speret Apostolus, statim indicat. διὰ — ὑμᾶς ὄντας) *Propterea, quod animis uestris me teneatis in uinculis meis, quum causam dico, quum religionem confirmo, et omnes ad uos pertinere putetis, quae munus meum spectant.* His uerbis, parenthesi includendis, indicat Paulus, quae causa sit, cur tam bene speret de suis Philippensibus. Nisi enim sincerum et ingenuum fuisset eorum

eorum studium in religionem, certe non misissent munera doctori suo, Romae captiuo, quod tamen fecerant, ut patet e cap. IV, 10. sqq. Alii uertunt: *propterea, quod animo teneam uos* etc. χάρις, hic est munus Apostolicum, ex diuina gratia concessum, ut Rom. XII, 3. Huius erant Philippenses συγκοινωνοί, quod de prosperis successibus praedicationis Euangelicae gauderent. NOESSELTO (fac. I. p. 340.) χάρις uidetur esse *beneficium*, quod erat in aduersitatibus Pauli, quas is Dei beneficio tribuit u. 19. 20. 29. cf. IV, 14. Laudat igitur Paulus Philippenses quod in societatem aduersitatum eius, quas Dei beneficio tribuit, uenissent. Interdum χάρις est *gaudium*, Philem. u. 9. Tob. VII, 18. Vulgata: *Socios gaudii mei*. Sic intellexerunt etiam Ambrosiast. Pelag. Primas. Sedul. et χαρᾶς habent codd. clar. germ. boern. Ἀπολογία, apud Iudaeos, qui Romae erant, de qua Act. XXXVIII, 17. sqq.

8. μάρτυς — Ἰησοῦ χριστοῦ) *Testis enim mihi est Deus quod propense amem uos omnes, simili amore quo Christus uos complectitur.* Connectenda sunt haec uerba cum u. 4. sqq. Ὡς quod. Ἐπιποθεῖν *propense amare*, ut hebr. דברי פי צדק, 131. סתירה, אהבה, *intimus amoris affectus*. ען, hebr. כ, interdum similitudinem notat, Col. II, 6.

9. ἡ ἀγάπη ὑμῶν) *Intelligitur amor erga Deum et omnes homines, ut ex sequentibus patet, fons omnium reliquarum uirtutum christianarum.* Augetur autem amor ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ θεωρήσει) *Cognitione rerum diuinarum et experientia.* Αἴσθησις, *sensus, experientia.* Quo magis intelligimus beneficia Dei et Christi; quo

magis experimur uim et uirtutem ueritatum coelestium, eo magis noster amor erga Deum et Christum augetur. Cf. 1 Ioh. II, 4. 5. Ἐν potest etiam recte uerti *cum*, sicut hebr. ג.

10. εἰς τὸ δοκιμάζειν — χριστῶ) *Vt explorare possitis meliora, ut fitis sinceri et uitiorum expertes ad diem usque Christi.* Διαφέροντα, meliora, unicuique conuenientia, uel utilia. Vid. Suiceri thesaur. sub hac uoce. Ἐιλικρινής, i. e. ἀκέραιος, ἀνερπτος, c. II, 15. uitii expertus, integer, sincerus. Sic Plutarchus (discr. adul. et am.) eum, qui alteri detrahit, seipsum iactans, ὡς δὴ τις εἰλικρινής καὶ ἀπαθής, quasi sincerum et uitii expertem, molestum esse dicit, nisi aut aetate aut uirtute supra alios emineat. Ἀπρόσκοπος, nihil offendens, i. e. nihil peccans per temeritatem et negligentiam. Εἰς ἡμέραν, pro ἐν ἡμέρᾳ.

11. τεπληρωμένοι καρπὸν δικαιοσύνης τῶν — θεῶ) Pro καρπῶν δικαιοσύνης τῶν omnino legendum est καρπὸν — τῶν, quomodo habent praeter optimos codices Versiones nonnullae et Patres quidam. Post τεπληρωμένοι subintellige κατὰ, ut Col. I, 9. ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν. Δικαιοσύνη, omnis generis uirtutes, et bona opera. Ὁ καρπὸς τῆς δικαιοσύνης sunt ipsa bona opera, quae saepe cum fructibus arborum comparantur. Bona opera autem sunt διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, si doctrinae eius conuenienter sentimus et uiuimus; tum enim auctor censendus est eorum bonorum operum, quae ob eius mandatum, et ex amore eius peragimus. Sensus igitur huius commatis est: *Vt large feratis fructum bonorum operum uere Christianorum, quibus Deus honoretur atque laudetur.*



12. ὅτι τὰ — ἐλήλυθεν) *Res meas in incrementum Evangelii cessasse*; occasionem dedisse, ut doctrina Christi latius propagaretur. Τὰ κατ' ἐμὲ, sc. ὄντα πράγματα, *meine Umstände*. Erat autem tum in uinculis Romae. Voce προκοπή saepe utitur Polybius, e. g. I, II, c. 13. μεγάλην ἐποιεῖτο προκοπὴν, *multum proficiebat*. Ἐλθεῖν, *euentum* s. *exitum* significat, quem praesens Apostoli fors et conditio habuerit.

13. ὥστε τὰς δεσμὰς μὲ — λοιποῖς πᾶσι) *Ita ut innotuerit me uinctum esse (tantum) Christi causa*, (non ob flagitium quoddam) *omnibus Praetorianis et ceteris omnibus*. Vincula mea in Christo nota facta sunt; i. e. innotuit, me uinctum esse tantum Christi causa. Πραιτώριον, uox latina, καθ' ὑπαλλαγὴν h. l. significat *praetorianos*, atque ita congrue sequitur, καὶ τοῖς λοιποῖς *apud praetorianos et ceteros omnes*, seu coram his; ut si diceretur alia forma, celebratam fuisse pietatem et uirtutem uincti Apostoli in tota aula, et apud alios omnes. Romae Caesarum domus *palatium* dicebatur; sed prouinciales assueti uocabulo praetorii, appellabant et hanc πραιτώριον.

14. καὶ τὰς κλείνας — τὸν λόγον λαλεῖν) *Et plerisque fratrum Christianorum additus sit animus, quum audirent quam honeste habear in uinculis meis, ut audeant impauide docere Euangelium*. Ἀδελφοὶ ἐν κυρίῳ, *fratres Christiani*. Πεποιθότες, *beherzt, muthig*. Τοῖς δεσμοῖς μὲ, i. e. honestate uinculorum meorum. Cf. Act. XXVIII, 30. 31. ubi Paulus dicitur per biennium mansisse in suo conducto domicilio. Quum igitur alii uiderent, Paulum tam

honeste haberi, et ipsi, abiecto metu mortis cruentae, impauide praedicarunt Euangelium.

15. τινες μὲν — κηρύσσουσιν) *Sunt quidem etiam, qui inuidia concitati et contentioso animo, sunt tamen etiam, qui propensa in me uoluntate doctrinam Christi annuncient.* Loquitur de iis, qui tum temporis Romae Euangelium praedicabant. Erant inter hos et falsi Apostoli, qui hanc occasionem arripiebant calumniandi, Paulum propter nimium Zelum in praedicandis meritis mortis Christi, coniectum esse in uincula, et cautius de hac doctrina loquendum esse dicebant. Alii uero propensa in Paulum erant uoluntate, agnoscetes ueram atque diuinam esse doctrinam, ab ipso annunciatam.

16. 17. οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας — τῷ εὐαγγελίῳ κηρύττειν) Transponunt commata 16 et 17 codices satis uetusti, uersiones Syr. Erp. Copt. Aeth. Vulg. It. Basil. Marcion, Ambrosiaster, Pelag. Aug. probante *Griesbachio*. οἱ μὲν ἐξ ἀγάπης, ἰ. ε. οἱ ὄντες ἐξ ἀγάπης, *qui Christum diligunt, et mihi bene uolunt.* Repetendum ex u. 15. τὸν χριστὸν κηρύσσουσιν. Ἐιδότες, ὅτι εἰς ἀπολογίαὺν τῷ εὐαγγελίῳ κηρύττειν, *quia sciunt, me propugnando Euangelio destinatum esse.* De phrasi κηρύττειν εἰς τι uid. notata ad Luc. II, 34. Nostro igitur loco Paulus hoc uult: se ab amicis et collegis amanter lubenterque adiuuari, quoniam sciunt, se, Paulum, *destinatum esse* agendis perferendisque omnibus, quae ullo modo faciant ad propagandam doctrinam, ad causam eius agendam dicendo, faciendo, perpetiundo. Nimirum sciebant, fieri non posse, ut quaeuis laeta Paulo contingerent, ut semper doceret, et ex alio in alium locum transferret religionem, sed

et

et mala subeunda, impedimenta superanda, atque hoc etiam modo pro religione pugnandum esse, et plura talia etiam in posterum expectanda. Hac re commoti Pauli amici et collegae haud illibenter partes eius susceperunt, ne, quod ipse nunc in uinculis Romae detentus non posset facere, id omnino infectum maneret. Quod autem Paulus perferendis malis propter religionem *destinatus* esse dicitur, id non intelligendum est de fatali quadam necessitate; sed hoc, quod in Paulum ingruebat, ita euenire debuit per rerum naturam, per Iudaeorum, quibus Paulus propemodum non poterat non displicere, ingenium et indolem. Vid. *Mori* differtatt. theol. et philolog. p. 137. f. *Οἱ δὲ ἐξ ἐριθείας*, sc. ὄντες, *contentiosi*, iidem falsi Apostoli, de quibus modo sermo fuerat. Hi, inquit, doctrinam Christi annunciant ἐχ' ἀγνώσε, *non caste* uel sincere, multa addentes aut silentio praetereuntes. *Οἰόμενοι θλίψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου*, *existimantes se sic calamitatem uinculorum meorum posse augere*, i. e. meam causam reddere exosam, liberationemque e uinculis difficiliorem. *Ἵοιμαι* cum Infinit. constructum omnino significat *existimo*. Plato in Apol. Socr. *οἰόμενοι βλάπτειν τι*, quod Cicero in Qu aest. Tuscul. L. I, c. 41. uertit: *mibi nocere crediderunt*.

18. τί γάρ;) Sc. διαφέρει. *Quid enim refert?* uel quomodo diceretur latine: *quid tum postea?* *Sey es doch!* πλὴν — καταγγέλλεται) *Veruntamen quouis modo, siue fiat simulata, siue sincero animo, annunciatur Christi religio*. Per ἀλήθειαν, h. l. *animi sinceritas et integritas* intelligitur, uti 1 Cor. V, 8. ubi ελευθέρως et ἀλῆθως coniunguntur.

tur. Mens Apostoli non est, perinde esse, siue hoc siue alio modo doceatur Euangelium, sed melius esse dicit, Ethnicos et Iudaeos aliquam, quam nullam de Christo habere notitiam. καὶ ἐν τῷ — χαρίσομαι) *De hoc quoque gaudeo et gaudebo.* Quamuis nec sincere, nec recte a multis doctrina Christi profertur, gaudeo tamen, qualicumque modo hoc fieri.

19. οἶδα γὰρ — σωτηρίαν) Τῷ τῷ, quod nempe in uinculis detineor. Σωτηρία, *emolumentum, utilitas.* De salute aeterna h. l. non est sermo. διὰ τῆς — Ἰησοῦ χριστοῦ) *Praefertim uobis pro me precantibus, et adiuuante Spiritu Christi.* Spiritus a Christo missus saepe describitur a Paulo tanquam is, qui omnia bona in Christianis efficit.

20. κατὰ — ἑλπίδα μου) De uoce ἀποκαρδοκίας cf. Rom. VIII, 19. *Confidentissime enim spero.* ὅτι ἐν ἔδω αἰσχυνθήσομαι) *Quod in nulla re pudeam.* Non enim est causa, cur erubescere debeam propter ea, quae Apostolus feci. μεγαλυνθήσεται — σωματί μου) *Celebrabitur Christus (s. honor et gloria Christi) per id quod corpori meo eueniet.* ἴτε διὰ ζωῆς — θανάτου) Si enim incolumis e uinculis euasero, (διὰ ζωῆς) tota mea reliqua uita gloriae Christi consecrata erit. Si moriendum fuerit pro Christo, morte mea ueritas doctrinae Christi confirmabitur.

21. ἐμοὶ — κέρδος) *Nam uita mea consecrata est Christo; et si moriar, lucro id mihi erit, uel ut alii malunt: Dum uiuo, ad Christum, (i. e. ad Christi doctrinam) dum morior, ad me praecipuus fructus redit; sensu haud multum diuerso. χριστος doctrina Christi.* In ea Paulus quasi uiebat;

uebat; totus in eo erat, ut eam propagaret. τὸ ζῆν, pro ἡ ζωῆ, uita. Alii sic exponunt hoc comma, ut Christus utrobique sit subiectum: ὁ χριστὸς ἐμὸν (κατὰ) ζῆν καὶ (κατὰ) τὸ ἀποθανεῖν κέρδος, *Christus et in uita et in morte mihi lucrum est*, i. e. siue uiuam siue moriar nullum aliud lucrum exspectabo quam Christi fauorem et beneuolentiam.

22. εἰ δὲ — ἔργον) *Quum autem uita mea in corpore sit operae pretium*, i. e. res utilis et fructuosa, digna in qua operam ponam; nempe propter propagationem religionis christianaе. *Da mein irdisches Leben noch nützen kann.* τὸ ζῆν, pro ἡ ζωῆ. καρπὸς a probatissimis Scrip- toribus pro *fructu, utilitate*, bonarum rerum, effectuumque prouentu ponitur. *Paeanius* L. II. c. 8. ὑπισχνόμενος Φαρμάκῳ τὸν Πύρρον ἀναίρησεν, εἰ τις αὐτῷ τῷ ἔργῳ καρπὸς γίνοιτο, si operae pretium persolueretur. καὶ τί — γνωρίζω) *Sane quid eligam, nescio. Καὶ sane.*

23. συνεχόμεναι δὲ ἐκ τῶν δύο) *Distineor duarum rerum cura.* Duo mala sibi repraesentat Apostolus, absentiam a Christo, et absentiam ab ecclesiis, quae e munere suo apostolico fructum capere debebant; et animi pendere se ait, quodnam ex his praefendum sit. τὴν ἐπιθυμίαν — χριστῷ εἶναι) *Cupiens discedere ex hac uita, et uersari cum Christo.* Ἀναλύσαι uidetur hic positum esse pro ἀναλύσθαι, quomodo Syrus habet למפטר pro להפטר. Sic Rabbini dicunt מן העולם למפטר discedere aut dissolui ex hoc mundo, et להפטר pro migrare ex hac uita; et defunctus uocatur נפטר. Apud Graecos ἀναλύειν generatim *discedere* notat. *Mors* uero plurimis uocabulis, quae *ab- itum* indicant, exprimi solet; hinc pro scribentis arbitrio mors

mors uti discessus a conuiuio siue e diuersorio, siue e domo, siue e carcere spectari potest. Cicero de senect. circa finem: *Ex uita discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo. Commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi locum dedit.* Apostolus uero discessum suum e uita ut exitum e domo et carcere repraesentare uidetur. Opponit enim τὸ ἀναλῦσαι et τὸ ἐπιμένειν ἐν σαρκί u. 24. siue μένειν u. 25. adeoque aptissimum est, ut post ἀναλῦσαι quasi ἀπὸ τοῦ κοινῆ subaudiatur ἐκ τῆς σαρκός. Cf. 2 Cor. V, 1. 2. πολλῶ γὰρ μᾶλλον κρείσσον) *Quod quidem multo satius fuerit; mihi nempe optabilius.* Ratio est in promptu. Praeoptauit nempe mortem, ut liberaretur ab huius uitae molestiis, et confortio Christi frueretur. Vocula μᾶλλον abundat. Sic μᾶλλον περισσώτερον Marc. VII, 36. Andocides orat 4. μᾶλλον δικαιότερον.

24. δι ὑμῶν) *Propter uos, ut uos porro in religione Christi corroborem, alios uero instituam.*

25. καὶ τῆτο — πᾶσιν ὑμῶν) *Et hoc persuasus, (sc. necesse esse, ut uestra caussa diutius perdurem in uita) scio me mansurum esse apud uos (in hac mortali uita.) eis τὴν — πίσω) Ut adiuuem uestrum profectum in cognitione et uirtute, et gaudium, quod ex fide promanare solet.*

26. ἵνα τὸ κάυχημα — ἐν ἐμοί) *Vt quammaxime gloriari possitis de fauore Christi respectu mei, uel propter me.* Rom. II, 17. Nam ex eo, quod uobis incolumis reddar, cognoscetis, Christum uobis fauere, reddito uobis doctore, quem uel maxime amatis atque desideratis. διὰ τῆς — πρὸς ὑμᾶς) *Quum rediero ad uos, e uinculis liberatus.*

27. μένον — πολιτεύεσθε) *Tantum uos gerite ita, ut decet eos, quibus Euangelium Christi est reuelatum.* Πολιτεύεσθαι, *republicam gerere, in republica uersari,* usurpatur etiam de quauis conuersatione et uitae genere, de moribus, quibus aliquis se gerit, hebr. יְהַגִּיל. Translatio ducta a ciuibus, qui secundum ciuitatis suae leges uiuunt. τὰ περὶ ὑμῶν) Τὰ, *pro τὰυτα, haec.* Optat Apostolus semper audire de Philippensibus ea, quae statim sequentibus uerbis commemorantur. ὅτι — πνεύματι) *Vos perpetuo pariter esse affectos. Dafs ihr immer Eines Sinnes bleibt.* Nam πνεῦμα *affectum* significat, et animum, I Cor. IV, 21. et alibi saepe. μιᾷ — τῷ εὐαγγελίῳ) *Vnanimi consensu certantes pro ueritate Euangelii.* Certat autem pro fide Euangelii, uel pro religione, qui constanti animo eam profitetur, nec sibi eam eripi uel minis uel afflictionibus patitur. Potest etiam συναθροῦν simpliciter positum referri ad Paulum cum ceteris Apostolis, et τίθει casu sexto accipi, quo modus et instrumentum denotetur: *Vna decertantes mecum, nempe contra aduersarios, per fidem Euangelii.* συναθροῦν, *socium esse certaminis.* Grotius: Certantes quasi facto agmine contra hostes Euangelii, idque per fidem, habitam et seruata ipsi Euangelio.

28. καὶ μὴ — ἀντικειμένω) *Et nihil territi illorum hostium minis.* Πτόρεσθαι, *consternari, terreri,* terrore subito et uano. Proprie uox de animalibus, praesertim equis adhibetur, repentino quodam obtutu perturbatis, Diod. Sic. L. XVII, c. 34. Translate πτόρεσθαι de hominibus consternatis, imperata facere detrectantibus usurpat

pat Plutarch. in reip. ger. praec. *Satis haberi debet, si multitudo μήτε ὄψει μήτε φωνῇ πτυρόμενον, ὡσπερ θηρίον ὕποπτου καὶ ποικίλου, ἐνδέχοιτο τὴν ἐπιστάσαν, nullo uisu audituue confternata, ueluti suspecta et inconstans bellua rectorem amittat.* ἤ τις — σωτηρίας) *Quod (terrere) illis quidem exitii est indicium, uobis autem (hoc terreri, affligi et uexari ab aduersariis indicium est) futurae salutis.* Dixit ἤ τις, non ὅπερ, uel ὅ, τι, qui sequitur ἐνδειξίς. Potest etiam subintelligi ἐπιχειρήσεις, uel simile nomen. Scholion ap. Matthaei: ἐπιχειρήσεις δηλονότι. ἐκείνης μὲν ἐπιβηλέουσιν ὑμῶς δὲ μὴ θορυβεῖσθαι. Hesychius: ἐνδειξίς, ἀπόδειξις. Quum uideant minas suas nihil proficere, uos autem in mediis malis a Deo sustentari, inde capere argumentum debent, quis futurus sit utrorumque exitus. καὶ τῆτο ἀπὸ θεῶ) Sc. γενήσεται. *Et hoc Deo sic moderante eueniet, ut illi tantem sentiant, sibi ipsis perniciem esse conatus uos uestramque religionem infestandi, uos autem sentiat, constantiam in religione uergere uobis in salutem.* Referenda igitur sunt haec uerba ad utrumque membrum superius.

29. ὅτι ὑμῶν — πάσχειν) Pro: ὅτι ὑμῶν ἐχαρίσθη ἔ μόνον τὸ εἰς χριστὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ χριστοῦ πάσχειν. Ἐχαρίσθη ὑμῶν, *digni habitis estis.* Sicut fides dicitur Dei donum, Eph. II, 8. sic etiam occasiones illae pro Christo dura patiendi, qui honos summus.

30. τὸν αὐτὸν — ἐν ἐμοὶ) *Dum easdem molestias sustinetis, quas scitis me sustinuisse, (quum apud uos essem) et nunc me sustinere auditis.* Ἐχούτες pro Dat. ἔχουσι. Ἄγων, proprie *certamen*, deinde quaeuis molestia et *aerumna*. Ἐν ἐμοὶ, *de me*, quomodo accepere Syrus et Latinus.



Verbis: ἴν εἶδετε ἐν ἐμοί, tangit historiam, quae est Act. XVI, 19. et sequentibus.

## CAP. II.

1. **E**ἰ τις ἔν — οἰκτιρμοί) *Si igitur tanquam Christiani mihi solatium afferre uultis, si qua animorum coniunctio et similitudo inter nos intercedit, si quis amoris effectus.* Sic Syrus intellexisse uidetur. Est ualde blanda et pathetica oratio. Παραμύθιον, *leuamen, solatium.* Παράκλησις ἐν Χριστῷ, *consolatio ex amore Christi profecta,* et παραμύθιον ἀγάπης, *consolatio ex charitate profecta,* sunt Synonyma. Verba ἴε τις παράκλησις ἐν Χριστῷ, sic etiam exponi possunt: *Si exhortatio nomine Christi instituta locum apud uos habere potest,* uel tandem: *Si qua consolatio in Christianis est,* h. e. si quid discipuli Christi solatii alii aliis afferre possunt; ἐν Χριστῷ, *per Christum,* in eius discipulis, quae uerba etiam ad omnia membra sequentia referri possunt. \*Εἰ τι παραμύθιον ἀγάπης, *si charitas,* qua Christiani inter se deuincti sunt, quod solamen animo afferre potest. \*Εἰ in talibus uehementer affirmat, quasi dicat: scio Christianos Christianis maximum solamen afferre posse. Κοινωνία πνεύματος, *animorum coniunctio,* qualis inter amicos esse solet. Σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοί, **ΟΜΗΡ** *intimae charitatis sensus.*

2. πληρώσατέ με τὴν χαρὰν) *Cumulum afferte gaudio meo. So macht meine Freude dadurch vollkommen.* ἵνα τὸ αὐτὸ — φρονεῖτε) *Vt non tantum in doctrina consentiatis, sed etiam inter uos sit mutuus amor, et plena animorum coniunctio.* Τὸ αὐτὸ φρονεῖν et τὸ ἐν φρο-

νεῖν per se idem significare possunt; sed hoc loco ipse sermonis ordo discrimen harum locutionum satis ostendit. Nempe τὸ αὐτὸ φρονεῖν *consensum* notat in doctrina, ut infra III, 15. τὸ εἶν φρονεῖν *consensum* notat in uita, et mutuis charitatis officiis, ut Rom. XV, 5. Demosthenes de pace: Ἰσοὶ γε δὴ τὰ αὐτὰ τέτοις φρονεῖσι, *qui cum his consentiunt*. Dionys. Hal. Ant. L. VII, 706 ἢ τὸ αὐτὸ φρονήσωσιν ἐπὶ καὶ ἐννεήκοντα λόχοι, *donec nonaginta septem centuriae inter se consentirent*.

3. μηδὲν — κενοδοξίαν) Sc. πράσσοντες, ποιῶντες. Sic ut nihil faciatis contentiose, uel uanae gloriae studio. Cf. Gal. V, 26. ἀλλὰ — ὑπερέχοντας ἑαυτῶν) Sed ex modestia quisque uestrum alios se praestantiores existimet. Hoc est modestiae ingenium, de aliis magnificentius semper, quam de se opinari.

4. μὴ τὰ — ἑκάστος) Vel, ut alii legunt: ἑκάστος. Quisque non tantum suis, sed et aliorum commodis studeat. Τὰ ἑαυτῷ σκοπεῖν idem est ac τὰ ἑαυτῷ ζητεῖν, suis studere commodis, de eo sollicitum esse, quod ipsi aut utile aut uolupte est. Euripides in *Electra*; u. 1114. τῷ μὲν δ' ἔχῃ τῷ κείνου σκοπῶ, *meum, non uero illius commodum specto*.

5. τῷτο — γὰρ χρῆσῶ Ἰησοῦ.) Itaque is affectus sit in uobis, qui in Christo Iesu fuit. φρονεῖσθε, impersonaliter, quasi dicas: sentiatur. Christus autem ita animo affectus fuit, ut humilem se tenuemque gereret, alienus a uana gloria, u. 3. nec sua spectaret, sed aliorum hominum commoda, et hoc cum maximis suis incommodis et laboribus, u. 4. Vtrumque horum conspicitur in exemplo Christi,

Christi, quod nunc u. 6. sqq. uberius describitur et ad imitandum proponitur.

6. ὅς ἐν μορφῇ — ἴσα θεῷ) *Qui, quum in forma Dei esset, non ostentauit se similem Deo.* Μορφῇ, διδωμεν, σχῆμα u. 6. et 7. tanquam aequipollentes a Paulo usurpantur, ut ex cohaerentia sequentis sententiae, et ex antithesi u. 7. (μορφῇ δέσς) apparet. Itaque ἐν μορφῇ θεῷ ὑπάρχειν erit diuina auctoritate praeditum esse, diuinam auctoritatem ac maiestatem referre. Hanc autem Christus, quum inter homines degeret, docendo, imprimis uero stupendis et uariis miraculis edendis retulit. Apud Profanos μορφῇ saepe est *natura*. Sed non est probabile, Apostolum uocabulo μορφῆς in ea significatione usum fuisse, quae solis Philosophis nota erat, populo uero ignota. Plato de republ. II. Κάλλιστος καὶ ἄριστος ὢν εἰς τὸ δυνατὸν, ἴκαστος αὐτῶν μένει ἀεὶ ἀπλῶς ἐν τῇ αὐτῇ μορφῇ, Pulcerimus et optimus quum existat (Deus,) pro facultate sua manet semper simpliciter *in natura sua*, (statu, conditione.) ἐχ ἀρταγμὸν — ἴσα θεῷ) *Proprie: Non rapinam aut spoliolum alicui detraetum duxit, esse similem Deo, i. e. non ostentauit dignitatem suam diuinae similem; non festinanter uel cupide usus est potentia et maiestate sua diuina. Raptores res aliis ereptas mordicus retinere, itemque interdum etiam iactitare solent; unde qui cupide aliquid arripiunt, uel rebus suis superbiunt, interdum dicuntur res suas rapinae loco ducere.* Heliodor. L. VIII. ἄρταγμα τὸ βῆθ' ἐν ἐποικήσατο, rapinae loco habuit, i. e. *cupide arripuit illud consilium.* Apud Latinos *rapere* interdum est cum festinantia trahere, auferre, *Vopisc.* in uita

Taciti: Discant, qui regna cupiunt, *non raptum ire imperia*, sed mereri. ἴσα Θεῷ, *instar Dei*. Neutrum plurale more Graecorum neutraliter sumitur, et subintelligitur μέρη, q. d. κατὰ ἴσα μέρη Θεῷ. Sic Iob. X, 10. ἐτύρωσας με ἴσα τυρῶν, *compegisti me, ceu caseum*, et c. XL, 15. χόρτον ἴσα βουῖν ἐσθίειν, *gramen aequè ac boues instar bouum comedunt*. Articulus τὸ h. l. ponitur δεικτικῶς. *Illud*, puta quod esset *instar Dei*. Quanquam homines, inter quos uersatus est, ignorabant eius dignitatem, quod nempe instar Dei esset, non tamen ostendere gestiit maiestatem, quae ipsi tanquam filio Dei competebat.

7. ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε) *Sed humilem tenuem se gessit*; er hat sich selbst herabgesetzt. Matth. VIII, 20. Hebr. קִרְתָּ, *extenuauit, depreffit se ad humilitatem*. Inde *inopes, humiles*, dicuntur κενοί, Gen. XXXI, 42. Luc. I, 35. et κενῶν significat *dignitatem suam amittere*, Rom. IV, 14. I Cor. I, 17. Chrysostomus iam ἐκένωσε rectè explicauit ἐταπεινώσε. Idem repetit Apostolus uariis phrasibus, ut statim ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων, et σχήματι ἐυθελοῦς ὡς ἄθροτος. μορφὴν δούλου λαβὼν) *Dum serui et ministri Patris prouinciam in se suscepit*. Christus propterea appellatur δούλος, *minister Dei*, quod Patris mandata in se suscepit, iniunctumque sibi negotium gessit. Nam duo membra orationis, ἐκένωσεν ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου λαβὼν, et ἐταπεινώσεν ἑαυτὸν, ὑπήκοος γενόμενος, ita sibi respondent, ut unum, ὑπήκοον γενέσθαι, explicando alteri, δούλου μορφὴν λαβῆν, inferuiat. (Vid. MORI dissertatt. p. 313. f.) Quum igitur instar Dei esset, tamen submisit se Deo, perficiendo negotio sibi a Patre tradito. Alii δούλου nomine omnino tenuem

tenuem humilemque conditionem expressum existimant, ut Paulus dicere uelit: Christus non tantum aliunde nihil rapuit, uerum etiam, quod habebat, abdicauit; quumque filius Dei esset, et omnium Dominus, sese ad seruilem conditionem, ut alii de uulgo homines, demisit. Matth. XXI, 34 — 38. ἐν δμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος.) Hebraismus, pro: ὁμοιος τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις γενόμενος. Recte notant Graeci interpretes, mentionem factam ab Apostolo δμοιώματος, quod in Christo etiam fuerint quaedam ὑπὲρ ἀνθρώπων, ut quod Deus esset, quod expers peccati, quod natus de uirgine. Vt uero δῶκε prouinciam gerere, negotium docendi subeundaque mortis peragere posset, necesse erat ut homo esset, humanoque more ac ritu uiueret. καὶ σχήματι — ἀνθρώπος) i. e. Externo cultu habituque ita se gessit, ut nihil a ceteris hominibus differret, neque maius quid iis uideretur. Nam σχῆμα notat, Graecis inter cetera *habitus, conditionem*. Ioseph. Ant. II, 4, 2. de uxore Potiphari, Iosephum ad detestandum facinus alliciente: βιάσας πείσειν αὐτὸν εἰς δμιλίαν ἐλθεῖν, εὐτύχημα ἡγησάμενον τὸ τὴν δασκοῖαν αὐτῆ δευθῆναι. καὶ πρὸς τὸ σχῆμα, τῆς τότε δελείας, ἀλλ' ἔπρὸς τὸν τρόπον, ἀφορώσης. Putabat, fore, ut facile eum ad amplexus alliceret, in parte felicitatis positurum, quod heu illum peteret; nam ad habitum conditionemque seruilem, non mores ipse respiciebat. Sic σχῆμα ταπεινὸν est *humilis et misera conditio* apud eundem Ant. V, 1, 28. σχῆμα θητικόν, *conditio seruilis*, A. VIII, 6. 3. et apud eundem VIII, 11, 1. σχῆμα est *habitus, uestitus*. In nostro igitur loco respondent sibi σχῆμα ἀνθρώπου et εἶναι ἴσα τῷ θεῷ, quemadmodum μορφή τῷ θεῷ et μορφή δεῦ.

8. ἑταπειώσαυ ἑαυτὸν) *Ipse se demisit, nihil superbiae habens. Respondet uerbum hebr. הָנַח Iudic. XVI, 5. 6. 20. aliisque locis, et proprie notat, uim infitam sua sponte sibi detrahere, deinde etiam se demittere, ita ut minoris deteriorisque conditionis appareas aliis, quam sis. γινόμενος — ζαρούς) Obediuit usque ad mortem, ad mortem crucis. Obediens fuit, nempe Patri, et quidem in omnibus, adeo ut etiam grauissimis cruciatibus et ignominiosae morti se offerret, consilio Patris obsecundans, eiusque uoluntati se accommodans. Nam Patris amore ductus Iesus morti se obtulit. Io. XIV, 31. X, 18. Grotius locum nostrum explicat de eo, quod Iesus non opposuit uim illam diuinam capientibus se, damnantibus, interficientibus; quod tantas iniurias libenter pertulit, bono humani generis, et, quod maximum est, passus est crucis supplicium, summe atrox et despectum. Sed hoc ipso Iesus mandata Patris exsequutus est, ei obediuit.*

9. διὰ καὶ — τῶν ὀνομα) *Quapropter etiam Deus eum in summam sublimitatem euexit, et donauit ei dignitatem, quae alias omnes dignitates longissime superat. Διὰ, quoniam Patri obediens, tenuem se gesserat, et ignominiosae morti etiam se obtulerat Deus eum praemii loco ad summam dignitatem euexit, ut sit iam omnium Dominus. Ἐπερὶψωσε, opponitur τῷ ἑταπειώσαυ ἑαυτὸν. Ex homine despectissimo factus est omnium honoratissimus, maxima conspicuus dignitate. Ὀνομα, Οὐ, dignitas, Würde, Hoheit, ut: uir magni nominis, magnum nomen. Hoc Christi exemplo Paulus confirmare uult, eum hominem, qui obediens Deo se submittat in*  
*miseriis*

miseriis etiam perferendis, a Deo ad summam prouehi felicitatem.

10. ἵνα ἐν τῷ — καταχθονίῳ) *Vt nempe personae Iesu nunc subiecti sint omnes in coelis angeli, et in terra homines, et in terrae locis inferis mortuorum animae. Flectere genu, signum reuerentiae et subiectionis, h. l. est: subiectum esse tanquam Domino, ut statim u. 11. explicatur, καταχθόνιοι qui sunt in ἸΝΩ, ἐν τῷ ἄδῃ. Ioseph. Ant. XVIII, 1. 3. Pharisei credunt, homines sub terra, ὑποχθόνιους, uel poenis uel praemiis affici.*

11. καὶ πάντα — θεῷ πατρὶ) *Et omnes creaturae intelligentes ad gloriam Dei Patris agnoscere debeant, Iesum Messiam esse Dominum omnium rerum. Πᾶσα γλῶσσα, improprie. Nam desumpta sunt haec uerba ex Ies. XLV, 23. ubi extant uerba; omnis lingua iurabit. Honos Christi ad honorem Patris redit; datus enim ei is honos a Patre, ideo quod Patrem honorasset plus, quam quisquam. Ceterum quod ad rem attinet, cf. dicta ad 1 Cor. XV. 25. f.*

12. Ὡς — κατεργάζεσθε) *Proinde, dilectissimi mei, obedite Euangelio ut semper fecistis, non tantum in praesentia mea, sed nunc multo magis me absente. Omni reuerentia et uerecundia id agite ut salutem consequamini aeternam. Ἰπικύσατε est Imperatiuus, et subaudiendum est τῷ εὐαγγελίῳ, ut 2 Theff. I, 8. aut τῷ λόγῳ, ut 2 Theff. III, 14. Post uerba ἐν τῇ ἀπειρίᾳ μὲ pone pauctam. Μετὰ φόβῳ καὶ τρόμῳ, cum omni reuerentia et uerecundia, sc. reliquis debita. Opponitur τῇ κενοδοξίᾳ u. 3. Alii sic connectunt: καὶ ὡς ἐν — κατεργάζεσθε) *Non tantum me praesente, sed et nunc multo magis me absente,**

*summo studio et cura id agite, ut salutem consequamini aeternam.* φόβος καὶ τρόμος hic iterum iunguntur ἀσκήσεως causa, ut 1 Cor. II, 3. et τρόμος per metonymiam est *solicitude summa*, uel potius uerecundia et reuerentia. Verorum amicorum est, etiam absentium mandata memore animo retinere, et fideliter implere.

13. ὁ θεός — εὐδοκίας) *Deus enim in uobis efficit et uoluntatem et facultatem* (ad agendum id, quod saluti uestrae conducit.) *pro summa sua in nos beneuolentia.* τὸ θεῖον καὶ τὸ ἐνεργεῖν, pro nominibus substantiuis. Ἐνεργημα uis, facultas, 1 Cor. XII, 6. Ἐυδοκία, (157), *beneuolentia*, propensa uoluntas. Non autem excluditur nostrum studium et opera; debemus enim κατεργάζεσθαι u. 12.) sed monemur ut in nostro studio simus uerecundi, non tribuentes nobis solis omnia, ea de causa, quia Deus est is, qui per doctrinam Christi efficit, ut possimus et uelimus discere, credere, animum et mores emendare, et qui nostram in usu doctrinae studium successu secundat, ut adeo omnem successum et fructum debeamus diuino beneficio.

14. πάντα — διαλογισμῶν) *Sine murmurationibus*, respectu aliorum; nam amor aduersantur non modo rixae et clamores, sed etiam murmurationes. *Sine dubitationibus*, respectu uestri, ohne bey euch lange anzustehen.

15. ἴα — ἀήραιοι) *Vt fiat homines uitae integerrimae et sanctissimae.* Eustath. ad Hom. II. β. u. 853. ἴσως δὲ τὸ βῆθέντος (sc. κερᾶζου pro laedere, perdere,) ἀήραιοι, ὁ ἀπλῆς, καὶ τραυθυμὸς καὶ μὴ τινα κερᾶζων, i. e. ἀκέραιοις homo simplex, moribus lenis, neminemque laedens.

Ioseph.



Ioseph. Ant. I, 2, 2. de simplicitate uitae primorum hominum: ἀκέραιον αὐτοῖς ὄντα τὸν βίον, *quum ipsis esset uiuendi ratio simplex et integra.* ἐν μέσῳ — διεσπασμένῳ) *Inter medios improbos et peruersos huius aetatis homines.* Cf. Act. II, 40. Merito. Erant enim eo tempore mores Iudaeorum et gentium non conuersarum ad Christum corruptissimi. ἐν οἷς φάνεσθε ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ) *Inter quos splendetis, sine splendere debetis, sicut soles et stellae in mundo.* Φωστῆρες, לְאֹמֶן Gen. I, 14. sol et luna, quibus recte comparantur ii, qui uere sunt Christiani Matth. V, 14. Etiam Hebraei dicere solent: quod luminaria in coelo, id sapientes in terra.

16. λόγον ζωῆς ἐπέχοντες) *Doctrinam salutarem uita factisque spectandam exhibentes.* Λόγον ζωῆς ἐπέχειν est *doctrinam salutarem prae se ferre, i. e. uita factisque spectandam exhibere, demonstrare, ut alii eius uim et praestantiam agnoscant et adamare incipiant.* Hunc sensum quum linguae ratio, tum series orationis (u. 15.) admittit. Vid. MORI dissertat. p. 64. f. Alii h. l. ἐπέχειν accipiunt pro κατέχειν, et uertunt: *Firmiter tenete doctrinam salutiferam.* Hefychius: ἐπέχοντες, κρατῦντες. Λόγος *doctrina Euangelii.* Ζωή, quod *uitam*, salutem affert. Ἐπέχοντες, sc. ἴσασ. ὅτι ἕκ εἰς κενὸν ἴδραμον) Τρέχειν, pro eo, quod statim additur κοπιᾶν, Gal. II, 2. Ἐἰς κενὸν, *frustra, irrito conatu.* Simili loquendi formula utitur Iosephus Ant. XIX, 1, 4.

17. ἀλλ' εἰ καὶ — τῆς πίστεως ὑμῶν) *Si uitam et sanguinem profundere me oporteret, in hoc meo munere quo uos ad fidem adduxi, quod sacrificium Deo gratissimum esse scio.*

Sic circumscribenda haec uerba, ut sensus pateat. *στένδεσθαι* non tantum dicitur, sanguis animalis mactati et mortui, sed etiam animal uiuens arae destinatum, quum illud uino affuso libatur. Posteriori sensu accipitur et hic, et 2 Tim. IV, 6. Hoc uerbo autem utitur Apostolus, quia operam suam in annuncianda doctrina Christi comparare uolebat cum munere Sacerdotum V. T. Sicuti enim Sacerdotes uictimas praeparabant solemni ritu, et offerebant: ita etiam Paulus Philipenses fecerat Deo uictimas, Rom. XII, 1. XV, 16. Eos doctrina et exemplo suo ita parauerat, ut Deo grati essent. Videbat facile fieri posse, ut ipso sanguine fidem et Philipensium et aliorum confirmaret. Id hic uocat *στένδεσθαι, libari*. *χαίρω — υμῶν*) *Gaudebo et gratulabor uobis omnibus*. Nam ad uos et fideles omnes fructus mortis meae perueniet. Praesens pro futuro.

18. τὸ δ' αὐτὸ — συγχαίρετέ μοι) *Ob id ipsum uero et uos, (ut spero) gaudebitis, et mihi gratulabimini*. Latine etiam dicimus: *Hoc gaudeo*.

19. ἐλπίζω δὲ ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ) i. e. Spero, me, Christo adiuuante, hoc consecuturum, quod sequitur. *ἵνα καὶ γὰρ — περὶ ὑμῶν*) *Vt et ego iterum bono animo esse possim, cognito statu uestro*. *εὐψυχῆσιν* est bono, forti et tranquillo animo esse. Sic Iosephus Ant. V, 1, 29. Iosiuam uocat *εὐψυχον καὶ μεγαλότολμον, animosum et audacem*.

20. εἰδέναι — μεριμνήσει) *Neminem enim habeo pari affectu animi praeditum, qui res uestras adeo germane et sincere curare soleat*. *Ἰσόψυχον*, intellige ita animatam, ut Apostolus animatum erat. Elliptice: *ἐξ ἴσων τρεθουμένων*, uel *ἁμοίως ὁμοῖ τρεθουμένων εἰδέναι ἔχω ἤτερον τῶν Τιμόθεων*, nemo est, qui

quī aequē studeat mecum uobis atque Timotheus. Γνωσίως *sincere*, in Glossario.

21. οἱ πάντες — χριστῷ Ἰησοῦ) *Omnes enim magis suis commodis quam gloriae I. Ch. student.* Hoc minime intelligit Apostolus de omnibus doctoribus sibi notis, sed de his, qui tum Romae focii erant muneris, et quos ad Philippenses mittere potuisset. Tum etiam πάντες saepe dicitur de plerisque.

22. τὴν δὲ δοκιμὴν — εἰς τὸ εὐαγγέλιον) *Hunc (Timotheum) autem probatum esse nostis, quod sicut Patri filius mecum inseruiuerit religioni.* Τὴν δοκιμὴν αὐτῷ γνωσκέτε, probationem eius nostis, i. e. nostis quam fit probatus; substantiō posito pro adiectiuo, per Hebraismum. Commendatio eius, inquit Paulus, non nititur solo testimonio meo. Ipsi nostis quam fit probatus. Ἐἰς τὸ εὐαγγέλιον, h. e. *Euangelio*, religioni christianae docendae et propagandae. Nam ὅ Dativi casus notam Graeci uertunt per εἰς. Non dicit Paulus: Timotheus *mibi* seruiuit, sed, *mecum* seruiuit, et quidem Euangelio, et ita quidem ut me ut Patrem filius obseruaret, mihiq̄ in omnibus obsequentem se praeberet.

23. Τῦτον — ἐξ αὐτῆς) *Hunc igitur talem spero me propediem ad uos missurum, simul atque uidero, quid de me futurum sit,* quo res meae in hac mea captiuitate sint inclinaturae, ut uobis certi aliquid de me nunciare possim. Ἐξ αὐτῆς construe cum uerbo πέμψαι. In Glossario: ἐξ αὐτῆς, *abstrutum e uestigio.* Ὡς ἂν ἐπίδω τὰ περὶ ἐμὲ, *ubi uidero, quid de me futurum sit.*

24. πέποιθα δὲ ἐν κυρίῳ) *A Domino me hoc consecutum spero, ut supra* ἐλπίζω ἐν κυρίῳ.

25. ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην) *E re esse iudicavi.* Ἐπαφρόδιτον — πέμψαι πρὸς ὑμᾶς) Epaphroditi et infra meminit c. IV, 18. Hunc uocat συνεργόν, *participem laboris in annunciendo Euangelio, et συσρατιώτην participem periculorum*; quod egregie significatur translatione sumpta a re militari. Sic et Philem. com. 2. Ἀπόστολον, Πίπῳ, *legatum.* Sic enim hebraice loquentes uocabant eos, qui sacras pecunias colligebant atque portabant. Ἀπετραργόν τῆς χρείας μου, *quo subministrante accipi quibus mihi opus erat.* Χρείαν non uocat ipsam necessitatem, sed quibus egebat in ea necessitate constitutus. Πέμψω. *Mittere, dixit pro remittere.* Simplex pro composito.

26. ἔπειδ᾽ — πάντας ὑμᾶς) Sc. ἰδεῖν, quod addunt nonnulli Codices fati uetusti, et recentiores haud pauci, Syr. Copt. Aeth. clar. germ. Damasc. Ἀδημονῶν) *Grauiissime agebatur.* Vulg. moestus erat. Ἀδημονεῖν est paene exanimari et deficere prae dolore.

27. ἡσθένησε παρακλήσιον θανάτῳ) למה להל, Ies. XXXVIII, 1. ubi Graeci quidam ἐμαλακίσθη ἕως θανάτου, alii ἕως τῆ ἀποθανεῖν, alii εἰς θάνατον. ἵνα μὴ — σὺ) Nempe si ad uincola accessisset iactura amici. Hebraice fuisset הוּרַח לְיָדוֹ. Sed et Graeci ita loquuntur, e. g. Plutarchus de fanit. tuenda: ἵνα μὴ τῦρ ἐπὶ τυρὶ — πλησμονὴ τις ἐπὶ πλησμονῇ, καὶ ἄκρατος ἐπ' ἀκράτῳ γένηται, *ne ignis igni, crapula crapulae et uinum uino superaddatur.*

28. σπευδαιότερως) *Festinantius*, ut habet Latinus. Est enim haec genuina huius uocis significatio, a στεύδειν. Inde translata altera, quae diligentiam significat. ἴνα — χαρήτε) Distinctio ponenda post κάλυ. Vt, ipsum iterum conspicientes, ob id gaudeatis. κἀγὼ ἔλυπότερος ὢ) Nempe ubi eum saluum ad suos uenisse cognouero.

29. ἐν κυρίῳ) *Propter Dominum*: ut Christianos decet.

30. Ὅτι διὰ — λειτεργίας) *Etenim ad curandum negotium Christi non dubitauit periculum mortis adire, et uitam discrimini conicere, ut defectum uestri erga me officii suppleret*, h. e. uestro omnium nomine mihi in uinculis detento inferuiret. διὰ τὸ ἔργον τῆς χάριτος) In negotiis, Christum eiusque religionem concernentibus. μέχρι θανάτου ἤγγισεν) i. e. προεχώρησεν μέχρι θανάτου, eo usque processit, non consulens uitae suae, ut periculum adiret mortis. παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ) *Non habita ratione uitae*. Παραβουλεύεσθαι significat *perperam consulere*, uti faciunt, qui se in apertum uitae periculum coniciunt. Verior lectio autem uidetur esse παραβολεύσάμενος, ut habent uetusti Codices diuersarum recensionum, Syr. utr. Arr. Aeth. *Vulgata*: *parabolatus de anima sua*; clar. germ. boern. Damasc. ex Eusebio. Chryf. ut uidetur. Sed sensus est idem, nam etiam παραβουλεύεσθαι τῇ ψυχῇ est *uitam periculis exponere*. Plinius in Epistolis: *Periculosa*, utque Graeci melius exponunt, παράβολα. Et latine parabolani dicuntur, qui cum uitae periculo aegrotis adsunt. Exposuit autem Epaphroditus uitam suam periculo, dum morbo affectus, noluit usquam in itinere subsistere et ualitudinis suae curam habere, sed properauit ut perueniret ad Paulum,

et defungeretur officio, antequam penitus opprimeretur a morbo. Voluit igitur negotium sibi demandatum, ex amore erga Paulum et Philippenses etiam cum uitae periculis curare et perficere. *ἵνα ἀνακληρώσῃ — λειτουργίας*) Vt, quae obsequia uos per absentiam mihi praestare non potestis, ipse suppleret. Similis sensus Philem. u. 13. Loquendi genus non dissimile 2 Cor. IX, 9.

## CAP. III.

I. **T**ὸ λοιπὸν — ἐν κυρίῳ) *Quod superest - laetamini, uos esse Christianos.* *Χάρειν ἐν τινι*, laetari de aliqua re. Ies. XXXIX, 2. Laetantur autem de Christo, qui felices se esse existimant, quod Christum agnoscant. Videtur hic Apostolus finire epistolam uoluisse, ut facere solet per uocem τὸ λοιπὸν, aut τὸ λοιπὸ, (ut 2 Cor. XIII, 11. Gal. VI, 17. Eph. VI, 10. et aliis locis,) sed postea, quum temporis aliquanto plus accepisset, addidisse ea, quae sequuntur. τὰ αὐτὰ) *Eadem illa*, quae nempe saepe ex me audistis. *ἐμοὶ μὲν ἔκ κνηρὸν*) *Mihi non graue est*; me non piget. *Ὁ κνηρὸν* hic ponitur sensu passiuo, ut Prou. XXXI, 27. *ὑμῖν δὲ ἀσφαλές*) *Tutum*, utile. Saepe enim repetita eo melius haerent animo. Syrus non male: *ut uos cautiores fitis.*

2. *βλέπετε τὰς κύνας*) *Βλέπετε caute uobis.* *Vi-*  
*dere* pro cauere etiam Latini usurpant. *Κύνας* autem uocat homines et inuerecundos et auaros. Tangit illos Iudaismi commendatores, durius eos tractans, ideo quod animum ipsorum penitus nouerat. *τὰς κακὰς ἐργάτας*) *Ἐργάτας δου-*  
*λούς*, 2 Cor. XI, 13. qui in Euangelio non uersantur  
bona

bona fide. τὴν κατατομήν) *Cauete uobis a mutilatione doctrinae, quam isti defensores Iudaismi moliantur.* Κατατομή h. l. est uocabulum significantius et efficacius, uel bedeudend, σημαντικόν, ut Graeci rhetores talia appellare solent. Respicit enim Paulus iactationes aduersariorum de necessitate circumcisionis, et simul exponit conditionem doctrinae ipsorum, quod ueram doctrinam mutilantes se ipsos et alios a Christo uelut abscinderent. In Glossario: κατατομή, *conciſio.*

3. ἡμεῖς γὰρ ἴσμεν ἢ περιτομή) *Circumcisi*, nempe corde, quod ut praecipuum urgent prophetae, Cf. Rom. II, 29. πνεύματι) *Animo*, non externis ritibus, sicut Iudaei. Io. IV, 24, *καυχώμενοι ἐν χρ. I.*) In eo gloriam quaerentes, quod Christum colamus, eiusque doctrinam perceperimus. καὶ ἐκ ἐν σαρκὶ ποιοῦντες) *Nec confidimus in rebus externis*, ad animum non pertinentibus, ut Iudaei facere solent.

4. κἀπερ — ἐν σαρκὶ) *Quanquam et ego gloriari possem de rebus externis.* Περὶ βίβησιν, confidentiam, gloriam, gloriationis argumentum.

5. περιτομή ὀκταήμερος) *Sensum esse: Circumciscus sum octauo die*, quisquis facile uidet. Sed constructio est inuſitata. Explicant nonnulli: Περὶ τομῆς, *quod ad circumcisionem quidem*; circumcisioni si quicquam tribuendum sit, ὀκταήμερος περιτομῆς, *octauo die circumciscus.* Alii περιτομή legunt primo casu, ut περιτομή ὀκταήμερος, *circumciscio*, quae fit octauo die, fit pro: *Circumciscus octauo die.* Cf. Bowyeri coniect. ad h. l. ἐκ γένος Ἰσραὴλ) *Prognatus ex gente Israelitica*, non profelytus, et ne parentibus

rentibus quidem natus profelytis. Chrysoſtomus: *ἔτι μὲν γὰρ τῷ ὀκταήμερος περιτμηθῆναι, ἔχει προσηλύτος, ἀπὸ δὲ τῷ ἐκ γένους Ἰσραὴλ, ἢ δὲ προσηλύτων γουένον. Ex eo enim, quod octo dies natus circumcisus est, non profelytum, ex eo autem, quod genere Israelita fuerit, ne parentibus quidem natum profelytis, patet.* Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων) Sc. ὧν, ἢ. τοφικῶς. Indicat Apostolus, se longa serie ex Hebraeis ortum esse, nullo quasi uiliori profelytorum sanguine stirpi suae admixto. Sic Xenophon de laudib. Agefil. sub. init. de claritudine generis Agefilai laudat, quod ad ipsum Herculem genus referens, maioribus ortus sit ἐκ ιδιώταις, ἀλλ' ἐκ βασιλέων βασιλευσιν, non plebeiis, sed regibus, e regibus procreatis. Demosth. adu. Androtion: *ἑνθρῶπος καὶ εὖ βελτίος, καὶ ἐκ βελτίων.* κατὰ νόμον Φαρισαῖος) *Quoad sectam Pharisaeus.* Νόμος hic uidetur esse *secta, doctrina,* aut *ritus.*

6. κατὰ ζῆλον διώκων τὴν ἐκκλησίαν) Quod ad zelum attinet. etc. Διώκων, i. e. διώξας. Praef. pro Praet. κατὰ — ἄμεμπτος) Δικαιοσύνη ἢ ἐν νόμῳ, uirtus, quae circa obseruationem legis Mosaicae occupatur. Ἄμεμπτος, *inculpatus.* Nihil unquam feci morte aut uerberibus dignum.

7. ἀλλ' ἅτινα — ζημία) *Sed haec omnia, quae mihi prodesse ualde poterant, nihili feci propter Christum.* Κέρδος, *quod utile est, prodest.* Aelian. V. H. Lib. IV, c. 7. ἐκ ἧν ἄρα τοῖς κακοῖς ἐστὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. *Ergo malis ne mori quidem prodest.* Ζημία, oppositum τῷ κέρδος, quod nihil prodest; damnum affert. Potuisset Paulus magnus et eximius fieri in oculis hominum, honores et opes adipisci, (κέρδη)



(κέρδη) si Iudaeus mansisset, et Christianos vexare perrexisset. Sed horum omnium iacturam fecit propter Christum, Christi doctrinam, et felicitatem cultoribus Christi promissam. Omnia illa, quae commemorauerat u. 6. non amplius attendebantur et spectabantur in Paulo, ex quo Christianus factus fuerat.

8. ἀλλὰ — ζημίαν εἶναι) *Quin etiam omnia alia pro nihilo duco*; non illa tantum, quae dixi, sed et honores et bona huius uitae omnia, et ipsam uitam. διὰ τὸ ὑπερέχον — κυρίε μὲ) *Propter excellentissimam cognitionem Christi Iesu, Domini mei*, i. e. propter praestantiam religionis christianae, quae tanta est, ut maxima huius uitae commoda et lucra ei comparata, ne in censum quidem ueniant, sed profus nihili sint aestimanda. Τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως, graeca constructio, pro τὴν γνώσιν τὴν ὑπερέχουσαν. δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην) *Propter quam libenter rerum aliarum omnium iacturam feci*, secundum praeceptum Christi Matth. XVI, 24. Σκύβαλα) *Purgamenta, excrementa*, adeoque res uilissimae. De stercore uocem usurpat Iosephus de B. I. Lib. VI. in fine, Plutarchus de Is. et Osir. etiam capillos, ungues et ouium lanam uti περίσσωμα τροφῆς καὶ σκύβαλον, *ciborum excrementa et purgamenta*, impura esse dicit. Idem Sympos. L. VI. Qu. 7. purgamentis frumenti hoc nomen imponit. Achilles Tattius L. II. θαλάσσης σκύβαλον, *purgamentum maris* commemorat. Pro σκύβαλα ἡγεῖσθαι Themistius or. 21. Explorat. phrasi simili utens dixit: σκυβαλίσειν καὶ διακτύσειν τινα, *aliquem excrementi instar auersari et conspuere.* ἵνα χριστοῦ κερδήσω) *Vt lucrifaciam Christum*, i. e. Christi fauorem.

9. καὶ εὐρεθῶ ἐν ἑωτῶ) *Ipsique totus sibi deditus. Inueniri, pro esse. In Christo esse significat Christianum esse.* μὴ ἔχων — ἐκ νόμου) *Siquidem non ex legis Mosaicae obseruatione hanc meam felicitatem ortam esse scio.* Δικαιοσύνη, ἡκρά, saepe denotat fauorem Dei, benignitatem, ut in Epist. ad Rom. uidimus. Hoc loco per nouam metonymiam uidetur esse status hominis, quem Deus fauore suo amplectitur. Hanc significationem contextus commendat; nam u. 8. dixerat, se omnia alia abiecit, ut fauorem eius sibi conciliaret. Nunc igitur commemorat beneficia, quae sibi per Christum contigissent, u. 9. sqq. Νόμος, lex Mosis. ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως χριστοῦ) Sc. δικαιοσύνην ἔχων. *Hanc meam felicitatem, animi tranquillitatem, spem uitae aeternae etc. debeo religioni Christi.* Πίσις χριστοῦ opponitur τῷ νόμῳ, et fiduciam in meritis mortis Christi includit. τὴν ἐκ θεοῦ δικαιοσύνην) *Felicitatem a Deo donatam.* Nam quod Christiani sumus, est donum Dei. ἐπὶ τῇ πίσει) *Propter fidem, Christo eiusque doctrinae habitam, non propter obsequium legi Mosis praestitum.* Non repugno tamen, si quis per δικαιοσύνην τὴν ἐκ νόμου, qua se nunc carere dicit Apostolus intelligere uelit uirtutem legi Mosaicae conformem, de qua u. 6. dixerat. Illa enim Pharisaica iustitia et uirtus erat manca et potissimum in obseruandis ritibus consistebat. Huic opponitur ἡ δικαιοσύνη διὰ πίστεως χριστοῦ, ἡ ἐκ θεοῦ ἐπὶ τῇ πίσει, uirtus quae oritur et fouetur per doctrinam Christi, cuius pars nobilissima constat fide promissionibus diuinis habita, et a Deo donatur sub conditione fidei (ἐπὶ τῇ πίσει) quae uirtus est multo praestantior et perfectior illa Iudaica uirtute et iustitia, cui etiam promissa sunt multo maiora et aeterna praemia.

Cete-

Ceterum nonnulli uerba ἐπὶ τῇ πίσει connectunt cum sequentibus, hoc modo: ἐπὶ τῇ πίσει τῷ γινῶναι αὐτὸν. Sed prior ratio praeferenda uidetur.

ΙΟ. τῷ γινῶναι αὐτὸν) Cohaeret cum antecedentibus: δικαιοσύνην τῷ γινῶναι αὐτὸν, *felicitem*, inquam, *cognoscendi eum*. Cf. u. 8. διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως χριστοῦ. Fortassis tamen rectius connectuntur haec uerba cum uerbis u. 8. ἡγῆμαι σκύβαλα ἵνα, omnia ista, quae mihi olim lucrosa esse uidebantur, nunc flocci facio, eo consilio, ut Christum eiusque doctrinam solide cognoscam. Videtur Paulus hic, ut saepe excidisse constructione, ἵνα u. 8. καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ) i. e. quanti momenti nobis sit, scire, eum resurrexisse ex mortuis, Δύναμις, uis et potestas, quae rei inest. Resurrectio autem Christi plurimum ualet ad excitandam et confirmandam spem nostram felicitatis aeternae. καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν ταθημάτων αὐτοῦ) i. e. Quam hoc fit mihi honorificum, tolerare calamitates, similes illis, quas ipse pertulit. συμμορφούμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ) Si forte simili supplicii genere moriendum esset mihi.

ΙΙ. ἕως — τῶν νεκρῶν) *Vt assequar felicitatem illam aeternam, quae resurrectionem mortuorum consequetur.* ἕως h. l. ualet *ut*, ἵνα, ut Rom. I, 10. XI, 14. καταταῖν, *peruenire, assequi, consequi*, Act. XXVI, 7. Eph. IV, 13. Ἐξανέστασις est illa plena resurrectio, quam nulla mors, nihil mali consequetur, uel ipsa post resurrectionem uita beata. Nam alioquin etiam mali resurgent, sed in perpetuas poenas, quae uocantur mors aeterna.

12. ἔχ' ὅτι — τετελείωμαι) *Scio equidem, me nondum esse consecutum* (τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν, u. 11.) *neque ad metam peruenisse.* Ἐλαβον, pro κατέλαβον. Τετέλειωθῆναι dicuntur, qui in stadio cursores metam attingunt, et praemio honorandi sunt. Philo 2 Alleg. p. 74. C. Apud Ecclesiae Patres τελεσιῦσθαι nonnunquam dicitur pro *martyrium subire*, e. g. apud Euseb. H. E. VII. 15. Dicit igitur Paulus se nondum affecutum esse praemium, nempe fidei, uirtutis et aduersorum cum Christo eiusque causa susceptorum (u. 9. 10.) Qui hunc locum de absoleta fere uirtute et animi bene morati perfectione explicarunt, ii nec uim uerborum nec contextum attenderunt. διώκω — καταλάβω) *Contendo autem, ut capiam, assequar.* Ἐι καὶ non est dubitantis, sed affirmantis, et significat *ut*, quemadmodum Aetor. VIII, 22. Totus autem sermo respicit ad morem stadiorum uel circi. Cf. Loesner ad h. l. εἰφ' ᾧ — χριστῷ) *Postquam et ipse captus sum a Christo Iesu.* In uerbis εἰ καταλάβω, εἰφ' ᾧ κατέληθην (uid. NOESSELT Opusc. fasc. 2. p. 222.) uidetur esse *διωγία*. Καταλαμβάνεσθαι eo sensu h. l. sumitur, quo secundum GELLIUM (Noct. Attic. I, 12.) uirgines Vestales, omninoque alii qui sacra facere deberent, *capi* dicebantur pro *creari* aut feligi et in ordinem sacrum cooptari. Deinde etiam in hoc uerbo hic certe uidetur esse uis, a sacris Scriptoribus ab hebraica consuetudine ad graecam traducta, ut quemadmodum actiua uerba uim coniugationis Hiphil, sic passiuua coniugationis Hophal imitentur. Quo sumto, καταλαμβάνεσθαι hic erit de Paulo adhibitum, quoad is eo esset a Christo per Euangelii doctrinam deductus, ut posset capere praemium, h. e. tanquam a brabeuta inuitatus et promocatus. Sic sensus

sensus uerborum *εἰ καὶ καταλάβω, ἐφ' ᾧ κατηγήφθην* erit: *Vt consequar praemium, siquidem et me ad consequendum prouocauit Christus.* Cf. u. 14. Si uertas: *Quo ut peruenire possem, Christus prior me uelut manu sua prehensum deduxit in hoc stadium,* respicit Paulus ad modum, quo Christus eum ad sui cognitionem perduxerat, Act. IX. et est *πλοκή* in uerbo *καταλαμβάνειν* et *καταλαμβάνεσθαι*. *Καταλαμβάνειν* est *ἄρᾳ*, apprehendere, quomodo uertitur in Glossario Graeco-Latino.

13. ἀδελφοὶ — κατεληφέναι) *Ipse mihi nondum uideor metam iam affectus esse, iam moriturus esse pro Christo.* Supra c. I, 25.

14. εἰν δέ) Sc. *μεριμῶ, λίγω.* Hoc unum dicere uolo. τὰ μὲν ὀπίσω — ἐπεκτεινόμενος) *Quae retro sunt obliuiscor, et ad anteriora contendo.* Τὰ ὀπίσω h. l. sunt uetera iactata a Iudaeis et laudata; τὰ ἔμπροσθεν, praemia Christianis proposita. Phrases desumptae sunt a Cursoribus, qui non curant ea, quae sunt a tergo, sed cursum intendunt ad ea quae a fronte sunt. Τὰ ὀπίσω, sc. ἔντα. Ἐπιλανθάνεσθαι τι, rei alicuius non habere curam; nam eorum obliuiscimur, quae non curamus. Sic Paulus dicit, se non amplius curare illa Iudaica, sed omnes curas cogitationesque intendere in id, ut coelestis regni consequatur praemia. Diog. Laërt. L. VI, c. 2. §. 6. *Quum diceretur ipsi, (Diogeni Cynico) senex es, iam quiesce a labore:* Quid uero, inquit, *εἰ δολιχὸν ἔδραμον, ἔρως τῷ τέλει ἔδει με ἀεῖναι, καὶ μὴ μᾶλλον ἐπιτετεῖναι;* si in stadio currerem, num ad finem me cursum oporteret remittere, et non potius intendere? κατὰ σκοπὸν —

ἐν κρισίῳ Ἰησοῦ) *Festino cursu tendo ad scopum, ad palmam, ad quam Deus e coelo quasi me prouocat per Christum.* Διώκειν h. l. est currere, festinare, intransitiue. Dionys. Hal. L. I. de Faustulo dicit: *Cum alueo, in quo infantes expositi fuerant, paulo post εἰδίωκεν εἰς τὴν πόλιν, in urbem currebat.* Κατὰ σκοπὸν nihil amplius innuit ac εἰς ἰ. πρὸς σκοπὸν, imo κατὰ idem est, quod sequens εἶπ. Τὸ βραβεῖον τῆς ἀνω κλήσεως τῆς Θεοῦ, *palma ad quam Deus quasi prouocat e coelo.* Solebant οἱ βραβεύται sine ἀγωνοθέται sedere in sublimi loco, atque inde per praeconem citare cursores singulos. His Apostolus Deum comparat, qui ex loco sublimissimo, ex coelo nempe, nos per Christum uocat. Hanc autem coelestem inuitationem Dei per Christum Iesum factam esse per Christi doctrinam, per se patet.

15. Ὅσοι ἔν — φρονῶμεν) *Quicumque igitur ad hanc perfectam conditionem contendimus, ita finis animati,* nempe ut (u. 17. συμμιμηταί μιν) obliuiscamur quae retro sint, (u. 14.) uetera iactata et laudata a Iudaeis, et contendamus ad anteriora, ad praemia Christianis proposita. Τέλειοι, *adulti,* opponuntur pueris. Philo 1 uit. Mos. p. 605. C. *τελειότερον δὲ τῆς ἡλικίας ἰδῆσα,* Aegypti regis filia *uidens* Moſen *firmiorem quam pro aetate.* Hoc loco τέλειοι sunt, qui religionem christianam recte intelligunt, quibus magna praestare conuenit. Cf. 1 Cor. XIV, 20. Hebr. V, 14. Τῆτο φρονῶμεν, *hoc sentiamus.* Nos omnes ita, ut modo dixi, affectos esse decet. καὶ ἴε τι — ἀποκαλύψει) *Si uero qua in re aliter sentitis, Deus uobis hoc quoque reuelare uelit.* Erant sine dubio  
inter

inter Philippenses etiam infirmiores, qui humiliorem sentiendi consuetudinem sequebantur. Hos, ut meliora edocere Deus uelit, optat Apostolus. *NOESSELT*: (l. c. pag. 223.) Si nondum eo profeceritis, ut haec Iudaica omnia contemnenda putetis, sed aliquam tamen laudem in his quaeratis, meliorem uobis aliquando mentem dabit Deus, ut uel haec propter excellentiorem Christi doctrinam contemnatis.

16. Πλήν — κανόνι) *Dummodo, quam cognouimus, eandem et sequamur legem*, h. e. institutionem doctrinae christianae, (Gal. VI, 16.) quae nobis excellentissimum praemium promittit, cuius nobilitate percepta, non erit quod magnificiamus quae Iudaei praecipua ornamenta putent. Omittunt uerba κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν cod. Al. et 17. Copt. Aeth. Hilar. Aug. saepe, Facund. Κανόνι omittunt DEFG. Nempe τὸ αὐτὸ φρονεῖν τῷ αὐτῷ σοιχεῖν D \* E clar. germ. Ambrosiast. τὰ αὐτὰ φρονεῖν τῷ αὐτῷ συνοιχεῖν F. G. boern. τὸ αὐτὸ φρ. τῷ αὐτῷ σ. κανόνι 23. 31. item 37. Vulg. Spuria igitur uidentur esse uerba: κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Πλήν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ σοιχεῖν. *Dummodo secundum id, quod assecuti sumus, uitam instituamus*, i. e. exprimamus interim eas doctrinas, quas iam recte percepimus, uita et moribus, dum ad maiora adspirauerimus. φθάσειν εἰς τι, *consequi, assequi aliquid* Rom. IX, 31. Deinde *mente assequi, percipere*. Hanc notionem comma 15. postulat. Στοιχεῖν, ἡβη, *uitam instituere*. Est autem hic Infinitiuus pro Imperatiuo, attice. Ceterum est hic figura rhetorica, quam κοινωμίαν uocare solent.

17. συμμιμηταὶ μὲ γίνεσθε, ἀδελφοί) *Omnes pari studio me imitamini.* Vel est pro μιμηταὶ μὲ γίνεσθε, ut I Cor. IV, 16. XI, 1. aliisque locis. καὶ σκοπεῖτε — τύπον ἡμῶς) *Σκοπεῖτε, attente confiderate,* ut solemus ea, quae imitari uolumus. Τύπος hic est exemplar, ut Aët. VII, 44. Imitamini meum exemplum, et exempla eorum, qui mecum sentiunt, inprimis in contemnendis illis Iudaicis nugis et in studio consequendi praemia illa coelestia Christianis proposita, u. 14.

18. πολλοὶ γὰρ περιπατοῦσι) Sc. ἐτέρως, quod Syrus addit, et ex natura ἀντιθέτου intelligitur. ἕς πολλάνης — τῷ χριστῷ) *Λίγειν hic est appellare. Hostes crucis Christi* sunt tales homines, qui nihil non faciendum existimant, ne calamitates similes illis, quas Christus pertulit, perferre cogantur. Gal. VI, 12. Σταυρὸς τῷ χριστῷ possit etiam explicari: doctrina de cruce et morte Christi. Saltem haec notio hic non excluditur.

19. Ὡς τὸ τέλος ἀπόλαυσις) *Quorum exitus erit miseria.* Τὸ τέλος hic deteriori sensu est rei exitus s. poena. Ὡς ἡ θάλασσα — ἀσχύνη αὐτῶν) *Qui gulae pro Deo seruiunt, qui in turpissimis factis gloriam quaerunt.* Κοιλία h. l. sunt uoluptates, quae uentre, siue ex cibo et potu percipiuntur. Apud Xenophontem diet. et fact. Socr. L. I. Socrates ἀφροδισίων καὶ γαστρὸς, ueneris et uentris abstinentissimus fuisse dicitur, et ibidem δαίμειν γαστρὶ λαγναία distinguuntur. *Ἀσχύνη, res pudendae,* inprimis uenus illicita. *Voluptates uenereae,* quemadmodum sua natura ex gulae intemperantia sequuntur, ita et a scriptoribus τῇ γαστρὶ subiungi solent. Eiusmodi homines uoluptatibus mancipati,



cipati dicuntur τῆ γαστρὶ μετρῶντες καὶ τοῖς ἀσχετοῖς τὴν εὐδαιμονίαν, *felicitem ex uentre et rebus turpissimis metientes.* δι τὰ ἐπίγεια φρονῶντες) Satietaem, opes, gloriam. Iac. III, 15.

20. ἡμῶν — ὑπάρχει) *Nostra autem ciuitas, aut ius ciuitatis in coelo est.* Πολίτευμα denotat societatem hominum uni alicui ciuitati adscriptorum, iisdem legibus, iuribusque utentium; deinde uero etiam *ius ciuitatis.* Opposita sunt haec uerba Apostoli ei, quod praecessit: τὰ ἐπίγεια φρονῶντες. Nos uero, inquit, animo iam in coelo sumus; coelestia cogitamus; curamus ea quae illuc ducunt; coelestibus legibus regimur. Sumus hic quasi peregrini; quod de se Iacob dicebat, Gen. XLVII, 9. Cf. Hebr. XII, 22, XIII, 14. Anaxagoras coelum sibi patriam esse dicebat, teste Laërtio. ἐξ ὧν — χριστῶν) Ἐξ ὧν, pro ἐξ ὧν, ut habent nonnulli codices, sed iuniores. Huiusmodi constructiones nec apud Profanos sunt infrequentes. Si ἐξ ὧν refertur ad πολίτευμα, sensus erit: *Ex qua (ciuitate) seruatorem exspectamus.* Si quis ex nobis quaeratur, quomodo in coelestem illam ciuitatem peruenturi simus, respondemus, nos exspectare seruatorem, qui nos ibi deducat. Hoc statim a morte corporis fiet; nos enim Christiani aut hic sumus, aut ibi in coelis; supra c. I, 23. Tertium non relinquitur. Cf. etiam 2 Cor. V, 1 — 10.

21. ὁ — ταπεινώσεως ἡμῶν) *Qui transformabit corpus humile nostrum.* Humile uocatur corpus nostrum, quia uariis morbis, infirmitatibus, ipsique morti est obnoxium. Cf. I Cor. XV, 42. 43. 44. εἰς τὸ γενέσθαι — δόξης αὐτοῦ) Verba εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ defunt in nonnullis codd.

Verss. et Patribus. Σῶμα τῆς δόξης est corpus *excellens* ; immortale, ut 1 Cor. XV, 43. Ergo corpus hoc nostrum caducum et vile Christus reddet simile suo corpori excellentissimo et immortalis. Hoc ideo fiet, quoniam in ciuitate illa coelesti non erit locus corpori nostro uili, terreno, corruptibili et infirmo. 1 Cor. XV, 50. κατὰ τὴν ἐνέργειαν — τὰ πάντα) *Pro sua potentia, qua omnia quae uult, efficere potest.* Potest ὑποτάξει ἑαυτῷ τὰ πάντα, etiam mortem 1 Cor. XV, 25. 26.

## CAP. IV.

1. Εἰς τὸ θεῖον) *Exoptati.* Hebr. עֲרִמְתִּי. Virg. Nec dulces natos, *exoptatumque* parentem. καρὰ καὶ σεφανός μου) Et Latini *gaudium suum* uocant eum, ob quem gaudent. *Corona*, i. e. dulce decus meum, ornamentum. Genus ex specie. ἔτω σήμερον ἐν κυρίῳ) *Firmi estote in fide et religione.*

2. Ευωδία — ἐν κυρίῳ) Συntyχης est etiam uirile nomen. Sed de mulieribus esse sermonem patet ex u. 3. Nonnullis Euodia et Syntyches sunt Diaconissæ, inter quas, ut hic ipse locus indicat, dissidia orta fuerant. Hortatur igitur, ut sint concordēs, propter Dominum, ut mulieres christianas decet.

3. καὶ ἐρωτῶ — γυνήεις) Pro καὶ legunt να) codices plurimi et optimi, cum Versionibus et Patribus nonnullis, quod να) est precantis ad modum נ) Hebraei. Ἐρωτῶ, precor. Σύζυγος non tantum dicitur de matrimonio iunctis, uerum etiam de collegis, ut sit pro συνεργός. Intelligit igitur Episcopum, uel primum inter Presbyteros Philippenses,

lippenfes. Epaphroditum nonnulli fuiſſe exiſtimant, ad quem per ἀποτροφήν ſe uertat oratio, tanquam praefentem futurum, ubi epiſtola haec in eccleſia Philippenſium legeretur. ὃν τὰ ὀνόματα ἐν βιβλῳ ζωῆς) כספר הים. Phraſis deſumpta a more optimarum ciuitatum, ſcribendi in albo publico ciues. Sic dicitur Deus ἀνθρωποπαθῶς librum habere, in quo piorum nomina deſcriperit, quibus uitam aeternam daturus eſt.

4. χαίρετε — χαίρετε) Supra III, 1. Nunc id repetit, et quidem uoce bis poſita, ad ſignificandum affectum eximium.

5. τὸ ἐπιεικὲς — ἀνθρώποις) *Moderatio ueſtra omnibus hominibus innotefcat.* Id agite, ut omnes homines experiantur et ſciant, quam libenter pacis et concordiae cauſſa de iure ueſtro remittatis, quam fitis faciles in condonandis iniuriis, quam omnia aequi bonique conſulatis, et aequam in rebus arduis ſeruetis mentem. τὸ ἐπιεικὲς, ſiue quod idem eſt, ἐπιεικεία, *manſuetudo, lenitas, bonitas.* Hoc ſenſu ἐπιεικὲς cum μέτριος iungitur apud Iosephum Ant. VI, 12, 7. Μέχρις ἢ μὲν εἰσι ἰδιῶται τίνες καὶ πατεινοὶ — ἐπιεικεῖς, εἰσι καὶ μέτριοι, καὶ μόνον διώκοντες τὸ δίκαιον *lenes ſunt et moderati, ac quod iuſtum eſt, unice perſequentur.* Sic Philo ἐπιεικείαν et Φιλανθρωπίαν coniungit 1. de Vit. Moſ. Sic Dominis tribuitur nimis erga ſeruos lenibus et blandis τὸ ἐπιεικὲς. Philo de Somn. p. 1148. D. ὁ κύριος ἐγγύς) ſc. ἐς). *Dominus prope eſt,* quippe ubique praefens; non tantum facta noſtra ſed mentes etiam ueſtras inſpicit. Is igitur nos probabit et tandem remunerabitur, ſi aequi erga alios fuerimus; non ap-

probabit, sed puniet iniquos et moderatione uti nescios. Pf. CXXXIX, 7 — 13. Alii seriei orationis minus conuenienter: Dominus fauore et auxilio suo uobis adest. Pf. CXI.V, 18.

6. μηδὲν μεριμνᾶτε) De anxiis curis sermonem esse, ipsum hoc uerbum, quo utitur Apostolus, indicat; praecipue uero tunc pericula persecutionum erant metuenda. ἀλλ' ἐν — πρὸς τὸν Θεόν) Ἐν ταύτῃ, omni tempore, quauis data occasione. Supple: χρόνῳ, uel etiam πράγματι, in omni negotio, quicquid aduersi uel laeti acciderit. Non tantum a Deo expetite quicquid uobis utile est et necessarium ad ueram salutem et felicitatem, sed gratias etiam ei agite pro beneficiis acceptis, etiam pro aduersis; nam haec etiam ad augendam Christianorum felicitatem faciunt, Rom. VIII, 28. Τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει, cf. Eph. VI, 18. Μετὰ εὐχαριστίας, nam optimus hic character est soluti a curis animi, et orationis cum resignatione uoluntatum humanarum coniunctae.

7. καὶ ἡ εἰρήνη — ἐν χριστῷ Ἰησοῦ) Ita fiet, ut summa animi tranquillitas, omni humana cogitatione maior, animos uestros communiat et firmos reddat in religione Christi Iesu. Καὶ connectit haec uerba cum praecedentibus u. 6. Si hoc, quod modo dixi, faciatis. Ἡ εἰρήνη τῷ Θεῷ, animi securitas et tranquillitas maxima. Τῷ Θεῷ est genitiuus causae efficientis, ut tranquillitas Dei sit animi tranquillitas, quam nemo nisi Deus per religionem efficere possit. Hebraea phrasi etiam quae summa sunt et maxima, Dei dici, notum est. Haec a Deo per religionem effecta tranquillitas ὑπερέχει πάντα νοῦν, omnem humanam cogita-

cogitationem superat; tanta est, ut mens humana maiorem sibi fingere non possit. Haec igitur *animos uestros et cogitationes uestras firmabit et munit in religione*, efficiet ut religioni constanter adhaereatis, nec ob ulla aduersa ab ea deficiatis. Καρδιαι et νοήματα, *animi et cogitationes*, h. l. sunt synonyma. Verbum φρεσιν est metaphora a praesidiis militum desumpta. Haec animi tranquillitas uos *munit* aduersus hostium impetus, qui uos ad defectionem a religione allicere conantur. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, i. e. *in religione christiana*. Sensus igitur huius commatis est: Si quod (u. 6.) dixi, facietis, tum Deus animos uestros per religionem tranquillabit, et haec animi tranquillitas, omni humana cogitatione maior, uos laetos reddet in mediis etiam aduersis, et efficiet, ut firmi maneatis in religione, cuius haec laeta animi conditio effectus est et fructus. Alii, sed nec usui loquendi nec contextui satis accommodatae, sic uertunt: Sic Deus pro suo fauore, qui omni cogitatione maior est, efficiet, ut semper ita sitis affecti, quemadmodum Christianos decet. Ἡ εἰρήνη τῷ Θεῷ, *Dei fauor*, metonymice; quia, qui pacem inter se habent, solent aut debent aliis benefacere.

8. τὸ λοιπὸν — τὰυτα λογίζεσθε) Σεμνὰ, grauitatem et dignitatem notant, a qua discedit leuitas et petulantia. Προσφιλιῆ, *amabilia*. Sir. XX, 12. (13.) ὁ σοφὸς ἐν λόγῳ ἑαυτοῦ προσφιλιῆ ποιήσει. Ἐυφημα, *quae bonam famam pariunt*. Εἰ τις ἀρετὴ, si quae res est, quae in censu uirtutum apud cordatos uenit. Ἐταειος, *meton. quicquid est laude dignum*. Τὰυτα λογίζεσθε, hoc

*hoc animo recolite*, nempe ideo, ut et in actionem producatiss.

9. ἃ καὶ — ἔσται μεθ' ὑμῶν) Ἐμάθετε hic, ut μαθητεύσατε Matth. XXVIII, 19. significat primam institutionem. παραλάβετε, ὁμιλήσατε, et ἡκούσατε, sunt Synonyma. Εἶδετε uero ad ipsas Pauli actiones refertur. Ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης, *Deus benignus*, omnis felicitatis auctor. Ἐσται μεθ' ὑμῶν, *vobis opitulabitur*.

10. ὅτι ἤδη — φρονεῖν) *Quod iam aliquando reuivissis in uestra pro me cura*. Syrus: quod (denuo) coepistis mei curam habere. τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, i. e. κατὰ τὸ ὑ. ἑ. φρ. Vel est Enallage; pro: ἐχάρην ὅτι ποτὲ ἀνέθαλον ἐν ὑμῶν τὸ φρονεῖν ὑπὲρ ἐμοῦ, φρονεῖν pro φροντίζεω. ἐφ' ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε) i. e. περὶ ἡ, seu καθῶς. Καὶ pro μέντοι, ut Hebr. † ponitur pro aduersatiua. Hoc autem Paulus addit, ut mitiget, quod dixerat, ipsorum studium reuivisse. ἡκαιρῆσθε δὲ) *Sed occasione eratis distituti*. Καίρως, *temporis occasio*. Erat nempe nemo idoneus, et paratus suscipiendo itineri, quem mitterent.

11. ἐγὼ — λίγω) *Non ideo hoc dico, quod in penuria constitutus fuerim, uel magna penuria laborauerim*. Sapiens enim, ut statim aliis uerbis addit Paulus, tenui etiam forte est contentus, nec multis eget. Κατὰ h. l. propter, quo sensu etiam apud Profanos occurrit. ἐγὼ γὰρ — αὐτάρκους εἶναι) *Didici enim forte conditioneque mea contentus esse*. Ἐν οἷς εἰμι, *qua forte conditioneque sum*. Sic Ioseph. Ant. L. X. *Aegyptius*

tius autem, quum audiuisset, ἐν οἷς ἐστὶν ὁ σύμμαχος αὐτοῦ Σεδεκίας, quoniam loco res Sedeciae socii ipsius essent. Xenophon Cyropaed. L. III. νῦν δ' ὁρᾶτε δὴ, ἐν οἷω ἐστὶ, iam uero uidetis tandem, quanam conditione sitis. Supple: πράγματι. Ἀυτάρκης et res dicitur, quae sufficit, et homo, qui eo, quod habet, contentus est.

12. διδα — περισσέυσεν ἐν παντί) i. e. Noui in rebus exiguis patienter me gerere, et rebus abundantibus cum modo uti. Est enim in utroque uerbo Metonymia, ταπεινῶσθαι humilem esse; deinde uero pauperem esse; nam qui pauper est, ab omnibus fere contemnitur. Possit etiam uerti: Contemptu et honore uti recte possum. Nam ἦν est excellens. Ἐν παντί, omni tempore et loco. καὶ ἐν παντί — ὑποβιβασθαι) Initiatus (institutus exercitatione et experientia) sum in omnibus huius uitae casibus, ita ut non minus saturitatem quam inediam, non minus abundantiam quam inopiam aequanimiter ferre possim. μεμύημαι, initiatus sum, i. e. institutus. In Glossario: μύω, initio, imbuo. χορηγᾶσθαι, ex magna rerum copia sumere, quod satis est. Πεινᾶν, non tenuiter tantum pauci, sed et famem pati, aequo animo. 1 Cor. IV, 11.

13. πάντα — χριστῷ) Omnia possum per eum qui me corroborat, Christum, per usum doctrinae Christi. Πάντα ἰσχύω, possum omnia, h. e. ferre uitae casus, res aduersas, et quod multo difficilius est, etiam secundas. Per eum, qui me corroborat, nempe per doctrinam suam, et promissiones, auxilio etiam. Deest χριστῷ in nonnullis Codicibus, Verss. et Patribus.

14. πλὴν — τῇ θλίψει) Non haec, ait, eo dico, ut vobis gratias non agendas existimem. Καλῶς ἐποίησατε, formula gratias agentis. Συγκοινωνήσαντες μὲν τῇ θλίψει, quod ostendistis, tangi vos sensu calamitatum mearum.

15. εὐδαιμία — ὑμεῖς μόνοι) Nulla fere ecclesia mecum communicavit ad rationem dati et accepti, i. e. nulla fere ecclesia in usum et necessitatem meam misit, aut mihi tribuit beneficium, pro quo gratias agere possim. Λόγος δόσεως καὶ λήψεως, ratio datorum et acceptorum. Nam λόγος h. l. significat rationem, die Rechnung. Quae a Philippensibus accepit, in rationes Dei remuneratoris refert Paulus, titulo depositi. Dicit igitur Paulus, solos Philippenses tum sibi aliquid contulisse.

16. ὅτε καὶ — ἐπέμψατε) Ἐν Θεσσαλονίκῃ, pro eis Θεσσαλονίκην, nam ea fuit, excepta Beroea extrema urbium Macedoniae, quam uidit Paulus. Ἄταξ καὶ δις, saepius.

17. εἶχ — τὸ δόμα) Διδόθωσις, et deest ταῦτα γράφω, aut λέγω. Non eo haec dico, quod largitionem seu impensam quaeram, i. e. quod aliquid dari mihi uelim. Δόμα εἶτ δόσις, non δῶρον. ἀλλ' — λόγον ὑμῶν) Sed exopto fructum abundantem in rationem uestram; (auf eure Rechnung) opto, ut Deus beneficia uestra cum lucro referat in rationem uestram. Retinet cogitationem λόγος δόσεως καὶ λήψεως, i. e. rationum. Dicit, se quaerere, non ut ipse accipiat, sed Philippenses ut fructum aliquem percipiant eumque copiosum, et quo abunde impensa sarcia-  
tur.



tur. Non tam istis datis gaudeo, quam quod ex ista liberalitate ingens ad uos fructus redibit, Deo scilicet eam repensante.

18. ἀτίχω εἰς πάντα) *Resse omnia accepi.* Haec est ἀποχή, quae Eraphroditi fidem liberat. Ἄτιχαιν, *habere, accipere.* Plutarch. uita Domosth. extr. τοῦ μὲν ἔν Δημοσθένος ἀτίχαις. Antonin. XI, 1. ἐγὼ ἀτίχω τὰ ἑαυτοῦ. καὶ περισσεύω) *Plus habeo, quam desiderem.* πληρώματι — εὐάρεσον τῷ Θεῷ) Πεπλήρωμαι, *abundo, satis habeo.* Τὰ κατ' ὑμῶν, sc. δόματα. Ὅσμην — τῷ Θεῷ) h. e. quae munera Deo sunt gratissima et acceptissima, acceptiora quam sacrificia et uictimae omnes. Ὅσμην εἰσωδίας, uide Eph. V, 2. Ita h. l. nominat munera Philippenfium. Θεσίαν δεκτὴν, εὐάρεσον τῷ Θεῷ. Rom. XII, 1.

19. ἡ δὲ Θεός — ἐν χριστῷ Ἰησοῦ) Πληρώσει. Fut. pro Optatius, quem nonnulli codices exhibent. *Largiatur uobis Deus omne id, quo uobis est opus.* Ἐν δόξει mihi referendum uidetur ad πληρώσει, *glorioso, i. e. largissime.* Κατὰ τὸν πλεῖστον αὐτοῦ, *pro sua potentia*, qua ditissimus est, et tanquam Dominus coeli et terrae largiri potest, quaecunque uult. Ἐν χριστῷ Ἰησοῦ, *per Christum Iesum*, ut donorum omnium spiritualium, ita et uitae aeternae datorem et dispensatorem.

22. μάλιστα δὲ οἱ ἐκ Καίσαρος οἰκίας) In se possunt intelligi Neronis Imperatoris cognati; nam uerba graeca hanc

hanc interpretationem permittunt. Sed hoc loco potius intelliguntur *Caesaris domestici et ministri*, et in specie liberti et serui. Nam et apud Iosephum A. XVII, §. 8. *δουλία Καίσαρος* clare sic dicitur, quum ibi sermo sit de ancilla Liuiæ; et in inscriptionibus antiquis non semel *Domus Caesaris* hoc sensu occurrit.





# SCHOLIA

IN

## EPISTOLAM PAVLI AD COLOS. SENSES.

---

**E**rant *Colossae* urbs Phrygiae, ubi fluvii Lyci gurgesset, quae a veteribus Geographis, in translatione Syriaca et Codicibus vetustissimis scribitur *Colassae*. Paulus tum, quum hanc Epistolam scriberet, nunquam Colossis fuerat, c. II, 1. Sed coetum ibi collegerat *Epaphras*, c. I, 7. qui etiam, ut videtur, in vicinis urbibus, *Laodiceae* nempe et *Hierapoli* Euangelium annuncianerat, c. IV, 12. 13. Occasionem conscribendi hanc Epistolam dedit Paulo, quod periculum esset, ne Colossenses cum vicinis *Laodicensis* et *Hierapolitanis* per falsos doctores abducerentur a veritate Euangelii, quod eo magis erat uerendum, quia doctrina Christi iis non ab Apostolo quodam, sed per *Epaphram* tradita erat. Quare Paulus doctrinam *Epaphrae* hac Epistola confirmare uoluit, c. I, 7. IV, 12. 13. Proximam occasionem scribendi dedisse uidetur Epistola *Laodicensium*, ad Apostolum scripta, c. IV, 16. Videntur enim *Laodicensis* perscripsisse ad Paulum de erroribus falsorum illorum Doctorem, eumque consuluisse. Is igitur nunc responder, mittens quidem Epistolam ad *Colossenses*, quia forte maior esset eorum coetus, et falsi

Doctores ibi plures turbas excitarent, sed rogans, ut eandem Epistolam Laodicensibus legendam mitterent, et peterent ab ipsis exemplum Epistolae ad Paulum scriptae, ut melius intelligerent Pauli responzionem.

*Effenos* autem fuisse, qui errores uarios in iis locis spargerent, ualde est uerosimile; quod facile patebit, si *Iosephum* et *Philonem*, quorum loca infra in ipsis annotationibus exhibebimus cum c. II. nostrae Epistolae conferas. Scripta est Epistola Romae ex uinculis circiter a 61. 62. missa per Tychicum et Onesimum; c. IV, 7. 8. 9. eodem prope tempore, quo scripsit Paulus eam ad Ephesios, quum adhuc, quae ad Ephesios scripserat, in animo haerent; quod ostendit insignis utriusque epistolae similitudo, in sententiis, et uerbis adeo expressa.

## CAPUT I.

1. 2. **T**ιμάθεος ὁ ἀδελφός) Huius nomen Paulus ideo adiungit, quod probe notus esset Colossensibus, ut qui aliquando eo missus fuisset. Ceterum idem fere huius Epistolae initium, quod ad Ephesios.

3. 4. ἀκούσαντες — ἀγίως) Quum audiui, uos factos esse Christianos, et liberales erga omnes Christianos esse. Audiui uestram ἀγάπην, i. e. eleemosynas a uobis distribui per multas ecclesias.

5. διὰ τὴν ἐλπίδα — ἑρανοῖς) Connectenda sunt haec cum uerbis: *Gratias ago Deo etc.* com. 3. *Propter felicitatem illam aeternam, quae uobis reposita est in coelis.* Possunt haec uerba etiam connecti cum immediate praecedentibus. Charitatem uestram erga omnes Christianos  
osten-

ostendistis propter felicitatem etc. h. e. quoniam felicitatem uobis in coelo repositam esse scitis. Ἐλπὶς h. l. non tam spes ipsa est, quam potius id, quod speratur, τὸ ἀγαθὸν ἐπιτιθέμενον, nempe uita aeterna, quae, tanquam praemium quoddam, reposita in coelis est ueris Christianis. Exquisite uero τὰ ἀθάλα, praemia certaminis, ἀποκεῖσθαι et προκεῖσθαι dicuntur, quae certaminum uictoribus reposita asseruataque sunt, e. g. apud Iosephum Ant. VIII, 12, 3. et apud Philonem saepe. Sic de Sacerd. hon. p. 834. D. τούτων ἔν προκειμένων ἀθλων, igitur tot praemiis propositis etc. ἢν προήκαστε — εὐαγγελίῳ) De qua iam olim audiuistis, quum uobis doctrina uera Euangelii annuntiaretur. Ἀκείνῃ h. l. est prima accipere rudimenta. Illud autem τὸ additum, significat, iam aliquod tempus ex eo transisse. Λόγος, doctrina, et ἀληθείας pro Adiectiuo.

6. Τὸ παρόντος — ἐν ἀληθείᾳ) Quae (doctrina) traditur apud uos sicut etiam in omni terrarum orbe, et ut alibi, ita etiam inter nos fructum fert (et propagatur) a primo tempore quo in ea instituti estis, et quantum beneficium ea sit, uere cognouistis et experti estis. τὸ παρόντος εἰς ὑμᾶς) Refer ad εὐαγγελίῳ com. 5. Recte latinus Interpres: Quod peruenit ad uos. Sic optimus quisque auctorum. Iosephus Ant. I, 21. 2. εἰς Σίμιμον παρῆν, Sicimum peruenit. III, 5. 3. πάρεσι καὶ αὐτὸς εἰς τὸ στραπέδον, ipse in castra peruenit. Fortassis tamen εἰς ὑμᾶς positum est pro ἐν ὑμῖν, doctrina est, traditur inter uos. Καὶ εἰς καρποφορούμενον, pro καρποφορεῖ, fructum fert, uim suam exserit in emendandis, tran-

quillandis et beandis hominibus. Multi codices antiqui cum Versionibus et Patribus haud paucis addunt *ἀνα-  
νέμενον*, sc. *ἴσσι*, augetur, propagatur. *Ἐν ἀληθείᾳ* con-  
iungo cum *ἐπίγνωτε*, uere cognouistis uel experti estis,  
*τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ*, *beneficium Dei*, h. e. quantum fit  
illud beneficium, quod doctrina hac estis imbuti. *χάρις*,  
quoduis beneficium. Alii sic: *καὶ ἐπίγνωτε — ἐν ἀλη-  
θείᾳ*) *Et cognouistis*, experientia edocti estis, *quanta be-  
neficia Deus in nos conferat per doctrinam Christi*. *Ἀλη-  
θεία*, κατ' ἐξοχὴν ueritas Euangelii. Potest etiam *ἡ χάρις  
τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ* esse *uerum Dei beneficium*, nempe Euan-  
gelio declaratum.

7. 8. ἀπὸ Ἑραφρᾶ) Genitiuus Doricus. *Eraphram*  
uero unam eandemque esse personam cum Eraphrodito, nullo  
argumento firmo probari potest. *ὑπὲρ ὑμῶν*) *Vestro  
bono*. Igitur non tantum primus illis annunciauerat Euan-  
gelium, sed et, ut uidetur, coetui Colossensium tum prae-  
erat, quum Paulus haec scriberet. *ὁ καὶ — ἐν πνεύματι*)  
*Qui etiam declarauit mihi amorem uestrum uere christia-  
num*. *Ἀγάπη ἐν πνεύματι* est amor uere christianus, Euan-  
gelio conformis, non amicitia qualis solet inter homines esse  
et proficisci ab animi quodam affectu rebusque externis,  
quae amicitiam solent conciliare.

9. *ἵνα — θελήματος αὐτοῦ*) *Αὐτῷ*, sc. *Θεῷ*, ex com. 6.  
extremo. Vt plenior fiat uestra uoluntatis diuinae cogni-  
tio. Est autem cognitio uoluntatis diuinae nihil aliud nisi  
cognitio religionis, cognitio eorum, quae Deus nos scire,  
credere et agere uult. Post *πληρωθήτε* supple *κατὰ*.  
Ad reliqua huius uersus cf. Eph. I, 8.

ΙΟ. περιπατῆσαι — ἀρέσκειαν) Περιπατῆσαι, pro: αἰς τὸ περιπατῆσαι. Ἀξίως τῷ κυρίῳ, ut Christo debetur, ut decet Christi cultores. Εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν, ut quicquid Christo placet faciatis, ut ei omnem obseruantiam praeestetis. Nam uox ἀρέσκεια, quae alias sensu non bono accipitur, hic sumitur significatione optima. Hoc sensu Philo de mund. Opif. p. 33. C. de Adamo: πάντα καὶ λέγειν καὶ πράττειν ἐσπούδαζεν εἰς ἀρέσκειαν τῷ πατρὸς καὶ βασιλέως. ἐν παντί — τῷ Θεῷ) Vt per omnis generis recte facta fructum ostendatis (scientiae uestrae,) et crescatis in cognitione. Καρτοφορεῦντες, Enallage Graecis haud infrequens; nam transit ab Accusatiuo ad Nominatiuum. Εἰς τὴν ἐπίγνωσιν, pro τῇ ἐπίγνωσει, quod habent codices uetusti, Clem. Cyr. Maximus.

ΙΙ. ἐν πάσῃ — τῆς δόξης αὐτοῦ) Omnis generis uiribus (spiritualibus) roborati, pro summa eius potentia. Δυναμίῳν pro ἰνδυναμίῳν. Κράτος τῷ Θεῷ, potentia Dei; et κράτος τῆς δόξης, potentia gloriosa. εἰς πᾶσαν — μετὰ χαρᾶς) Quibus opus est uobis, ut mala constanter feratis, et patienter expectetis (auxilium diuinum) bono animo. Μακροθυμία h. l. non est longanimitas, quum tardi sumus ad iram, sed expectatio patiens, ut Iac. V, 7. Μετὰ χαρᾶς, ita ut non desperetis, pressi calamitatibus, sed sitis bono animo.

ΙΖ. εὐχαριστοῦντες — ἐν τῷ φωτί) Et ut gratias agatis Patri, qui per cognitionem uos reddidit idoneos ad participandam Christianorum felicitatem. Μερὶς, pars. Κληροσ, fors, quicquid forte contingit nobis bonum. Hoc loco intelligitur omnis Christianorum felicitas, et in hac

et in altera uita. Ἐν τῷ φωτὶ, *per lumen*, i. e. per cognitionem, refer ad *ἰκανώσαντι*. Μέρως τῆ κλήρης, participatio felicitatis. Deus, (inquit Paulus,) aptos uos reddidit ad partem felicitatis Christianorum, ut possitis felicitatis Christianorum participes fieri, *per lumen*, i. e. per doctrinam Christi uobis expositam. Colossenses antea fuerant idolorum cultores; nunc autem acceperant cognitionem religionis, qua apti redditi erant ad participandam illam felicitatem Christianorum.

13. ὃς ἐβόησατο — τῷ σκότει) *Qui* (Pater 12.) *nos uindicauit e regno Satanae*, in quo ignorantiae et uitiorum tenebrae dominantur. Ἐξουσία τῷ σκότει, *regnum tenebrarum*, quod alias etiam uocatur *regnum Satanae*. Quicquid est mali moralis, et caussarum eius, et detrimentorum, et hominum prauorum, omnis ignorantia rerum diuinarum, superstitio, flagitiositas et miseria moralis, uocatur τὸ σκότος et ἐξουσία τῷ σκότει est *regnum diaboli*. Huic opponitur ἡ βασιλεία τῷ χριστῷ, *regnum Christi*, quo nomine appellatur quicquid est boni moralis, caussarum et effectuum eius et bonorum hominum. καὶ μετέστησεν — τῆς ἀγάτης αὐτοῦ) i. e. τῷ ἠγαπημένῳ. Subditos filii sui dilecti nos esse uoluit.

14. ἐν ᾧ — διὰ τῷ αἵματος αὐτοῦ) Desunt uerba διὰ τῷ αἵματος αὐτοῦ in Codd. plurimis, Versionibus et Patribus, et translata huc uidentur ex Eph. I, 7. Dicit igitur Apostolus: *Per quem fruimur redemptione, remissione peccatorum*. Eratis miseri, propter ignorationem uerae religionis, uitam scelestam, et incommoda cum ea coniuncta. Ab omnibus his malis et miseriis liberati estis per Christum.

De



De significatione uocis ἀπολύτρωσις cf. notata ad Matth. XX, 28. et Rom. III, 24. Hic statim explicatur per τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν.

15. ὅς ἐστιν — ἀοράτος) i. e. *Per quem Deus inuisibilis, factus est conspicuus hominibus.* Demonstrat Apostolus, quantus sit ille Dominus, in cuius regnum, uel coetum Christiani uenerunt. Est effigies Dei inuisibilis. Ut uero nos redimeret, apparuit in his terris, et uariis argumentis demonstraui, se esse filium Dei. Optime illustratur haec phrasis ex Ioh. I, 14. ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς. Cf. Io. XIV, 9. Adam imago Dei fuit, sed ualde tenuis. In Christo perfectissime apparuit, quam Deus esset sapiens, potens, bonus. πρωτότοκος πάσης κτίσεως) *Caput, dominus omnium creaturarum.* Primogeniti iure hebraico erant capita gentis; hinc fit, ut בכור denotet, *caput s. dominum.* Sic. Pf. LXXXIX, 28. בכור, πρωτότοκος, et יליד למלכי ארץ, ἰψήλας παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς, Synonyma sunt. Cf. Rom. VIII, 29. Haec significatio contextui optime respondet; nam in sequentibus ratio redditur, cur Christus sit πρωτότοκος πάσης κτίσεως. Vox κτίσις saepe ad homines restringitur, ut in hoc ipso capite, u. 23. et Marc. XVI, 15. Sed h. l. intelliguntur omnes creaturae intelligentes, quam significationem sequentia requirunt.

16. ὅτι ἐν αὐτῷ — ἐξουσίαι) Ratio redditur, cur Christus sit dominus omnium creaturarum; quia nempe omnia creauit. Τὰ ἐν τοῖς ἔρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, i. e. uniuersus mundus. Quare addit etiam τὰ ἀόρατα, ad exprimendam uniuersalitatē. Ὁφθαλμοί, i. e. ἐν θρόνοις confidentes, ut

reges. Κυριότεροι — ἐξοσαι, abstracta pro concretis; κύριοι, ἀρχοντες, ἐξοσαι ἔχοντες, summi et potentissimi, ut Eph. I, 21. quem locum confer. τὰ πάντα — ἰκτισται) Vide Rom. XI, 36. Intelligunt nonnulli h. l. non mundi creationem, sed sic dictam nouam creationem, quae in omni terrarum orbe per propagationem euangelii effecta est, et conferunt Eph. II, 10. Sed utriusque loci contextus est ualde diuersus. Ibi enim homines dicuntur creati esse ad recte facta; hoc autem in loco nihil additur, quod nos de sanctitate uitae, ad quam homines creati sint, cogitare cogat.

17. καὶ αὐτός ἐστιν πρὸ πάντων) *Prior omnibus rebus creatis*, quia ipse omnia creauit. Αἱ. Praestantior est omnibus. καὶ πάντα ἐν αὐτῷ συνέζηκε) *Et omnia per eum conseruantur*, et gubernantur. Tempus Praeteritum συνέζηκε h. l. non solum creationis actum, sed etiam illius actus continuationem et perennitatem indicat. Hoc sensu Philo in libro: *Quis rerum diuin. sit haeres* p. 489. hoc uerbo utitur. ὁ ἕναίματος ὄγκος, ἐξ ἑαυτοῦ διαλυτὸς ὢν καὶ νεκρὸς, συνέζηκε καὶ ζωτυρεῖται προνοίᾳ Θεοῦ etc. *Moles sanguinea, per se dissolubilis et mortua, conseruatur et fouetur prouidentia Dei.*

18. καὶ αὐτός — ἐκκλησίας) Caput est corporis, i. e. ecclesiae, ut mox locutio exponitur. Cf. Eph. I, 22. 23. Post τῷ σώματος pone comma. ὁ ἐστίν — ἐκ τῶν νεκρῶν) *Qui primus et praecipuus ex mortuis resurrexit*, nempe ad uitam aeternum duraturam. Ἀρχὴ construe cum τῶν νεκρῶν, sicut πρωτότοκος construendum est cum ἐκ τῶν νεκρῶν. Nam ἀρχὴ, pro ἀταρχῇ, Π'ΣΑΥ, *primi-*

*primitiae*, et ἀρχὴ τέκνων pro πρωτότοκος, Gen. XLIX, 3. Deut. XXI, 17. Coniunguntur itaque phrasae ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, 1 Cor. XV, 20. et πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, Apocal. I, 5. ἵνα γένηται — πρωτεύων) *Vt inter omnes ipse primas teneat, s. supra omnes emineat.* Ἐν πᾶσιν nempe intelligendum genere masculino, et πάντες sunt *fideles*, quibus Christus est πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, Rom. VIII, 29. Habet phrasin hoc sensu Plutarchus in Pericle, ubi Pericles dicitur τεσσαράκοντα μὲν ἔτη πρωτεύων ἐν Ἐφιάλταις καὶ Λεωκράταις, *per quadraginta annos eminens super Ephialtes et Leocrates.*

19. ὅτι ἐν αὐτῷ — κατοικῆσαι) *Nam uoluit Deus eum possidere omnes copias, sc. bonorum, Christianis distribuendum. Εὐδόκησε, sc. Deus, qui Nominatiuus saepe subauditur. Ἐυδοκεῖν autem cum Nominatiuo recte iungitur, ut Rom. XV, 26. Gal. I, 15. Πᾶν τὸ πλήρωμα, omnes copiae, nempe commodorum et bonorum, quae tribuuntur Christianis, ut patet ex c. II, 3. Τὸ πλήρωμα, plenitudo aetivae et passivae accipitur, h. e. de iis quae implent, dant, docent, aut quae capiunt aliquid, possident, eo-que ornati sunt uel imbuti, siue de copia quacunque Io. I, 16. Rom. XI, 25. 12. Hoc loco intelligitur de dotibus, quas Deus Christo concefferat, imprimisque de cognitione Dei quam tradere hominibus, doctrinaque coelesti, qua viam monstrare ad ueram animi salutem deberet. Cf. c. II, 9. Diligenter exposuit totum hunc locum, et alias etiam interpretationes diiudicauit NOESSELTUS, Opusc. Fasc. 2. p. 233. sqq. *Habitare* dicuntur copiae in aliquo, si eas possidet. Voluit itaque Deus, ut Christus omnia*

bona quae tribuuntur Christianis, possideret, ut esset Christianis fons omnium bonorum.

20. καὶ δι' αὐτῆ — ἐν τοῖς ἔρανοῖς) *Et per eum sibi reconciliare omnes homines, restituens pacem* (amicitiam) *per eum qui sanguinem in cruce effudit, omnes* (inquam) *omnino homines in uniuerso terrarum orbe, (sibi reconciliauit.)* Καταλλάξει. Deus dicitur, quatenus hominibus a se alienis ultro obtulit ueniam et amicitiam, e sua parte se gessit amicum, misericordem, certum condonandi, non odio plenum. Talem se declarauit erga πάντα, i. e. cuiuscunque nationis et conditionis homines. Ἐἰς αὐτὸν, pro αὐτῷ, sibi, per Hebraismum, quo εἰς respondet τῷ ἑ, articulo Dativi casus. Ἐιρηνοποιήσας, *pacem, amicitiam restituens*; idem quod καταλλάξας. Restituit autem Deus amicitiam inter se et homines, uel instituit sic rem, ut καταλλαγὴ fieret διὰ τῆ αἱματος τῆ σαυρῆ αὐτῆ, δι' αὐτῆ, *per sanguinem quem ipse (Christus) in cruce effudit, per eum, per eundem ipsum Christum, et mortem eius.* Deus enim Christum morti tradidit, eo inprimis consilio, ut declararet se uelle condonare, condonandoque restitui amicitiam; se uelle igitur, ut homines desinant sibi metuere a fauentissimo ipsis, desinant autem etiam ei reniti sensu uitaeque. Ἐἴτε τὰ — ἔρανοῖς) Ἰσ. εὐδόκησε καταλλάξαι, u. 19. 20. Τὰ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ τὰ ἐν ἔρανοῖς, omnes omnino homines in uniuerso terrarum orbe. Nam haec phrasis *coelum et terra* saepe est ὁ κόσμος, mundus, uniuersum genus humanum. Hanc significationem etiam totus contextus postulat, qui de reconciliatione hominum cum Deo agit, siue de modo procurandae ueniae per mortem Christi. Ex aliorum sententia *terrestria*

*refraria* h. l. sunt *homines*, et *coelestia* uel *Deus* ipse, uel *angeli in coelis*. Reconciliauit coelum et terram, Deum et homines. Amicitiam quasi restituit inter se et homines, uel inter angelos et homines.

21. καὶ ὑμᾶς — τοῖς πονηροῖς) *Vos etiam, alienos olim (animo alieno) a Deo, propter scelera atque uitia, quibus eratis dediti.* Quod de omnibus dictum erat, id nunc nominatim ad Colossenses transfertur. Ἀπηλλοτριωμένους, *alienos*, nempe a Deo. Ἐχθρὸς τῆ διανοίας, *animo alieno a Deo*, ut Rom. V, 10. Ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς, *propter mala facinora*, quae impietatem comitari solent, I Cor. VI, 10. II. Ἐν hebr. 3, *propter*. Sensus igitur est: *Etiam uos olim aduersati estis Deo, animum erga eum habuistis inimicum et obnitentem, huncque animum declarastis prae factis; unde uacui eratis spe, habentes proprie quod uobis metueretis. Nunc autem uos etiam reconciliauit sibi Deus, eo sensu, quo dictum est u. 20.* οὐκ ἀποκατήλλαξεν) Δὲ aut abundat, aut pro dñi ponitur. Ἀποκατήλλαξεν, *sibi amicos fecit.*

22. ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, διὰ τῆ θανάτου) i. e. *propter mortem, quam Christus perpeffus est, postquam corpus simile nostro assumserat.* Σῶμα τῆς σαρκὸς, *corpus simile nostro, constans ex carne et ossibus.* Ἀυτῆ hic refertur ad nomen longius remotum, ut δι' αὐτῆ, quod praecessit. παρασῆσαι — κατενώπιον αὐτοῦ) Παρασῆσαι, *Pro: uis τὸ παρασῆσαι.* Cf. Eph. V, 27.

23. εἶγε — ἐδραστοί) Quod etiam fiet, *si modo illam fidem semper seruat* solidam et constantem. Τεθεμελιωμένοι, *bene fundati* sunt Christiani, qui solida instructi sunt

sunt cognitione salutarium ueritatum. Ἐδραῖοι, qui firmiter manent in confessione religionis. In Glossario: ἑδραῖος *firmus, stabilis.* μή μετακινώμενοι — ἔγκύσατε) *Nec dimouemini a spe, facta uobis per euangelicam doctrinam.* Ἐλπὶς τῆς εὐαγγελίας, spes, quae oritur ex promissionibus in euangelica doctrina contentis. ἐν πάσῃ τῇ κτίσει τῇ ὑπὸ τῶν οὐρανῶν) *Omnibus hominibus in toto terrarum orbe.* Ἐν πάσῃ τῇ κτίσει, בכל בריה, ut Marc. XVI, 15. Popularis est phrasis, quae indicat, in omnibus, uel saltem plurimis terris, tum temporis cognitis, praedicatum fuisse Euangelium.

24. οὖν χαίρω — ὑπὲρ ὑμῶν) *Pro uobis, i. e. uestro commodo.* Gaudeo in tolerandis his malis, quae mihi ideo infliguntur, quia gentibus Euangelium praedicaui; nam spero fore, ut uos audita mea constantia, magis magisque confirmemini in fide. καὶ ἀντανακληρῶ — σαρκὶ μου) *Et libenter perferam reliquas calamitates tolerandas in corpore meo pro Christi religione.* Ἀντανακληρῶν τὰ ὑστερήματα, *supplere quae adhuc desunt*, et quia de calamitatibus est sermo, perferre quae adhuc toleranda restant. Τὰ ὑστερήματα, i. e. τὰ λοιπὰ, γλ'. Θλίψεις τῆς χριστοῦ, afflictiones propter Christum, eiusque doctrinam. Ἐπὲρ τῆς — ἐκκλησίας) *Pro corpore eius, (Christi,) quod est ecclesia,* in commodum christianae societatis, quae Christum agnoscit pro suo capite.

25. κατὰ τὴν οἰκονομίαν — εἰς ὑμᾶς) *Secundum dispensationem Dei,* qui mihi demandauit munus, uobis (gentibus) praedicandi Euangelium. Sensus idem est Eph. III, 7. πληρῶσαι τὸν λόγον τῆς θεῆς) *Πληρῶσαι, pro*

εις τὸ πληρῶσαι, i. e. perfecte et cum prospero successu docere. Est peculiare Paulo scribere: *implere*, pro *tradere*. Eadem locutio, quae Rom. XV, 19.

26. τὸ μυστήριον — γενεῶν) *Doctrinam, inquam, occultam inde ab antiquissimis temporibus, nunc autem patefactam Christianis.* Vide annotata ad Eph. III, 3. 9. Idem significant γενεαί, quod αἰῶνες, pro quo etiam ponuntur γενεαὶ αἰώνων, et sic αἰῶνες καὶ γενεαί. Γενεὰ, ᾧ, proprie duratio uitae humanae.

27. οἷς ἠθέλησεν — ἰδνεῖν) *Quibus uoluit Deus patefacere, quam praestans esset illa doctrina inter gentiles.* Ὁ πλῆτος τῆς δόξης, *maxima excellentia.* ὅς ἐστὶ χριστός ἐν ὑμῖν) *Qui est Christus, i. e. doctrina Christi, inter uos.* Explicatur uerbum *mysterii* per hanc periphrasin: Doctrina illa noua est doctrina, quae agit de Christo, inter uos etiam tradita. Ἡ ἐλπίς τῆς δόξης) i. e. *quae uobis facit spem felicitatis.* Spes, pro causa spei. *Gloria, felicitas.* Siue: spem excellentissimam, spem excellentissimae felicitatis.

28. ἵνα παραστήσωμεν — ἐν χριστῷ) *Vt quam plurimos homines perducamus ad Deum per Christum, i. e. efficiamus, ut fiant Christiani.* Παραστήσωμεν, nempe Deo, tanquam ministri. Τέλειος, cf. IV, 13.

29. εἰς ὃ — δυνάμει) *Quem in finem laboro summa cum contentione, pro uiribus, quibus Deus me instruit potenter.* Ἐἰς ὃ, *in quem finem.* Κοπιῶ ἀγωνιζόμενος, *laboro certans, i. e. laboro cum summa contentione.* Ἐνεργημείνην hic est sensu actiuum, ut Gal. V, 6. Ἐν δυνάμει, *potenter.*

## CAP. II.

1. Ἄγωνα) *Curam, sollicitudinem.* Ex occasione uerbi *ἀγωνιζόμενος* c. I, 29. sermonem hunc nescit. Sollicitus autem erat Paulus, Colossensium et Laodiceorum causa, quoniam uerebatur, ne, per falsos doctores abducerentur a religione uera. καὶ ὅσοι — ἐν σαρκί) Latini dicerent: *Qui me de facie non nouerunt.* Sed quia □'D Hebraeis multa significat, perspicuitatis causa addit ἐν σαρκί. Sollicitus sum de iis, qui me non coram uiderunt, quos non potui confirmare et adhortari uerbis et colloquiis.

2. ἵνα παρακληθῶσιν αἱ καρδίαι αὐτῶν) *Vt animi eorum confirmentur*, sc. in ueritate religionis, ut Act. XX, 12. uel etiam: *ut tranquilli reddantur animi eorum.* Vbi enim sunt dissensiones doctorum, ibi auditores non sunt tranquilli. Vult igitur Paulus eos ex fluctibus his dubitationum eripere. Ἄυτῶν, eorum nempe, quos non uiderat, ac de quibus proinde magis erat sollicitus, inter quos erant et ipsi Colossenses; ut potius dicendum fuisse uideatur ὁμῶν. Sed Hebraeis non sunt durae istae mutationes personarum. συμβιβασθέντων ἐν ἀγάτῃ) Vera lectio est *συμβιβασθέντες*, hanc enim exhibent Codices et Patres diuersarum recensionum, Vulg. et Itala. *Vt charitate intime sint coniuncti*, nempe doctores et discipuli. Συμβιβάζειν, *coniungere*, ut duae traves et familia coniunguntur et compinguntur, Eph. IV, 16. Sic a membris corporis arctissime inter se connexis et copulatis metaphora petitur, infr. u. 19. Hinc per metaph. de *animorum coniunctione, et concordia, et consensione.* Hoc sensu Dio XXXVII. τῶν ἑνεκα καὶ συνεβίβασεν αὐτὰς, καὶ προσεκοίσατο, qua-



quapropter (Caesar) eos (Crassum et Pompeium) et conciliauit inter se et sibi adiunxit. καὶ εἰς πάντα — τῆς συνίσεως)

Ad plenissimam, quae esse potest, intelligentiam perueniant. Πλήτος, ut saepe, magnitudinem rei exprimit.

Πληροφορία συνίσεως, plenitudo uel certitudo intelligentiae, summa certitudo. Εἰς, finem indicat, uel metam, ad quam peruenire debent Christiani.

εἰς ἐπίγνωσιν τῆς μυστηρίου τοῦ Θεοῦ) Nempe ad exactiorem cognitionem arcanae illius atque diuinae doctrinae. Explicat, quae fit illa scientia, in qua Christiani proficere debeant. Ἐπίγνωσις hic, ut saepe, est exactior cognitio. Quae in editionibus multis sequuntur uerba: καὶ πατρὸς καὶ τοῦ Χριστοῦ, genuina non sunt, quod uel variationes probant; nam ut iuniores nonnullos codices taceam, ex antiquioribus pauci legunt Θεοῦ πατρὸς τοῦ Χριστοῦ, alii Θεοῦ καὶ Χριστοῦ, alii Θεοῦ τοῦ ἐν Χριστῷ, alii aliter.

3. ἐν ᾧ — ἀπόκρυφοί) In qua continentur thesauri omnes sapientiae et scientiae. Ἐν ᾧ refer ad τῆς μυστηρίου u. 2. Si uerba u. 2. καὶ πατρὸς καὶ τοῦ Χριστοῦ genuina sunt, omnes thesauri sapientiae in Christo esse dicuntur, eodem sensu. A Christo, Paulus inquit, eiusque religione sapientiam petere debetis, non aliunde. Ἀπόκρυφος quum dicit, similitudinem sumit ab arca, in qua pecuniae seruantur, indidem promendae, ubi opus est. 1 Macc. I, 24. Sapientia, thesauris comparari solet, Prou. VIII, 10. 19. Matth. XIII, 44.

4. τὸτο δὲ λέγω — ἐν πιθανολογίᾳ) Hoc autem eo sine dico, ne quis callide circumueniat uos uanis persuasionibus. Παραλογίζεσθαι est decipere, callide circumuenire. Ioseph.

4. τὸτο δὲ λέγω — ἐν πιθανολογίᾳ) Hoc autem eo sine dico, ne quis callide circumueniat uos uanis persuasionibus. Παραλογίζεσθαι est decipere, callide circumuenire. Ioseph.

4. τὸτο δὲ λέγω — ἐν πιθανολογίᾳ) Hoc autem eo sine dico, ne quis callide circumueniat uos uanis persuasionibus. Παραλογίζεσθαι est decipere, callide circumuenire. Ioseph.

4. τὸτο δὲ λέγω — ἐν πιθανολογίᾳ) Hoc autem eo sine dico, ne quis callide circumueniat uos uanis persuasionibus. Παραλογίζεσθαι est decipere, callide circumuenire. Ioseph.

4. τὸτο δὲ λέγω — ἐν πιθανολογίᾳ) Hoc autem eo sine dico, ne quis callide circumueniat uos uanis persuasionibus. Παραλογίζεσθαι est decipere, callide circumuenire. Ioseph.

4. τὸτο δὲ λέγω — ἐν πιθανολογίᾳ) Hoc autem eo sine dico, ne quis callide circumueniat uos uanis persuasionibus. Παραλογίζεσθαι est decipere, callide circumuenire. Ioseph.

4. τὸτο δὲ λέγω — ἐν πιθανολογίᾳ) Hoc autem eo sine dico, ne quis callide circumueniat uos uanis persuasionibus. Παραλογίζεσθαι est decipere, callide circumuenire. Ioseph.

4. τὸτο δὲ λέγω — ἐν πιθανολογίᾳ) Hoc autem eo sine dico, ne quis callide circumueniat uos uanis persuasionibus. Παραλογίζεσθαι est decipere, callide circumuenire. Ioseph.

4. τὸτο δὲ λέγω — ἐν πιθανολογίᾳ) Hoc autem eo sine dico, ne quis callide circumueniat uos uanis persuasionibus. Παραλογίζεσθαι est decipere, callide circumuenire. Ioseph.

4. τὸτο δὲ λέγω — ἐν πιθανολογίᾳ) Hoc autem eo sine dico, ne quis callide circumueniat uos uanis persuasionibus. Παραλογίζεσθαι est decipere, callide circumuenire. Ioseph.

4. τὸτο δὲ λέγω — ἐν πιθανολογίᾳ) Hoc autem eo sine dico, ne quis callide circumueniat uos uanis persuasionibus. Παραλογίζεσθαι est decipere, callide circumuenire. Ioseph.

4. τὸτο δὲ λέγω — ἐν πιθανολογίᾳ) Hoc autem eo sine dico, ne quis callide circumueniat uos uanis persuasionibus. Παραλογίζεσθαι est decipere, callide circumuenire. Ioseph.

seph. XXII, 1, 1. ἔ μὴν ἠπάτα γε τὴν τιθήδα, προκατανενοηκῦσαν ἐκ πλείονος αὐτῶν, καὶ μηκέτ' οἶαν ἔσαν παραλογισθῆναι. *Non tamen fallebat amitam, quae eum iam pridem explorauerat, nec iam poterat decipi.* Vbi ἀπατᾶσθαι et παραλογίζεσθαι, ut synonyma iunguntur. Viri docti metaphoram petitam putant a disputatoribus, qui callida quadam ratiocinandi argumentandique arte, tanquam laqueis, alios capiunt et decipiunt. Nec male. Nam et *πισθανολογία* habet uim notionemque τῶν *πισθανῶν λόγων*, quos ab antiquis philosophis adhibitos ad fallendum memorat Philo de Migr. Abr. p. 414. E. οἵτινες ᾤθησαν σοφίαν *πισθανῶν* εἶναι λόγων ἔυρεσιν, ἀλλ' ἔπραγμάτων ἀληθεστάτην πίσιν, *qui putarunt sapientiam cerni in rationibus probabilibus, non in rerum certissima ueritate.* Et omnino iam tum fuisse uidentur, qui Iudaismum et philosophiam orientalem commiscerent.

5. εἰ γὰρ — σὺν ὑμῖν εἶμι) Idem sensus est 1 Cor. V, 3. χαίρων καὶ βλέπων — πίστεως ὑμῶν) In uerbis χαίρων καὶ βλέπων est ἓν διὰ δυοῖν. Hoc enim uult: Gaudeo, uidens cuncta apud uos recte agi atque ordine, et uos firmiter perstare in fide in Christum.

6. ὡς ἔν — περιπατεῖτε) *Vitam igitur agite conformem doctrinae Christi Iesu Domini, quam estis edocti.* *Christus Iesus* h. l. est iterum Christi doctrina. Παραλαμβάνειν, uox propria discipulis, 1 Cor. XI, 23. et aliis locis. Περιπατεῖν, ἡγῆ, *uitam agere.*

7. ἐβριθωμένοι — τῇ πίσει) *Firmi et fundati et constantes in religione.* Eadem res ter dicitur. Ἐβριθωμένοι, *radicibus*

*bus haerentes; ἰτοικοδουόμενοι, in fundamento aedificati, ergo firmi; βεβαιούμενοι, firmi.* Sic etiam ἐν ζωτῶ, in Christo, et ἐν τῇ πίστει eodem redit. περισσέουσες — εὐχαρισία) *Crescite in ea (fide) et gratos uos praebete. Vel: magnas et assiduas gratias agite propter illam, sc. religionem.*

8. βλέπετε — κενῆς ἀπάτης) *Cauete, ne quis uos decipiat, bono uestro priuet, per uanam ac fallacem quandam sapientiam.* Ἔσαι δ συλαγωγῶν pro συλαγωγῆ, loquendi genus etiam elegantioribus Graecis usitatum. Σύλη, *praeda, et ἄγειν, abducere; hinc συλαγωγεῖν quasi per uim abducere, spoliare aliquem.* Falsi doctores priuant bono, dum eripiunt uerum et fructum ueri. In sequentibus uerbis est ἔν διὰ δυοῖν; nam διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης idem ualet quod διὰ τῆς κενῆς ἀπάτης τῆς διὰ φιλοσοφίας. Vox φιλοσοφία perquam est πολύσημος, et saepe etiam denotat religionem Iudaicam, cum uariarum sectarum Iudaicarum peculiaribus placitis coniunctam. Apud Philonem de Nom. Mut. p. 1079. D, dicuntur οἱ κατὰ Μωσῆν φιλοσοφῶντες, qui *Mosis philosophiam, i. e. rationem amplectuntur.* Iosephus sectae Iudaeorum pharisaeicae mentionem faciens, eius rationem φιλοσοφίαν nominat, Ant. XVIII, I. Idem de B. Iud. II, 8, 2. τρία παρὰ Ἰουδαίοις εἶδη φιλοσοφεῖται, *tria genera philosophorum sunt apud Iudaeos.* Intelligit autem diuersa Pharisaeorum, Sadducaeorum et Essaeorum placita et instituta. Hoc loco φιλοσοφία est profunda sapientia, exquisitior scientia, sed uana et fallax, quae falso iactatur. Intelliguntur errores Iudaizantium doctorum. κατὰ τὴν παράδοσιν — χριστῶ) *Quae continetur traditionibus*

*humanis, et primis rudimentis religionis, non christiana, uel Christo digna. Quid sint σοιχεῖα τῆ κέσμε uide Gal. IV, 3. Doctores illi Iudaizantes commendabant legem rituales Iudaicam, plenam traditionibus, contra quas Christus saepe disputauit, Pharisaeos castigans. Ergo non fuit illa uana sapientia conueniens religioni christiana.*

9. *ὅτι — σωματικῶς) Nam ipsi insunt omnes thesauri sapientiae diuinae reuera. Πλήρωμα τῆς θεότητος (cf. supra c. I, 19.) copiae, quas Deus habet, nimirum copiae uel thesauri sapientiae. Genitiuus θεότητος h. l. non intelligitur de ipsa natura Dei, tanquam de eo quod habitat in aliquo, sed de illo quod sit a Deo profectum, ab eoque originem ducat, ut infra u. 19. ἀύξησης τῆ θεῶ non est ipsius Dei incrementum, sed nostrum, quod et quatenus a Deo proficiscitur. Σωματικῶς, uere, reipsa. Nam infra u. 17. τὸ σῶμα opponitur τῇ σοιᾷ τῶν μελλόντων. Cf. Hebr. X, 1. Iudaei nihil in Mosaicis institutis nisi inuolucra tenebant futurorum bonorum; Christus autem haec ipsa bona uere attulit. Io. I, 17. Apparet ex tota orationis serie, in πληρώματι θεότητος inesse significationem eius, quod Christus nobis tribuit et donauit. Nam instituta illa Iudaica, aduersus quos Paulus h. l. pugnat, imagines erant τῶν μελλόντων, sc. ἀγαθῶν, in Christo est ueluti comprehensio istorum bonorum, τὸ σῶμα, ipsa illa bona, quorum usuram capere Christiani debebant.*

10. *καὶ ἐς ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι) Et per eum uos etiam omnia accepistis (dona) quibus opus est uobis. Πεπληρωμένοι, repleti sc. donis diuinis sapientiae, imprimis uera doctri-*

doctrina imbuti. Falsi doctores iactabant suam sapientiam, uanam et fictam. Vobis autem, inquit, ea non opus est; nam Christus, omnis sapientiae fons, omnia uobis suppeditat ad aeternam felicitatem necessaria. *ὁς ἐστιν — ἐξουσίας*) *Qui imperium habet in omnes qui principum et dominorum nomine ueniunt.* Respicit ad id, quod supra dixerat, c. I, 16. κεφαλῆς, ὡν, is, qui imperium habet. Dicit hoc ob eos, qui angelorum siue αἰώνων cultum instituebant, quod patet ex u. 18. 19. h. cap. Christianis sufficere debet is, qui et angelicis classibus imperat. Vos, inquit Paulus, imbuti estis (πεπληρωμένοι) omnibus illis notitiis uoluntatis diuinae, quibus ad ueram uirtutem, tranquillitatem et felicitatem opus est. Oportet uos *caput* uestrum, Christum Dominum magis sequi quam quemque alium ducem, (ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν.)

II. ἐν ᾧ — τῷ σώματι τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκὸς) Τῶν ἁμαρτιῶν deest in Codd. Verss. de Patr. diuersarum recensionum, et uidetur explicandi caussa esse additum a librariis. Sensus est: *Per quem uobis contigit circumcisio longe melior illa, quae hominum manibus fieri solet, quam ueterem peccandi consuetudinem abiiecistis.* Περιτομὴ χειροποιήτος est illa, quae manu humana fiebat, ἢ ἐν σαρκί, Eph. II, II. quam falsi doctores urgebant. Περιτομὴ ἀχειροποιήτος est illa cordis, quae fit diuinitus, Rom. II, 29. Σῶμα τῆς σαρκὸς, corpus, quod prauis cupiditatibus indulget. Si lectio ἁμαρτιῶν uera esset, per σῶμα τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκὸς intelligeretur corpus, quod patrat peccata e cupiditatibus uitiosis orta. Ἀπειθῆσαι hoc corpus, est: hoc corpore non amplius uti ad scelera, et exutio cor-

poris est uita sanctior, quae porro dicitur περιτομή τῆς Χριστοῦ circumcisio, quam Christus efficit per suam religionem, per quam definimus peccare.

12. συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι) Hoc, quod modo dixi, factum est tum, quum sepeliremini quasi cum ipso in baptisate. Quum nempe baptizati estis, immersio in flumen, sepulturae similis, Symbolum fuit uos exuere ueterem hominem, nec amplius secundum priscos mores uestros uinere uelle. ἐν ᾧ καὶ — ἐκ τῶν νεκρῶν) Deest artic. τῶν in codicibus plurimis. Per quem etiam spes certissima resurrectionis facta est uobis, quum credidistis, Deum tam potentem fuisse, ut Christum a mortuis excitaue- rit. Id enim qui credit, is simul credere debet, Deo non deesse potentiam, ut et alios excitet; cui potentiae quum accedat promissio, merito ea res pro certa habetur. Genitius ἐνεργείας hic obiectum fidei significat, ut Eph. III, 12. Συνηγέρθητε eodem sensu accipe, quo habui- mus Eph. II, 5. 6. quem locum confer.

13. καὶ ὑμεῖς — πάντα τὰ παραπτώματα) Enumerantur nunc alia bona, quae a Christo acceperunt Christiani. Idem sensus, et eadem fere uerba Eph. II, 1. 3. Καὶ τῆ ἀκροβυστία τῆς σαρκὸς ὑμῶν, et propter illud praeputium, quod est praua sentiendi ratio. Ante τῆ ἀκροβυστία re- pete ἐν, quod addunt nonnulli codices. Τῆς σαρκὸς ὑμῶν explicat, quale sit illud praeputium, quod homines uere impuros reddat. Est nempe σάρξ, praua cogitandi sentiendique ratio. Hoc praeputium abiecerant, quum facti essent Christiani, u. II. Potest etiam ἡ ἀκροβυστία τῆς σαρκὸς significare statum hominis ethnici; nam qui habet prae- putium

putium, est ethnicus, ut Paulus dicat: Miseri eratis propter ethnicismum, in quo uiuebatis olim. Χαρισάμενος ἡμῶν, sic enim legendum, pro eo quod alii habent ὑμῶν. Ἡμῶν habent codices optimi, cum nonnullis Versionibus et Patribus. Recte; nam cohaerent haec cum frequentibus.

14. ἐξαλείψας — τῷ σαυρῶ) *Dum antiquauit legem illam scriptam, praeceptis uariis constantem, nobis contrariam, et illam prorsus e medio sustulit, insigens illam quasi cruci suae, ut edicta antiquata affigi solent.* Ἐξαλείφειν de legibus deletis usurpat Lyfias orat. 29. de Nicomacho legum scriba dicens: τὰς μὲν ἐνέγραφε, τὰς δὲ ἐξήλειφεν, *alias ille (leges) inscribebat, alias debebat.* χειρόγραφον est obligatio scripta. Haec erat contraria nobis, quia imponebat onus soluendi. Collatio loci Eph. II, 15. ostendit τὸ χειρόγραφον esse τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν, legem Mosis positiuam, in litteras relatum, quae dissociabat Iudaeos et Paganos. Opponitur autem τὸ χειρόγραφον doctrinae Euangelii, quae tum temporis nondum erat litteris consignata. De uoce δόγματα cf. dicta ad Eph. II, 15. Αἴρειν ἐκ μέσων occurrit apud Plutarchum de curiosit., ubi de arcanis, quae superuenientibus hominibus πολυπράγμοις occultari solent, dicit, καθάτερ ὄφου, γαλῆς παραδραμίσσης, αἴρειν ἐκ μέσων, καὶ ἀποκρύπτουσιν, *tollunt illa ueluti obsonium accurrente fele, e medio, et abscondunt.* Sensus igitur loci Paulini est: legem caerimoniam ita esse ablatam e medio, ut prorsus sit abolita, ita ut nulla illius amplius auctoritas esse aut ratio haberi debeat. Προσηλώσας αὐτὸ τῷ σαυρῶ. Alludit Paulus ad morem, qui

tunc etiam in Asia uidetur fuisse, clavis transfigendi edita antiquata.

15. ἀπειθεύσμενος — ἐν παβήσια) *Spoliauit potestate omnes principes ac potentes (nostrae felicitati aduersos) traduxit eos palam, atque de iis egit triumphum.* Ἀπειθεύειν est exuere, spoliare, armis, uestibus, opibus exuere, quod bello uictis fieri solebat. Δειγματίζειν, *contumeliae publicae exponere.* Hostes autem, quos Christus contumeliae publicae exposuit, sunt defensores illius chirographi, de quo sermo fuit, legis Mosaiçae. Defensio enim huius legis fuit maximum impedimentum religionis christianae propagandae. Christus autem morte sua effecit, ut isti hostes potentissimi, Iudaeorum principes et sacerdotes nihil amplius ualerent. Postquam enim idem is Iesus, qui instigantibus illis principibus et potentibus, Iudaeis puta magistratibus, in crucem actus fuerat, ex mortuis resuscitatus, et ad summam gloriam euectus erat, tum apparuit, uanos fuisse conatus illorum hominum, Christo aduersantium, et consilium eius in condenda noua religionis forma irritum reddere uolentium. Sic Christus in hoc cum hostibus suis certamine superior euasit, et eo ipso, quod mortem crucis tolerauit, plenissimam de iis reportauit uictoriam. Ἐν παβήσια, *palam, toto mundo inspectante.* Θριαμβεύσας, meton. pro νικήσας, *quum deuicisset.* Dicitur autem Christus fecisse, quod per Apostolos fecit, ex ipsius nomine ac ui agentes, postquam crucem perpeffus in coelum euectus fuerat,

16. μὴ ἔν — ἡ σαββάτων) Nunc proprie dicit Apostolus, quid a Christo fuerit sublatum. Non amplius locum



cum habent discrimen cibi et potus, festi dies, sabbatha. Κρίνειν, pro κατακρίνειν, *condemnare*. Ἐν, *propter*. Ἐν μέρει ἑορτῆς, *ob festum*, quasi scriptum esset simpliciter ἐν ἑορτῇ. Τὸ μέρος enim, alteri Substantiuo iunctum, saepe eleganter abundat. Sic Philo in Libro: *Quod deterior potiori infidietur*: ὅσοι δ' ἐν μέρει λόγος τῷ προκόπτουτος κατὰ τὸν πατέρα κοσμοῦνται, *Quotquot ratione, profectus faciente, sicut ille Patriarcha, ornantur*. Vbi diserte ἐν μέρει λόγος dictum est pro ἐν λόγῳ.

17. ἃ ἴσι — τῷ χριστῷ) i. e. *Quae futuris (beneficiis N. T.) comparata, umbra sunt, quum soliditas rei a Christo solo fit petenda*. Σκιά saepe dicitur id, quod est imperfectum et tenuous. Cic. Offic. L. III. c. 17. *Nos ueri iuris germanaeque iustitiae solidam et expressam effigiem nullam tenemus. Umbra et imaginibus utimur*. Τὸ σῶμα, *res firma ac solida* opponitur umbrae, per se uanae et inani. Similis oppositio apud Ioseph. de B. I. L. II. ἦκει παρὰ τῷ δεσπότῃ σκιάν αἰτησόμενος τῆς βασιλείας, ἧς ἤρτασεν ἑαυτῷ τὸ σῶμα. Sensus igitur est: Illi ritus Mosaiici parum utilitatis praestabant. Vera et maxima bona ac beneficia debemus Christo eiusque religioni. Hanc interpretationem et ipsa uerba et contextus sermo suadent. Ritus istos fuisse typos rerum futurarum, Paulus his uerbis non dicit.

18. μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβεύτω) *Nemo uos circumueniat*. Βραβεύειν, *indicem et moderatorem esse certaminis*, ut saepe occurrit apud Iosephum. Hinc καταβραβεύειν est, *alicui praemium certaminis contra ius eripere*; tum uero etiam *condemnare, iniuriamque facere*. Apud Demosthe-

nem Strato pro praemio iustitiae ignominia notatus esse dicitur: ἐπισήμεθα Στράτονα ὑπὸ Μειδίου καταβραβευθέντα καὶ παρὰ πάντα τὰ δίκαια ἀτιμωθέντα, *scimus Stratonem a Midia infidiose circumuentum, et contra omne ius ignominia notatum esse.* Heiychius καταβραβεύεται explicat κατακρίνεται. Itaque h. i. καταβραβεύειν est *circumuenire, decipere.* Θέλων ἐν — τῶν ἀγγέλων) *Qui delectatur humilitate et cultu angelorum,* s. per ἐν διὰ δυοῖν, πρὸ τῆ ταπεινοφροσύνη τῆ ἐν Θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, *humilitate ea,* quae se exferit in cultu angelorum. Θεῶν non, ut quidam uolunt, ad praecedens καταβραβεύετω, sed ad proxime sequentia nomina referendum est, ut Θεῶν ἐν ταπεινοφροσύνη fit *humilitatis studiosus, affectator, quique sibi in eo studio admodum placet.* Saepe ὩΠ sequente □ exprimitur uerbo Θεῶν, ἐθεῶν, εὐδοκῶ, βέλομαι ἐν τινί, e. g. I Sam. XVIII, 22. 25. Θρησκεία τῶν ἀγγέλων uarie explicatur. Quibusdam est *talis cultus et habitus, quali Angeli ornati sunt;* aliis uero *cultus Angelis praestitus.* Voci Θρησκείας saepe addi Genitium, qui obiectum inferat, in quod *cultus* tendat, *Krebsius* multis exemplis probauit. Fuisse inter Iudaeos, qui existimarent, Angelos esse intercessores hominum apud Deum, patet ex Tob. XII, 15. ubi Raphaël de se dicit: ἐγώ εἰμι Ραφαήλ, εἷς ἐκ τῶν ἐπὶ τὰ ἀγίων ἀγγέλων, οἱ προσαναφέρουσι τὰς προσευχὰς τῶν ἀγίων. Cf. u. 12. *Philoni* in lib. de Somn. p. 586. D. angeli sunt quasi Dei μεγάλης βασιλείως ὀφθαλμοὶ καὶ ὤτα — — ἀλλ' ὅτι τοῖς ἐπικήροις ἡμῶν συνέφερε μεσίταις καὶ διαιτηταῖς λόγοις χρῆσθαι. De *Essenis* praecipue Iosephus de B. I. L. II, 8. 7. inter cetera haec: δμῦσαι — ἀφίξασθαι ληστρίαις, καὶ συντηρήσασθαι

θμοίως τὰ τε τῆς αἵρέσεως αὐτῶν βιβλία, καὶ τὰ τῶν ἀγγέλων δόματα. Quum Esseni fuerint inter Iudaeos, fieri potuit, ut ex illa secta plures ad religionem christianam transfrent, qui suas opiniones Christianis inculcare conarentur. Fuerunt tamen alii etiam in Oriente, Gnostici dicti a Sec. p. Ch. n. II. qui seueram uitam agebant, et erroribus, quos Paulus hic reprehendit, dediti erant. Ceterum hic mos, per angelos deferendi preces ad Deum adeo alte radices egit, ut ne post terna quidem secula potuerit euelli. Contra eum enim conditus est Canon 35. Concilii Laodiceae, quae metropolis Phrygiae, ubi et Colossi. Damnat ille Canon Angelicos, qui docebant, ut notat Zonaras, ὅτι ἐ δει τῶν χριστῶν ἐπικαλεῖσθαι εἰς βοήθειαν, ἢ εἰς προσαγωγὴν τὴν πρὸς θεόν, ἀλλὰ τὸς ἀγγέλους, ὡς τάχα τῶ τῶν Χριστῶν ἐπικαλεῖσθαι μείζονος ὄντος τῆς ἡμετέρας ἀξίας. Huic interpretationi etiam sequentia optime respondent. ἃ μὴ εἴωρακεν εἰμβατεύων) *Qui in ea penetrare mentis acumine audet, quae non intelligit, i. e. quorum cognoscendorum facultas humanae mentis imbecillitati a Deo non concessa est. Εἰμβατεύειν, ut εἰμβαίνειν proprie est ingredi, deinde aggredi aliquid, porro inhabitare, commorari; denique per metaphoram, quaerere aliquid cognoscendi causa, alicuius rei, uel disciplinae doctrinaeque accuratius cognoscendae causa, assiduum in indagando quaerendoque operam impendere. Philo de Plant. Nöe p. 225. C, ὡς περ ἐνιοὶ τῶν ἀνατεμνόντων τὰ φρέατα τὸ ζητέμενον ὕδωρ πολλάκις ἕχ εὔρον, ἕτως οἱ προσωτέρω χωρῆντες τῶν ἐπισήμων καὶ ἐπιπλέον εἰμβατεύοντες αὐταῖς, ἀδυνατῶσι, τῶ τέλους ἐπιφᾶσθαι. Ὅρα ἂν h. l. est percipere, intelligere, non solum ex usu linguae hebraicae, uerum etiam graecae, quod Philonis auctoritate confirmat Loesnerus ad h. l.*

Ceterum haec optime quadrant in Essenos. Hi enim praeficiebant Angelos, quibus uellent negotiis, nomina illis indabant, distribuebant, in classes. εἰκῆ Φουσιόμενος — σαρκεδς αὐτῶ) *Frustra turgens mente sua deprauata.* Notus est uerbi Φουσιόμααι usus, in *superbia et arrogantia* denotanda. Νῆς σαρκεδς, mens, cogitandique ratio affectibus deprauata.

19. καὶ εἰ κρατῶν τὴν κεφαλὴν) Non tenens se Christo, quem Deus ideo caput ecclesiae dedit, ut per eum desideria nostra ad ipsum perferremus. Deus unus, et unus μεσίτης, I Tim. II, 5. Cf. enim supra u. 8. 9. 10. εἰς εἰ πᾶν — συμβιβάζομενον) Ἐξ εἰ, per quem, quo moderante, est constructio πρὸς τὸ συμβαινόμενον. Nam quum dixisset κεφαλὴν, ita cetera intulit, quasi dixisset Χριστὸν, quem per nocem κεφαλὴν indicabat. Ad sequentia cf. dicta ad Eph. IV, 16. αὐξεῖ τὴν αὐξήσιν τῷ Θεῷ) *Crescit illo incremento, quod a Deo est*, ita ut Deus ipse sua prouidentia fecunder incrementum ecclesiae. Nam Genitiuus τῷ Θεῷ hic causam significat.

20. εἰ εἴν ἀπεθάνατε — τῷ νότῳ) *Quum igitur ad exemplum Christi estis mortui (liberati) ab illa elementari religione.* Mori ab aliqua re significat: liberari ab aliqua re. Dicuntur igitur Christiani liberati esse a lege Mosáica moriendo, et quidem σὺν Χριστῷ, ad exemplum Christi, quia is morte sua sustulit illam oeconomiam Mosáicam. NOESSELT Opusc. fasc. 2. p. 217. s. τὰ στοιχεῖα exponit de signis, sensum mouentibus caerimoniis, de externo atque adumbrato Dei cultu, qualis describitur supra u. 16. et 21. et Gal. IV, 10. Sensus idem manet, ita expressus a

uiro doctissimo: *Quodsi igitur abdicastis uos cum Christo* s. tum, quum Christiani redderemini, *Iudaismi signis.* τί ὡς — δογματίζεσθε;) *Cur, tanquam uiuentes inter Profanos, amplectimini arbitraria praecepta?* Δόγματα sunt decreta s. instituta legis Mosaicae ut u. 14. et Eph. II, 15. δογματίζεσθαι igitur, sequi haec arbitraria decreta. Ad haec instituta quum reuerterentur, erant ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ, i. e. ueteris profanitatis rei. Κόσμος enim est superstitio Iudaica, quae, quoad disiungitur a christiana religione, profana recte dicitur. Videtur tamen, (ut MORIUS accurate monet, dissertatt. p. 228. \*) Paulus non simpliciter contra Iudaeos, Mosis legem defendentes, disputare; adeo contentim de opinionibus eorum loquitur: sed contra Iudaeos, magnam uanarum opinionum copiam ad Mosis legem adfiscientes. Confirmatur haec sententia uniuersa orationis ferie, imprimis u. 21. 22. 23. ubi defensio delectus ciborum niti dicitur nugis et affectatione insignis sapientiae aut pietatis.

21. μὴ ἄψῃ — θίγῃ;) *Noli comedere, noli gustare, noli attingere*, sc. cibos uetitos. ἄπτειν, comedere. Teste Diogene Laërtio L. VI, c. 2. §. 6. Diogenes Cynicus docuit, licere quoque ἀνθρώπειων κρεῶν ἄψασθαι, *carnibus uesci humanis.* Contra ea Pythagoras praecepit: ἀλεκτρυόνος μὴ ἄπτεισθαι λευκῆ, et paulo post: τῶν ἰχθύων μὴ ἄπτεισθαι ὄσσοι ἱεροί. Grotius illud μὴ θίγῃς pertinere existimat ad uitandas foeminas. Sed discrimen anxie non quaerendum est; nam animo calidiorē haec a Paulo dicuntur.

22. ἃ ἐστὶ πάντα — τῶν ἀνθρώπων) *Quae omnia perniciem afferunt, si iis abutamur ex praescriptis doctrinisque hominum.* Φθορὰ ἢ. ἰ. ἀλώμεαν, perniciem notat, uti Gal. VI, 8. 2 Petr. II, 12. Sunt autem decreta ista perniciosa Christianis, quia eos beneficio libertatis christianae priuant. Gal. V, 2. Ἀπέχρησις uel est *usus*, uel *abusus*. Abutimur autem his legibus, a Deo tantum ad certum tempus datis, si eas opponimus doctrinae christianae, easque urgemus contra uoluntatem Christi, et quidem κατὰ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίαις τῶν ἀνθρώπων, quia hoc ita praecipitur a quibusdam hominibus et doctoribus, qui non tantum uetera illa instituta Mosaica seruare iubent, contra legem Christi, sed insuper etiam illis praeceptis noua addunt. u. 20.

23. ἃ τινὰ ἐστὶ — πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκὸς) *Quae quidem nonnisi speciem habent sapientiae, quae consistit in cultu uoluntario, non praescripto, in affectata humilitate, in uexatione corporis, cui denegatur quantum satis est ad id satiandum.* Λόγον ἔχοντα σοφίας, quae speciem habent sapientiae, aut etiam: quae praetextum habent sapientiae, sub praetextu, quasi magna illis inesset sapientia, docentur. Polyb. Lib. XVII, c. 13. *Quum genus humanum inter animalia callidissimum esse uideatur, πολλὸν ἔχει λόγον τῆ φραυλότατον ὑπάρχειν, multum tamen habet speciei, id deterrimum esse.* Est hic μὲν positum sine sequenti δὲ, idque per ἀποσιώπησιν τῆ ἀντιθέτου, quod facile suppletur: *sed non inest iis uera sapientia.* Vel μὲν latine non redditur, et sensus est, habere haec speciem tantum sapientiae, praetereaue nihil. Haec ficta sapientia uero

uero consistit ἐν ἐνθρονησειᾷ, in cultu Dei uoluntario, non praescripto a Deo. Ταπεινοφροσύνη, h. l. ut u. 18. est *simulata humilitas*. Ἀφειδία τῷ σώματι, *quum quis corpus duriter tractat*, ieiunando, uigilando, castigando. Τιμὴ σαρκός est *cura, quae corpori praestatur*. ut I Cor. XII, 23. I Tim. V, 17. Πλησμονή, *satietas*, Exod. XVI, 3. et alibi.

### CAP. III.

1. Εἰ ἔν — χριστῷ) *Quum igitur ad exemplum Christi ad felicitatem perducti sitis*. Cf. supra II, 12. τὰ ἄνω sc. ὄντα ἀγαθὰ, ea bona quae sunt in coelis, meliora his caducis terrae honoribus et bonis. Cogitate de maiore illa in coelis felicitate, parata ueris Christianis.

2. τὰ ἄνω — τῆς γῆς) *Studete magis coelestibus illis, quam terrenis his bonis*. Ne estote curuae in terras animae, ut illi de quibus Phil. II, 19. τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, non tantum diuitiae aut honores, sed omnia quoque illa, quae tantum ad hanc uitam pertinent.

3. ἀπεθάνετε γὰρ) *Vitam priorem uos exuere professi estis in baptismo, supra II, u. 11. 12. καὶ ἡ ζωὴ — ἐν τῷ Θεῷ* Vita, *felicitas uestra* (coelestis) *nondum conspicua, sed soli Deo nota est, sicuti Christus nondum est conspicuus*. Ἡ ζωὴ, *felicitas*. Κέκρυπται, *nondum palam, nondum conspicua, sed occulta est ἐν Θεῷ, in mente Dei, ei soli notā*. Σὺν χριστῷ, *ad exemplum Christi, qui nunc non conspicitur oculis hominum*.

4. ὅταν ὁ χριστὸς — ἐν δόξῃ) *Sed quando Christus, felicitatis uestrae auctor conspicuus fiet, tum et uos cum illo (sicut ille) conspicua felicitate fruemini.* Ἡ ζωὴ felicitatis auctor; metonymia similis Io. XI, 25. Conspicuus autem fiet Christus, quando iudex uenturus est. Quum ille ueniet, Christiani etiam conspicui erunt ἐν δόξῃ, *in sua dignitate, uel felicitate, i. e. conspicua felicitate fruuntur.*

5. νεκρώσατε — ἐπὶ τῆς γῆς) *Interficate ergo membra uestra terrena, i. e. nolite uti membris ad peccandum.* Τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, membra, quibus in hac uita utimur. Sensus est: imperate corpori, ne male faciat. Videntur tamen τὰ μέλη h. l. potius esse improprie intelligenda esse de libidinibus; nam statim dicuntur *πορνεία, ἀκαθαρσία*, et quae sunt generis eiusdem. His igitur uim inferre iubet Apostolus. πάθος) *affectus*, nefarius amor ueneruus, ut Rom. I, 26. Ἐιδωλολατρεία, facinus grauissimum. Cf. dicta ad Eph. V, 5.

6. δι' αὐτοῦ — ἀπειθείας) Cf. dicta ad Eph. V, 6.

7. ἐν οἷς — ἐν αὐτοῖς) Quorum socii et imitatores uos etiam quondam fuistis, quum nondum Christiani facti fueratis. Ἐν αὐτοῖς, ἰσ. υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, ex u. 6.

8. βλασφημίαν) *Maledicta.* Philo Leg. ad Cai. p. 1016. E. habet phrasin: συιοφάθειν τὸ βλασφημεῖν τῷ σοκοφαντεῖν, *iungere maledictis calumnias.*

9. 10. ἀτεκνυσάμενοι — καὶ ἀνδυσάμενοι τὸν νῆον) *Deponite ueterem sensum, cum factis illi sensui congruis, quae ex illo sensu prauo oriuntur, et induite nouum, meliorem sensum.*



*sensum.* Cf. dicta ad Eph. IV, 22—24. τὸν ἀνακαι-  
νόμενον — τὸ κτίσαντος αὐτὸν) *Efformatum ad cognitionem,*  
*similem illius cognitioni qui eum effecit,* religione nempe  
sua. Ἡ ἐπίγνωσις κατ' εἰκόνα τὸ κτίσαντος  
αὐτὸν, sc. νεὸν ἄνθρωπον, *cognitio, similis cognitioni*  
*eius, qui hunc nouum sensum effecit,* i. e. Christi. Nam  
Christus est ὁ κτίσας τὸν νεὸν ἄνθρωπον, qui producit nouum  
illum et meliorem sensum, per suam religionem. Cognitionis  
nostrae ad imaginem eius efformata, ei similis est, si proba-  
mus ea, quae Christus probat; ea improbamus, quae is  
improbat.

11. ὅτις — ἐλεύθερος) *In quo (nouo sensu) non quaeritur,*  
*utrum aliquis sit Graecus uel Iudaeus etc.* Gal.  
III, 28. Σκύθης. *Scythae* habebantur pro femiferis ho-  
minibus. Itaque hoc nomine tanquam probroso in Demo-  
sthenem utitur Aeschines. Seneca Troadibus: *Quis Colchus*  
*hoc, quis sedis incertae Schytha commisit?* ἀλλὰ — χρι-  
στὸς) *Christus est omnia in omnibus. Christus,* i. e. religio  
eius. Non quaeritur, utrum aliquis sit nostrae uel alienae  
nationis; sed Christus, eiusque religio omnia absoluit.  
Omnia hic eo redeunt, ut habeas nouum illum et meliorem  
sensum, formatum per Christi doctrinam.

12. ἐνδύσαθε ἑν — οἰκτιρῶν) Pro οἰκτιρῶν habent  
οἰκτιρῶν optimi codices et Patres haud pauci. Themistius  
orat. 24. hortator, ad philof. ἐπειδήπερ ἀρετὴν ἀντὶ ἱματίων  
ἡμφίεσο, *quoniam uirtute loco uestium indutus erat.* Athe-  
naeus L. XIII, c. 2. βεβλόμενοι ἐνδύεσθαι αὐτὴν αὐτάρ-  
κειαν, *quum frugalitatem illam induere uelit.* Ἐλεγκτὸς  
et ἡγαπημένος qua rem non differt. Ἁγιοί, *Deo sacri,*  
qui

qui ad dilectum Dei populum pertinent; quos sibi Deus delegit, ut eos faceret Christianos.

14. ἐπι πάσι — τὴν ἀγάτην) Nempe ἐνδύσασθε, quod ex u. 12. hic repetendum est. ἡ τις ἐστὶ σύνδεσμος τῆς τελειότητος) *Quod uinculum est perfectissimum, animos scilicet coniungens.* Idem sensus Eph. IV, 3.

15. καὶ ἡ εἰρήνη τῷ χριστῷ — καρδίας ὑμῶν) *Et concordia christiana moderetur animos uestros.* Pro τῷ θεῷ, quod alii habent, legendum esse uidetur τῷ χριστῷ, quam lectionem exhibent Codices, Patres et Versiones magnae auctoritatis. Ἡ εἰρήνη h. l. non est *felicitas*, sed *concordia*. Quae enim praecefferunt, pertinent ad concordiam. Ἡ εἰρήνη τῷ χριστῷ, *studium pacis et concordiae Christo dignum, eiusque exemplo nobis commendatum.* Βραβεύω, *certaminis moderator et arbiter sum, et praemia certaminis distribuo.* Inde usurpatur de quacunq[ue] gubernatione et directione. Ioseph. Ant. XIV, 9. 5. πολέμῳ ποτὰς βραβεύει τὸ θεῖον, *belli casus dirigit Deus.* Philo 2 Alleg. p. 67. B, εἰν δὲ ἀνατείλῃ ὁ ἥλιος, τυτέσιν ὁ φαινόμενος λαμπρὸς νῆς ἐν ἡμῖν, καὶ δόξῃ πάντα διορᾶν καὶ πάντα βραβεύειν, *quum uero sol ortus fuerit, hoc est, clarus intellectus qui nobis inest, et uideatur omnia perspicere et ordinare.* εἰς ἣν καὶ ἐκλήθητε, *ad quam etiam uocati,* Christiani facti estis. Per institutionem christianam edocti estis, concordiae esse studendum. ἐν ἐνὶ σώματι) i. e. sic ἔν σώμα, ut unum essetis corpus: quod nisi per pacem fieri non potest, I Cor. X, 17. καὶ εὐχαρίστοι γίνεσθε) *Memores beneficiorum, quae a Deo accepistis.* Alii εὐχαρίστοι hic interpretantur *homines gratiae plenos*, in quibus

bus est suauitas, propter quam aliis hominibus placemus. Sic bene cohaeret cum superioribus.

16. ὁ λόγος — πλεσίως) *Doctrina Christi frequenter et copiose inter uos tractetur.* Ἐν ὑμῶν inter uos, in coetu uestro. Habitat autem doctrina Christi in coetu christiano, quando ea copiose, omni tempore et loco docetur, sic ut nemini eam discendi desit occasio. Alii: *Doctrina Christi penitus infixa sit mentibus uestris;* nunquam ex animis uestris abeat. Ἐνοικεῖν, ut 2 Tim. I, 5. ΞΨ'. *Theodoret:* παρακαλεῖται ὁ Θεὸς ἀπόστολος, ὥστε ἡμᾶς τὴν τῆ χριστοῦ διδασκαλίαν ἐν τῇ ψυχῇ περιφέρειν ἅει. ἐν πάσῃ σοφίᾳ — ἑαυτοῦ) Ἐν πάσῃ σοφίᾳ multi referunt ad praecedentia; sed commodius haec uerba iunguntur cum sequentibus. Διδάσκοντες καὶ νουθετοῦντες, sc. ἐς ἐ, pro Imperatiuo διδάσκατε. Ἐαυτοῦς, pro ἀλλήλων. *In omni sapientia,* ita ut et rudiorum et intelligentiorum ratio habeatur, *docete et commonefacite uos inuicem.* ψαλμοῖς — τῷ κυρίῳ, siue (ut alii legunt) τῷ θεῷ) *Psalms, et hymnis et cantionibus christianis iucunde canentes in animis uestris Domino s. Deo.* Nonnulli uerba ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς referunt ad νουθετοῦντες, ut sensus sit, commonefacere et excitare ad pietatem se inuicem debere Christianos Psalms, hymnis et Odis; de quibus Eph. V, 19. Sed commode etiam iungi possunt sequentibus. *Cantiones πνευματικαί, spirituales* sunt christianae, quae sensum christianum (πνεῦμα) spirant, quarum argumentum coniunctum est cum doctrina Christi. Ἐν χάριτι, {ΠΖ}, i. e. χαριέντως, *amabiliter, iucunde.* Ita laudantes Deum, ut illa laudatio sit ei iucundissima, ei placeat. Ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, non sola uoce, sed cum assensu

animi. τῷ Θεῷ, (sic enim legendum esse uidetur pro τῷ κυρίῳ) *in honorem et laudem Dei*, cui debemus quicquid est beneficiorum, quibus fruimur.

17. Καὶ πᾶν ὃ — τι — κυρίῳ Ἰησοῦ) *Et quicquid agatis uel uerbis uel factis, id agite tanquam discipuli Christi.* Propter sequens πάντα posset πᾶν sumi pro Nominatio absolute posito: Quod attinet ad omne, quod feceritis uerbis aut factis, omnia facite etc. Quicquid sit, uerbum ποιεῖν, ΠΩΥ, quod interdum opponitur dictis, hic ita laxè fumitur, ut et dicta comprehendat. Nam et qui dicit, agit aliquid. Ἐν ὀνόματι κυρίου Ἰησοῦ, *conuenienter uoluntati ac doctrinae Iesu Christi, s. tanquam discipuli Christi.* εὐχαριστοῦντες — δι' αὐτοῦ) Δι' αὐτοῦ, nempe χριστοῦ, *propter Christum*, i. e. propter beneficia, quae Christus nobis promeruit.

18. ὡς ἀνῆκεν ἐν κυρίῳ) *Distinguendum ὡς ἀνῆκεν, ut ἐν κυρίῳ sit restrictio illius ὑπετάσσασθε, qualis Eph. VI, 1. ὡς ἀνῆκεν, ut aequum est.*

19. καὶ μὴ πικράνεσθε πρὸς αὐτάς) *Neque acerbe, aut amarulenter erga eas uos gerite.* Πικράνεσθε, metaphorice significat *irasci*, et quod hinc proficisci solet, duriter et crudeliter agere. Philo Vit. Mos. I. p. 648. Ε. πάνυ πικρανθεὶς καὶ πληρωθεὶς ὀργῆς δικαίας, *admodum exasperatus et ira iusta repletus.* Neque uerberibus, neque maledictis exasperandam uxorem, docent Hebraei in *Musar*.

20. κατὰ πάντα) *Hoc quoque restringendum, subaudito illo, quod ad Ephesios exprimitur, ἐν κυρίῳ*

21. μὴ ἐρεθίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν) Nempe *nimis duriter tractando*. Ἐρεθίζετε. Synonymum est παροργίζετε Eph. VI, 4. Ἴνα μὴ ἀνθυμῶσιν) *Ne animo concidant, ne animum abiiciant*. Si parentes nimis duri sunt in liberos, hi facile animum abiiciunt, nullaque re illis satis fieri putant.

22. οἱ δέλοι — φοβέμενοι τὸν Θεόν) Idem sensus, et eadem fere uerba Eph. VI, 5. 6. Pro τὸν Θεόν legunt τὸν κύριον optimi codices, cum Versionibus et Patribus haud paucis.

23. καὶ πᾶν — ἕκ ἀνθρώποις) Πᾶν δ, τι ἂν ποιῆτε, sc. *in ministerio uestro*. Ἐκ ψυχῆς, *ex animo*, i. e. lubenter, ὡς τῷ κυρίῳ, καὶ ἕκ ἀνθρώποις, sc. ποιῶντες τῆτο.

24. εἰδότες — τῆς κληρονομίας) Τῆς κληρονομίας est Genitiusus ἐξηγητικῆς. Nam merces est coelestis haereditas, i. e. perpetua possessio.

25. ὁ δὲ ἀδικῶν — ἡδίκησεν) Ἀδικία saepe est omnis generis *malitia* et improbitas. Sic etiam hic ἀδικεῖν est *male agere*. Κομισεῖται, ὁ ἡδίκησεν, metonymice: *Poenas improbitatis feret*.

## CAP. IV.

1. Οἱ κύριοι — παρέχετε) *Bonos et aequos erga seruos uestros uos gerite*. Hebraeis אַרְבָּץ et Hellenistis δίκαιοσύνη saepe *bonitatem* significat. Ἰσότης uero hic est id, quod Hebraeis רַשָׁן, quod cuique conuenit. Exigite operas moderate, uictum et uestitum suppeditate etc.

2. γρηγορῶντες — ἐν εὐχαριστίᾳ) *Inuigilantes iis (precibus) cum gratiarum actione; semper parati estote ad preces cum gratiarum actione.* Γρηγορεῖν saepe de diligenti cura et attentione circa aliquam rem usurpatur. Ἐν εὐχαριστίᾳ, *simul cum gratiarum actione.* Ἐν pro αὐτοῖς. Coniungi debet grata exacti temporis memoria cum futuri postulatione. Ac si quis saepe cogitet beneficia a Deo accepta, Deumque laudet, non poterit officium precandi negligere.

3. ἵνα ὁ θεὸς — τῷ λόγῳ) *Vt Deus mihi det occasionem docendi Euangelium.* Θύρα, *occafio*, ut 1 Cor. XVI, 9. λαλῆσαι — δίδεσθαι) Vterius explicat, quam intelligat θύραν τῷ λόγῳ. Μυστήριον uocatur doctrina Christi, respectu temporum priorum.

4. ὡς δέ τι μοι λαλῆσαι) *Quemadmodum muneri meo est conueniens.* Grotius: Non tantum ut magnum mihi Deus det auditorium, sed et fortitudinem animi, et eloquendi copiam.

5. ἐν σοφίᾳ — ἔξω) Οἱ ἔξω sunt omnes non-Christiani, Iudaei et Ethnici, 1 Cor. V, 12, 13. Cum his uult prudenter uiui, et uitari omnia non necessaria, quae eorum animos possent offēdere. Sequentia uerba explicauimus Eph. V, 16.

6. ὁ λόγος — ἀποκρίνεσθαι) *Sermo uester semper fit iucundus, sale quasi conditus, ut sciatis quomodo uos unicuique (de religione sciscitanti) respondere oporteat.* Ὁ λόγος ὑμῶν, sc. de christiana ueritate et pietate. Pertinet enim hoc ad sapientiam conuersandi cum extraneis, u. 5.

Ἐν

Ἐν χάριτι, sc. esto; gratiae sit plenus ut placeat aliis propter gratiam et uenustatem, quae ei inest; sic ut neminem offendat. Ἀλατὶ ὑγρυμένος, *sapidus*, sapientiae et prudentiae plenus (Matth. V, 13.) ita, ut semper loci, temporum, personarum et rerum habeatis respectum. Hoc statim propriis uerbis declaratur. Εἰδέναι, Infinitiuus uice Gerundii: *Sciendo, quomodo respondere cuique debeatis*, nempe de fide interrogati, et aliis occasionibus. Referenda sunt haec ad iudicia, et consuetudinem cum Iudaeis et profanis gentibus; commendari tamen potest haec uirtus unicuique Christiano.

7. τὰ κατ' ἐμὲ — ἐν κυρίῳ) Eph. VI, 21. Itaque iter Tychicus per Ephesum erat sumpturus in Phrygiam.

9. ὃς ἐστὶν ἐξ ὑμῶν) *Qui est popularis uester*. Nempe ex Phrygia. Phrygia fuisse Onesimum dixit et Theodoretus in illam ad Philemonem, πάντα — ἴδε) Omnia uobis narrabunt, quae in ea urbe, ubi ego uinctus uiuio, fiunt.

10. Ἀρίσταρχος) In Macedonia notus, Act. XIX, 29. XX, 4. XXVII, 2. et pridem ad Christum conuersus, ut et hic, et in Aëtis, et Philem. com. 24. apparet. Nomen commune cum multis eruditis in Graecia uiris. καὶ Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα) Ἀνεψιὸς notat Phrynichus Atticis dici, qui aliis ἐξαδελφοί, i. e. aut patruelses, aut amitini, aut consobrini; nam his tribus uocibus Graeca illa uox in Glossis uertitur. Marcus iam fortior erat factus post id, quod narratur Act. XV, 39. eoque carus iam Paulo 2. Tim. IV, 11. περὶ ἧ ἐλάβετε ἐντολάς) *Quod hunc (Marcum) attinet, accepistis mandata.*

11. καὶ Ἰησοῦς — ἐν περιτομῇ) Σς. ἀσκάζεται ὑμῶν.  
*Iesus dicebatur inter Iudaeos; Iustus inter Romanos. Οἱ*  
*ὄντες ἐν περιτομῇ, genere Iudaei. ἔτοι μόνοι — τῷ*  
*θεῷ) Hi soli (nempe ex Iudaeis) adiutores mihi in Euan-*  
*gelii praedicatione; per quod Euangelium Deus in homi-*  
*nibus regnat perfectius, quam per legem. οἷτινες —*  
*παρηγορία) Παρηγορία, solatium, leuamentum, auxilium.*  
 Pluarchus de auditione: νόσημα παρηγορίας — δεόμενον,  
*morbus ope medici indigens.*

12. ἵνα ᾤητε — τῷ θεῷ) *Vt persistatis perfecti et*  
*plene imbuti cognitione uoluntatis diuinae. De uoce*  
*πληροῦσθαι, cf. supra c. I, 9. Alii sensu fere eodem:*  
*Vt persistatis perfecti et omnibus donis pleni ad omnia*  
*placita Dei implenda. Τέλειος, cf. I Cor. II, 6. Eph.*  
*IV, 13. et alia loca. Πεπληρωμένοι, repleti, pleni, sc.*  
*omnibus donis diuinis sufficienter instructi. Ἐν παντί*  
*θελήματι, i. e. eis πάνθ θελήματα.*

13. ὅτι ἔχει ζῆλον πολλὸν ὑπὲρ ὑμῶν) Pro ζῆλον πολλὸν  
 alii legunt πολλὸν πόνον, sensu fere eodem; nam et πόνος  
 est *studium.* καὶ τῶν — ἐν Ἱεραπόλει) Quae utraque urbs  
 in eadem Phrygia. Fuere et aliae urbes dictae Hierapoles,  
 ut in Syria, in Caria.

14. Λουκᾶς δὲ (αὐτοῦ) Idem Lucas esse uidetur, qui  
 scripsit Euangelium,

15. καὶ Νυμφῶν — ἐκκλησίαν) Ecclesiae domesticae  
 mentio etiam Rom. XVI, 5. I Cor. XVI, 19.



16. καὶ ὅταν — ἐκκλησία ἀναγνωσθῆ) Ἡ ἐπιστολή  
 pro αὐτῇ ἐπιστολῇ, nam hanc ipsam Epistolam intelligit.  
*Curate, ut etiam in Laodicensium ecclesia legatur,*  
 nempe exemplo eo misso, ut mos erat inter Christia-  
 nos. καὶ τὴν ἐκ — ἀναγνώτε) *Et eam, quae ex Laodicea*  
 (ad me) *scripta est, ut legatis.* Non intelligendam esse  
 epistolam a Paulo ad Laodicenses scriptam, monuimus in  
 Prolegomenis. Cf. Michaelis *Introduct.* §. 183. et Kop-  
 pii *Prolegomena ad Epistolam ad Ephesios.* Confin-  
 xit antiquitas epistolam Pauli ad Laodicenses, cuius iam  
 meminit Theodoretus. Graece legitur in Fabricii cod.  
 apocr. N. T.

17. καὶ ἔπατε Ἀρχιεπῶ) Qui Euangelistae munus obi-  
 bat, modo Ephesi, modo aliis in locis docens. Vide-  
 tur autem postremum Colossis functus esse Episcopi mu-  
 nere. βλέπε — πληροῖς) Hebraismus, pro: βλέπε ἵνα  
 πληροῖς ἐν κυρίῳ τὴν διακονίαν, ἣν παρέλαβες. Potest tamen  
 et metathesis, et pleonasmus uocis αὐτὴν euitari, si  
 βλέπε τὴν διακονίαν uertas: *attende ad munus, siue*  
*ministerium.* Sic Arrianus *Diff. Epiſt.* L. III, c. 23. ἀλλ'  
 ἐκεῖνο μᾶλλον ἐβλέπετε, *sed ad hoc potius attenderetis.*  
 Πληρῶν, *bene perfungi. Munus implere pro satisfacere*  
*illi, illo fungi,* Phrasin esse et Graecis usitatam et Latinis,  
 ostendit Kypke ad h. l.

18. ὁ ἀσπασμὸς — Παύλος) Quae hucusque scripta sunt,  
 ea scripta erant scribae manu. Haec uero ad finem usque  
 sua manu scripsit Paulus. Sic 1 Cor. XVI, 21. 2 Theſſ.  
 III, 17.

19. μνημονεύετε μὲ τῶν δεσμῶν) Vos quoque ad mala ferenda parati este, et amate eum, qui gentium causa haec mala sustinet. ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν) *Gratia*, nempe *Christi*, quod alibi additur; quanquam Latinus etiam addit: *Domini nostri*.





# SCHOLIA

IN

## EPISTOLAM I. AD THESSALONICENSES.

---

**T**hessalonica, olim quidem Θέρμη (Therma) dicta, Pauli tempore fuit metropolis Macedoniae sub Romanorum imperio, praesidis Romani et quaestoris sedes. Incolebant hanc urbem praeter Graecos et Romanos, multi Iudaei, ubi etiam habebant Synagogam ualde celebrem, Act. XVII, 1. Quum Paulus, Philippis eiectus (Act. XVI.) in hanc urbem uenisset, persuasit doctrinam suam paucis Iudaeis, pluribus Graecis σεβομένοις, (unum quidem Deum colentibus, non uero circumcisis,) et matronis haud paucis, Act. XVII, 4. Plurima itaque pars coetus christiani constabat hominibus, natiuitate Ethnicis, 1 Thess. I, 9. Iudaei uero tantos ciebant motus, ut Apostolus, peracto trium hebdomadam spatio, cum Sila exire ex urbe et Beroeam confugere cogeretur, u. 10. Mox autem Paulus relictiis Beroeae Sila et Timotheo, quos tamen breui ad se redituros sperabat, peruenit Athenas. Quum uero illi diutius cunctarentur, abiit Corinthum, ubi quum esset, redierunt denique Timotheus et Silas quos iam expectauerat Athenis, Act. XVIII, 5. coll. 1 Thess. III, 6.

Corinthe degit Paulus per annum et sex menses, et eo ipso tempore, a. Chr. circiter 54. uidetur scripta esse prior ad Theſſalonicenſes Epiſtola; quod uel exinde patet, quod Timotheus tum, quum haec ſcriberet Apoſtolus, nuper ad eum rediſſe dicatur, I Theſſ. III, 6. ut igitur falſa ſit ſubſcriptio, Athenis ſcriptam eſſe perhibens.

Quo tempore et loco altera ad Theſſalonicenſes epiſtola ſit ſcripta, certo definiri haud poteſt; ſcriptam tamen eſſe poſt illam, quae nobis prior dicitur, non ante eam, ut Grotius uoluit, res ipſa oſtendit, quum poſterior haec epiſtola clariffima ueſtigia litterarum, ab Apoſtolo poſt diſceſſum a Theſſalonicenſibus ad eodem perſcriptarum, continere uideatur. Num uero breui, an multo tempore poſt illam priorem, num Corinthe, an poſt diſceſſum a Corintheiſis ſcripta fuerit, non conſtat.

## CAPUT I.

I. Παῦλος — Τιμόθεος) *Siluanus* idem eſt, qui et *Silas* dicitur, comes itinerum Pauli per Aſiam minorem et Graeciam, inde ab itinere Hieroſolymitano Act. XV. commemorato. Cf. Act. XV, 22. XVI, 19. XVII, I. 10. Hunc et Timotheum Paulus ſibi in Macedoniam aſſumerat. Et ideo hic eorum nomina addidit, quod iam noti eſſent illis Theſſalonicenſium, qui ex gentibus erant conuerſi, Pauli opera. τῆ ἐκκλησίᾳ — Ἰησοῦ χριστοῦ) Subintelligendum hic eſſe aliquid, clarum eſt. Ἐν poteſt ſignificare *per*, ut ſenſus ſit: *Coetui chriſtiano Theſſalonicenſium, qui per Deum Patrem et Dominum I. Ch. perductus eſt ad fidem.* Poteſt etiam ſuppleri εἰς, qui *coetus iunctus eſt Deo Patri*

tri et Domino I. Ch. ut ἐν χριστῷ εἶναι. Vtrum eligas, perinde est.

2. εὐχαρισῆμεν — προσευχῶν ἡμῶν) Eadem fere formula utitur Apostolus Rom. I, 8. 9. Eph. I, 16. Philem. u. 4. Πάντοτε, sicuti ἀδιαλείπτως u. 3. ex populari loquendi usu pro πολλάκις.

3. ἀδιαλείπτως — καὶ πατρὸς ἡμῶν) Perpetuo enim in memoriam reuocamus nobis uestrum religionis studium, assiduitatem declarandi uestrum erga alios amorem et constantem spem, quam collocatis in Domino nostro Iesu Christo, sinceram. Μνημονεύοντες, pro μνημονεύομεν γὰρ. Ἔργον πίστεως, occupatio religionis, i. e. studium quod aliquis impendit religioni. Ὁ κόπος τῆς ἀγάπης, beneuolentia erga alios, quae omnis generis molestias libenter suscipit, ut aliis possit prodesse. Ἐπιμονὴ τῆς ἐλπίδος, pro ἐλπίς ὑπομενῶσα, spes perdurans atque constans. Ἐμπροσθεν τῷ Θεῷ καὶ πατρὸς ἡμῶν Syrus connectit cum μνημονεύοντες, non male. Referrī tamen possunt haec uerba etiam ad illas uirtutes, quas modo commemorauerat, ut Paulus eas significet esse ueras atque sinceras; nam Hebraico loquendi more coram Domino fieri dicitur, quod fit sincere atque diligenter.

4. εἰδότες — τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν) Meministis enim ipsi, fratres a Deo dilecti, quam insigni Dei beneficio ad religionem Christi adducti sitis. Εἰδότες per ἀνακάλυθον orationis referri potest ad Thessalonicenses, pro: οἴδατε γὰρ ὑμεῖς. Ἠγαπημένοι ὑπὸ Θεοῦ sunt iungenda, 2 Theff. II, 13. Col. III, 12. Τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν. Ἐκλέγεσθαι, cum deriuatis ἐκλογὴ, ἐκλεκτός, exprimit infirmam

gnem quandam erga certos homines amorem, praecipue autem illud beneficium, quo homines ad religionem Christi, atque cum ea coniunctam felicitatem a Deo adducuntur, Eph. I, 4. Sic etiam uocibus בְּחֹרֶךְ et בְּחֹרֶךְ exprimi solet Hebraeorum dignitas, qua erant populus Dei. Ies. XLIV, 1. 2. Pf. CV, 6. Posset etiam ob sequentia hic sensus constitui: *Meministis, qua ratione perduxi stis ad Christi religionem; i. e. quibus argumentis persuasi, ad hanc felicitatem perueneritis, quod nunc estis Christiani.*

5. ὅτι τὸ εὐαγγέλιον — πληροφορία πολλῇ) *Nam doctrinam nostram persuasimus uobis non tantum institutione, sed et miraculis, et Spiritus Sancti donis, et multis firmissimis argumentis.* Εἰς ὑμᾶς, pro ἐν ὑμῶν, uel potius simpliciter pro ὑμῶν, Hebr. כִּדְבָר. Λόγος, *institutio, quae fit ore.* Δύναμις καὶ πνεῦμα ἅγιον, *uis et spiritus sanctus, i. e. cotes diuinae, quae se exferebant in Paulo, dum patrauit miracula, quibus legationem suam diuinam comprobauit.* Πληροφορία, Hesych. βεβαίωσις, *confirmatio, argumentorum pondus, Phil. I, 7. certitudo.* καθὼς διδάτε — δι' ὑμᾶς) *Scitis ipsi, quales fuerimus inter uos, quae fata mea fuerint apud uos, idque uestri causa, ut nimirum uos ad religionem perduceremus.*

6. καὶ ὑμεῖς — πνεύματος ἀγίου) *Vos autem imitati estis nos et Dominum in eo, quod recepistis hanc doctrinam inter calamitates multas, lubentissime.* Respicit Paulus ad calamitates, quas magna cum animi constantia, et in Deum fiducia pertulerant Thessalonicenses, Act. XVII, 5. 9. In eo, quod mala perpessi sunt, imitati sunt non tantum Apostolum, sed et ipsum Christum, qui a populo suo grauissime uexatus,

uexatus, omnes iniurias sibi illatas fortiter pertulit. Sic Thessalonicenses statim post susceptam Euangelii doctrinam a popularibus suis persecutiones sustinuerunt. Μετὰ χαρᾶς πνεύματος ἁγίου, cum gaudio magno, cum laetitia quae esset a Spiritu s. effecta, siue nata ex Euangelio, quod Paulus Thessalonicensibus tradidisset.

7. ὡσε — τῆ Ἀχαΐα) Ita ut exemplar facti fueritis omnibus Christianis in Macedonia et Achaia. Τύπος exemplar. Οἱ πιστεύοντες, Christiani.

8. ἀφ' ὑμῶν γὰρ — ἐξηγήθειν) Ex uobis enim non tantum doctrina christiana dimanauit in Macedoniam et Achaiam, sed et ubique locorum percrebuit fama de fide uestra erga Deum. In prioribus uerbis est transpositio. Recta constructio fuerat: ἂ μόνον ὁ λόγος τῆ κυρίας ἀφ' ὑμῶν ἐξήχηται ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ τῇ Ἀχαΐᾳ. Ὁυ μόνον non ad ἐν τῇ Μακεδ. sed ad uerbum ἐξήχηται referendum est. Ἡ πίσις autem est pro ἡ φήμη τῆς πίσεως. Multi ex Thessalonica mercatores per Graeciam omnem negotiabantur. Per hos fama de religione Thessalonicensium latius sparsa est. Ἐξήχηται ὁ λόγος, doctrina Christi personuit, i. e. libere et palam tradita est. Exemplum uestrum incitauit Macedones et Achaeos, ut et ipsi religionem susciperent. Ἐν παντὶ τόπῳ, populariter dictum, pro: quocumque tandem uenerim. ὡσε μή — λαλεῖν τι) Nihil opus est, me praedicare, quales erga Euangelium fueritis. Res notiam est omnibus.

9. αὐτοὶ γὰρ — πρὸς ὑμᾶς) Ipsi enim narrant qualis fuerit successus muneris nostri apud uos. Ἄυτοὶ, i. e. qui in omnibus sunt locis; quanquam enim id nomen non praecessit,

cessit, tamen ex illo ἐν παντὶ τόκῳ satis intelligitur. Est constructio κατὰ τὸ σημαίνόμενον. Εἴσοδος, ingressus; h. l. est successus muneris Apostolici apud Thessalonicenses. καὶ τῶς — ἀληθινῶ) Ἐπεσρέψατε hic habet uim reciproci, Luc. XVII, 4. Αἴτ. III, 19. Alloquitur eos, qui ex gentibus erant. Ἐπεσρέψασθαι πρὸς τὸν Θεόν h. l. est transire a paganismo ad christianismum, mutare de religione persuasionem uel religionis professionem. Δαλέυειν, (pro εἰς τὸ δαλέυειν) τῷ Θεῷ, colere Deum, parere Deo. Θεὸς ζῶν, Ἰησοῦς, opponitur idolis uita destitutis. Θεὸς ἀληθινός, Deus uerus, opponitur fictis illis, quales Neptunus, Iupiter etc.

10. καὶ ἀναμείνιν — Ἰησοῦν) Transpositio, pro: Ἰησοῦς, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. Adduntur haec, ut indicetur, Thessalonicenses firmiter persuasos esse de ueritate religionis. τὸν βυβόμενον — ἐρχομένης) Qui liberabit nos a poenis, quae improbis infligentur. Et hic praefens pro futuro bis: βυβόμενον, pro βυβόμενον, deinde ἐρχομένης, pro uenturae. Ὁργή hic, ut saepius, poenam significat.

## CAP. II.

1. Ἄυτοί — κενὴ γέγονεν) Ipse scitis, nos non uano confilio ad uos uenisse. Γὰρ h. l. est particula transeundi. Τὴν εἴσοδον — γέγονεν, pro: ὅτι ἡ δίσσδος ἡμῶν, ἡ πρὸς ἡμᾶς, εἰ κενὴ γέγονεν. Κενὸν, ῥῆγ, μάταιον, uanum. Non uani honoris uel opum acquirendarum studio ad uos uenimus, ego, Silas et Timotheus, quos etiam in docendi munere sibi adiungit Paulus, ut 2 Cor. I, 19.

2. ἀλλὰ,



2. ἀλλὰ, προταθέντες — ἐν πολλῷ ἀγῶνι) *Immo uero, quum paullo ante Philippis grauissimas iniurias et contumelias perpeffi essemus, sicut nostis, tamen Deo nostro confisi libere docuimus uos religionem diuinam, in magnis periculis.* Paulus et Silas uirgis caesi, et in carcerem coniecti fuerant Philippis, Act. XVI, 22. sqq. Ἐν τῷ Θεῷ ἡμῶν, *Deo nostro confisi.* Ἐπαρρησιασάμεθα λαλῆσαι, *libere docuimus.* Ἀγῶν, metonymice est *periculum*. Sic et Graeci dicunt: ἀγῶν πρόφασιν ἐκ ἀναμένει, *in periculo non est cunctandum.* Cf. Col. I, 29.

3. ἡ γὰρ παράκλησις — ἐν δόλῳ) *In religione institui-  
mus uos, nec errore decepti, nec ex improbis consiliis, nec  
fraude adhibita.* Ἡ παράκλησις ἡμῶν ἐκ sc. γέρονε, hebraica  
constructione, pro: ἡ γὰρ ἡμεῖς παρεκαλέμεν ὑμᾶς. Παρα-  
καλεῖν autem est *docere*, et *παράκλησις doctrina*, quo  
sensu ap. Philonem occurrit. Vid. Loesn. ad h. I. Πλάνη,  
*error*, quo decipimur ipsi. Ἐξ ἀκαθαρσίας consiliis im-  
probis, e. g. ut opes corraderemus, gratiam hominum capta-  
remus etc. Ἀκαθαρσία, פְּחַדוֹת, הַבְּבֵן, saepissime de  
*qualibet animi morumque prauitate* dicitur, infra IV, 7.  
cf. Ezech. XXXIX, 24. Ἐν δόλῳ, *fraude adhibita.*

4. ἀλλὰ, καθὼς — λαλῶμεν) *Sed ita docemus Euan-  
gelium, sicut Deus pro suo in nos fauore nobis id commisit.*  
Nihil adulteramus. Nihil tradimus, nisi quod uere diuinitus  
edocti sumus, nec malis artibus utimur, sed tantum uolun-  
tati diuinae obsequimur. Constructio planior esset: ἐδοκί-  
μασε ἡμᾶς ὁ Θεός. ὥστε πιστεύειν ἡμῖν τὸ εὐαγγέλιον. εἶχ' ὡς —  
τὰς καρδίας ἡμῶν) Ἀρέσκοντες, PRO ζητῶντες ἀρέσκειν. Ani-  
morum

morum humanorum scrutator saepissime uocatur Deus in V. et N. T.

5. ἔτε γάρ ποτε — πλεονεξίας) *Nunquam enim uel adulatorum fuimus, ut scitis, uel lucri causa inter uos uersati sumus.* Λόγος κολακείας est ipsa κολακεία, quemadmodum λόγος πορνείας Matth. V, 28. ipsa πορνεία. Vox πρῶφασις abundat, nec est necessarium, ut accipiatur de auaritia accusatione, quam fortasse Apostolus effugere propter quorundam malevolentiam non potuit. Sic νόσος πρῶφασις pro ipso morbo haud raro occurrit, ut Loesnerus docet.

6. ἔτε ζητῶντες — ἄλλων) Participium pro tempore finito ἐζητήσαμεν. *Neque laudem et gloriam apud quemquam hominum unquam captauimus.*

7. δυνάμενοι — ἀπόστολοι) Ἐν βάρει εἶναι, sc. ὑμῶν, idem quod βαρὺν εἶναι, ἐπιβιβρεῖν, u. 9. cf. u. 5. *Potuissemus uobis in onere, i. e. molesti esse, quum nempe ius haberemus uiuendi uestro sumtu.* Qui id non facit, dicitur se feruare ἀβαρῆ, 2 Cor. XI, 9. ἀλλ' ἐγενήθημεν — τὰ ἑαυτῆς τέκνα) *Benigni admodum fuimus erga uos, sicut nutrix mater tenerrimo amore prosequitur liberos suos.* Ἀλλὰ hic abundat, more hebraeo. Ἡπιος, *benignus*, qui de iure suo cedit, ut parcat aliis, quos amat. Homer. Odyss. β. 47. πατὴρ δ' ὡς ἠπιος ἦεν. Τροφὸς, *nutrix*, eademque h. l. mater. Sic Gen. XXIV, 59. Aquila τετθῆ. Symmachus τροφὸς habet pro Hebraico תרבה. Θάλπειν, proprie est *calescere*; unde eleganter ad omnem nutriendi, fouendi, educandique curam transfertur, quam matres, aut nutrices infantibus adhibent. Neque minus eleganter apud eundem

eundem Iosephum L. IV. de B. I. cap. III. §. 14. θαλάμβανοι ἄλιθοι dicuntur, qui spe aluntur et sustentantur.

8. ἕως ἡμετέρων — ψυχὰς) Sic amore uestri flagrantes, lubenter uobis non tantum diuinam doctrinam tradidimus, sed etiam ad uitam impendendam parati fuimus. Verbum ἡμείρεσθαι proprie significat, desiderio alicuius flagrare, deinde simpliciter amare. Iulius Pollux L. V, c. 47. dicit: τὸ ἡμείρω ποιητικόν. Occurrit tamen etiam apud Profanos. Sic Aelian. hist. animal. L. XIV, c. 25. ἄν ἡμείρει, τήτοις ἐντυχῶν ἀθροίς, iis, quae cupit, abunde obuiam factis. Hesych: ἡμείρεται, ἐρά. Ἐυδοκεῖν, cum Infinit. constructum, est: lubenter aliquid facere, promptum esse ad aliquid, Rom. XV, 26. 2 Cor. V, 8. Τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, per σύλληψιν, nam μεταδύναι de Euangelio proprie dicitur; de uita per Metonymiam quandam.

9. μνημονεύετε — τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ) Κόπος et μόχθος sunt Synonyma. Νυκτὸς καὶ ἡμέρας, populariter dictum, pro: assidue, studio indefesso. Ἐπιβαρῆσαι cf. supra u. 7. 2 Cor. XII, 16. Εἰς ὑμᾶς, pro ὑμῖν.

10. ὑμεῖς μάρτυρες — ἐγενήθημεν) Versati sumus, ut u. 5. 7. Ὁσίως uulgo ad Deum referunt; δικαίως, ad actiones, quae ad societatem pertinent; ἀμίπτως ad ea, quae seorsim quemque spectant. Sed uidentur esse Synonyma, ad uim orationis augendam inuicem iuncta.

11. παρακαλῶντες — παραμυθούμενοι) Sc. ἴσμεν, uel pro παρακαλέσαμεν καὶ παρεμυθασάμεθα. Hoc idem ualet de Par-

incipio μαρτυρούμενοι, u. 12. Inest in his uerbis synonymis, uis *cohortandi, admonendi*, cohaerentque omnia sequentibus εις τὸ περιπατήσαι.

12. καὶ μαρτυρούμενοι — καὶ δόξαν) Μαρτυρεῖσθαι, hebr. וְיָגִיד, *obtestari aliquem*, i. e. *uehementius rogare et cohortari*, Deut. XXXII, 46. Περιπατήσαι ἀξίως τῷ Θεῷ, *uitam agere Deo probatam*. Βασιλεία καὶ δόξα, Hendyad. pro βασιλεία ἔνδοξος, *regnum gloriosum, felicitatis plenum*.

13. ὅτι παραλαβόντες — τοῖς ακοῦσιν) In uerbis: λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν τῷ Θεῷ, est traiectio, pro: λόγον ἀκοῆς τῷ Θεῷ. Λόγος ἀκοῆς, *doctrina audita*, simpliciter est pro λόγος, uel ἀκοή. alterutro redundante. Παραλαμβάνειν, *discere, edoceri*. Ὅς alii ad Θεῷ, alii ad λόγον referunt, sensu fere eodem. Ἐνεργεῖσθαι actiue accipiendum, *agere, operari*, Eph. III, 20. Gal. V, 6. Rom. VII, 5.

14. ὑμεῖς γὰρ — χριστῷ Ἰησοῦ) Vos enim, fratres, imitatores fuistis ecclesiarum Dei, quae in Iudaea ad religionem christianam accesserunt. Cf. c. I, i. Coetus Christianorum Iudaici, s. Palaestinenfes, Iudaeorum odia magis experti sunt, quam ecclesiae regionum ceterarum Asiaticarum et Europaearam; nam Iudaei praecipue erant ii, qui Christianos persequebantur. ὅτι τὰ αὐτὰ — συμφυλετῶν) Quoniam eadem perpeffi estis etiam nos a uestris popularibus, qualia et illi a Iudaeis. Συμφυλεταί, *populares, δμῶσθ-νοί*, ut Hesychius interpretatur. Graeci φῶλα dicunt pro ἰδνη. *Populares* intellige a Iudaeis concitatos magistratus,

et

et plebem Theſſalonicenſium ethnicam, ut ex oppoſito Ἰουδαίων apparet.

15. καὶ θεῶν — ἰναντιῶν) *Qui Deo ſunt inuiſi, atque erga homines omnes infeſti.* Οἱ θεῶν μὴ ἀρέσκοντες, ſunt θεοσυροῖς, quomodo eos *Iosephus* in horum temporum hiſtoria appellat. Poſteſt etiam ἀρέσκειν accipi pro ζητεῖν ἀρέσκειν, ut ſupra u. 4. *Non ſolliciti ut Deo probentur.* De hoſtili Iudaeorum aduerſus omnes alios homines odio uid. Tacit. Hiſt. V, 5. Philoſtr. Apollon. L. V, c. 33. et Iuuenal. Satyr. XIV, 103. 104.

16. κωλύοντων — σωθῶσιν) Τοῖς ἔθνεσι λαλήſαι, i. e. τὰ ἔθνη διδάſκειν. εἰς τὸ — πάντοτε) *Vt peccatis ſuis cumulum addant.* Hoc nempe reſtabat, ut menſuram facinorum ſuorum implerent. εἰς τὸ, ut ſaepe ἴνα, eſt ἐκβατικόν. Ἀνακληρῶν τὰς ἀμαρτίας, pro πληρῶν μέτρον ἀμαρτιῶν, Matth. XXIII, 32. cf. Gen. XV, 16. ἔφθαſſε — εἰς τέλος) *Enimvero prope eſt ipſorum poena grauiſſima, excidium nempe gentis, futuri iudicii imago.* Ἐφθαſſε ſenſum habet praefentis, ut Matth. XII, 28. Rom. IX, 31. Ἡ ὄργη εἰς τέλος, poena grauiſſima, כלל עו, Dan. IX, 27. Poſſumus etiam uertere: *Poena ad extremum ingruit in eos.* φθάνει hic non eſt praecurrere, ſed uenire, et φθάνει ἐπὶ τινα, uenire ad aliquem, ut Matth. XII, 28. Ἐἰς τέλος, ad extremum, tandem, aliquando.

17. ἡμεῖς δὲ — καιρὸν ὥρας) *Erepti uobis, (ut pater filioliſ) ad breue tempus.* Parentes dicuntur ἀπορφανίζεſθαι, quam liberorum amplexibus eripiuntur. Paulus uero ſupra u. 7. et 11. cum nutrice ſe comparauerat et patre. Πρὸς καιρὸν ὥρας, idem quod πρὸς ὥραν, πρὸς

καιρῶν, *ad tempus*. Theodoret: πρὸς ἄλιγον. περισσοτέρως — ἐπιθυμία) Construe: περισσοτέρως ἐσπεδάσαμεν ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ etc. pro ἐκτενῶς ἐπεθυμήσαμεν καὶ ἐσπεδάσαμεν, *summo studio flagrauimus, uos uidere*.

18. διὰ ἡθελήσαμεν — καὶ δις) *Plus una uice, saepius*, **ΟΠΩΙ ΟΥΘ** Nehem, XIII, 20. Phil. IV, 16. Ἐγὼ μὲν Παῦλος. Hoc ideo addit, quod sciret, Timotheum et Silam constituuisse *semel*, proficisci ad Thessalonicenses. De se autem dicit, plus una uice sibi id fuisse propositum. καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ Σατανᾶς) Καὶ, hebr. ו, *sed, enimuero*. Ὁ Σατανᾶς, hebr. שָׁטָן, cum terminatione Syriaca, *quilibet aduersarius*, I Reg. XI, 14. 25. deinde uero κατ' ἐξοχὴν *princeps daemonum improborum*. Quicquid religioni et uirtuti aduersatur, id ad malignos spiritus, uel ad eorum principem refertur. I Cor. VII, 5. Eph. II, 2. Apocal. XX, 3. 7. 8.

19. τίς γὰρ ἡμῶν — αὐτῷ παρυσίᾳ) Construi haec sic debent: τίς γὰρ ἡμῖν ἐλπίς, ἢ χαρὰ, ἢ σέφανος καυχήσεως ἔμπροσθεν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ ἐν τῇ αὐτῷ παρυσίᾳ, ἢ ἐχὼ καὶ ὑμεῖς; Quid est, unde praemium sperabo, uere gaudebō, quo ornabor, stans coram Christo in eius aduentu? Nonne inter alios et uos id estis? Στέφανος καυχήσεως, i. e. σέφανος, ἐν ᾧ καυχῆσομαι. Corona est honoris signum. Dicit igitur Apostolus, Thessalonicenses maximo sibi fore honori die extremo. Καὶ ὑμεῖς, *etiam uos*, inter ceteros Christianos, uestri similes constantia et uirtute. Παρυσίαν Ἰησοῦ h. l. esse aduentum Iesu *extremum*, nemo non uidet.

20. ὑμεῖς γὰρ — ἢ χαρὰ) *Vos mihi affertis honorem et gaudium*, qui me doctore ad religionem ueram et omnium uirtutum studium perducti estis.

### CAPUT III.

1. Δὶδ μηκίτε — ζέγοντες) *Quapropter diutius sustinere non potui*, me nempe ignarum esse rerum uestrarum. Στήγειν *tegere, capere, portare*, h. l. autem, ut 1 Cor. IX, 12. significat *ferre, sustinere*. εὐδοκήσαμεν — μόνοι) *Malui solus manere Athenis*. De hac constructione uide supra II, 8. Triste hoc, sed tamen hoc libenter feci, uestri causa.

2. τῶν ἀδελφῶν — τῷ χριστῷ) *Dei ministrum, mibi que adiutorem inprimis carum in tradenda religione christiana*. Ἀδελφῶν uocat Timotheum, amoris significandi causa. Διάκονος Θεοῦ, quiuis religionis minister, et tribuitur hoc nomen ipsis etiam Apostolis, 1 Cor. III, 5. εἰς τὸ κηρῖται — τῆς πίστεως ὑμῶν) *Vt confirmaret uos in fide uestra, et consolaretur uos*. Παρακαλεῖν saepe est *διδάσκειν*, saepe etiam *consolari*, ut u. 7. Πίστις, religio ipsa.

3. τῷ μηδένα — ταύταις) *Vt nemo perturbetur per has calamitates*. Τῷ, pro εἰς τὸ, utroque enim modo uertitur ὧ hebraeum. Σαίνειν proprie de motu caudae in canibus dicitur, indeque ad *adulationem* transfertur, quam significationem nonnulli hic retinent. Sed σαίνεσθαι usurpari etiam de *commotionibus* animi *tristioribus*, dubio caret; et hanc significationem h. l. adiecta uerba ἐν ταῖς θλίψεσι suadent. Apud Diogenem Laërtium L. VIII, c. 1. §. 21. Pythagoras squalidus et macie confectus ab inferis rediisse, et quae ibi sibi euenissent, concioni narraffe dicitur, adie-

etis uerbis: *οἱ δὲ σαινώμενοι τοῖς λεγομένοις, ἰδάκρυθον τε καὶ ᾤμιζον, illi uero per haec uerba consternati, in lacrymas et gemitus erumpebant.* Ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις, ad calamitates referendum est, quas et Apostolus et Thessalonicenses perferebant. *ὅτι εἰς τὸ τοῦτο κείμεθα*) *Nam ad hoc destinati sumus.* Est formula uitae communis, qua significatur, hoc uel illud euenire, dirigente prouidentia. *Sic fert sors nostra.* Luc. II, 34. Loquitur Paulus de se et Thessalonicensibus.

4. καὶ γὰρ — καὶ ἵδασθε) Πρὸς hic est *apud*, ut Io. I, 1. Quum dicit *μέλλομεν*, ostendit, praedicta a se mala, tum quae sibi, tum quae Thessalonicensibus erant euentura, ut minus commouerentur re praemeditata. Io. XIII, 19. Act. XIV, 22.

5. μήπως — πειράζων) Ante *μήπως* subintellige *φοβόμενος*, metuens. Ὁ πειράζων, Participium pro uerbali, ὁ πειραστής, hebr. *סוּסַנְה*, nomen proprium Satanae, Matth. IV, 1. 3. 1 Cor. VII, 5. *Πειράζειν*, ad peccandum sollicitare, h. l. ita sumitur, ut effectum destinatum tentatori includat. Defectio inprimis a religione ad Satanam refertur. Cf. ad c. II, 8. καὶ εἰς — ἡμῶν) Ita ut labor noster in uobis instituendis in uanum ceciderit. *εἰς κενόν*, קִרְוָה.

6. ἄρτι δὲ — ἀφ' ὑμῶν) *Quum uero iam a uobis ad nos redierit Timotheus.* Ἄρτι, iam, nunc, ut Matth. IX, 18. καὶ εὐαγγελισαμῆναι — ἀγάτην ὑμῶν) *Et laetum nuntium de uestra fide et beneuolentia nobis attulerit.* Ἐυαγγελίζεσθαι h. l. sumitur in communiore significato, qui respondet Hebraeo *בָּשַׂר*, *laetum nuntium afferre.* ὅτι ἔχεται



ἔχετε — πάντοτε) *Vos semper adhuc mei esse memores in bonam partem.*

7. διὰ τῆτο — ὑμῶν πίσεως) *Huius rei causa recreatus sum animo, fratres, in omni afflictione et calamitate mea, uestri causa inquam, et per fidem uestram.* Διὰ τῆτο, propter ea, quae (u. 6.) Paulo de Theſſalonicenſibus nunciata fuerant. In hoc etiam commate est transpositio, Paulo solemnis. Nam recta constructio fuerat. Ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει καὶ ἀνάγκῃ ἡμῶν παρεκλήθημεν ἐφ' ὑμῶν, διὰ τῆς ὑμῶν πίσεως. Laetus nuncius de uobis et de uestra perseverantia in fide et religione recreavit animum meum, et afflictioni meae quasi remedium attulit. Ἐφ' ὑμῶν, quoad sensum redundat; idem enim mox planius dicitur διὰ τῆς ὑμῶν πίσεως. Ἀνάγκῃ, hebr. נצ, *afflictio*. Etiam Graecis ἀνάγκῃ interdum est βάσανος, et refertur ad mala omnia, imprimis grauiora. Διὰ τῆς πίσεως ὑμῶν, per nuntium de fide uestra.

8. ὅτι νῦν — κυρίῳ) Ζῆν, *uiuere*, ex populari omnium linguarum usu, interdum est: *uitam laetam agere*. Στήκειν ἐν κυρίῳ, i. e. ἐν τίσει τῷ κυρίῳ, *perstare in religione*.

9. τίνα γὰρ — τῷ θεῷ ἡμῶν;) i. e. *Quomodo gratias (dignas sc.) agere possumus etc.* Ἐμπροσθεν τῷ θεῷ ἡμῶν, iunge τῇ χαρᾷ, et intellige *laetitiam piam, uel sinceram*. ἢ χαίρομεν δι' ὑμᾶς, *quam capio e uobis*.

10. νυκτὸς — δεόμενοι) *Indefinenter igitur rogo Deum ardentissimis precibus*. Δεόμενοι, pro δεομαι, *Deum sc.*

quod hic subauditur. Ἐπερεκπερισσῶς, vox λυξυτική, ut infra c. V, 13. Eph. III, 20. *ardentissimis precibus.* καὶ καταρτίσαι τὰ ὑπερ. τ. πίστεως ὑμῶν) *Et supplere, si quid ad fidem uestram perficiendam requiritur.* Καταρτίζουσιν, i. e. προσανακληρῶν, 2 Cor. IX, 12. Col. I, 24. Ἐσέρημα, cf. Col. I, 24. Est autem *defectus religionis*, si Christiani adhuc nonnulla ignorant, quae ad religionem pertinent, si de ueritatibus ad aeternam salutem scitu necessariis, dubitant etc. Sensus idem, qui Rom. I, 11.

11. καταρθῆναι — πρὸς ὑμᾶς) i. e. *Faciat, ut mox ad uos uenire possim*; tollat impedimenta itineris ad uos.

12. ὑμᾶς δὲ — καὶ ἡμῖς εἰς ὑμᾶς) *Dominus autem noster augeat amorem uestrum erga uos inuicem, et erga omnes, sicut et nos amamus uos.* Πλεονάζειν et περισσεύειν h. l. actiue sumitur, pro *augere*. Cf. 2 Cor. IX, 8. Καθάρτερ καὶ ἡμῖς εἰς ὑμᾶς, ἵς ἀγάπῃ πλεονάζομεν καὶ περισσεύομεν.

13. εἰς τὸ ζηρεῖται — πατρὸς ἡμῶν) *Ad confirmandos animos uestros in sanctitate inculpatos coram Deo et Patre nostro in aduentu Domini nostri Iesu Christi, cum omnibus sanctis eius.* Ἐν ἀγιωσύῃ cohaeret cum uerbis εἰς τὸ ζηρεῖται ὑμῶν τὰς καρδίας, et ἀμέμπτως cum uerbis ἔμπροσθεν τῆ θεῷ κ. τ. λ. Nam per charitatem et mutuam beneuolentiam (u. 12.) confirmantur animi in sanctitate et uera uirtute, et sic fiunt inculpati coram Deo et Patre nostro. Tales autem nos esse, apparebit manifestissime in aduentu Domini. Verba μετὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ referri possunt uel ad ἀμέμπτως, (inculpatos, sicuti sunt omnes sancti et cultores

tores ueri Dei et Domini Iesu Christi,) uel ad uerba ἐν τῇ παρουσίᾳ κ. τ. λ. (quum Christus adueniet cum omnibus sanctis, i. e. angelis suis.) Tum δι' ἄγγελοι sunt *angeli*, quos Christo olim redituro comites futuros esse, perpetua est Iesu et Apostolorum doctrina. Matth. XVI, 27. XXV, 31. 2 Theff. I, 7.

## CAP. IV.

I. Τὸ λοιπὸν — περισσεύετε μᾶλλον) Τὸ λοιπὸν locutio properantis ad finem, ut 2 Cor. XIII, 11. Gal. VI, 17. et aliis locis. Ἐρωτᾶν saepius est *rogare, praecari*, ut infra V, 12. Io. XIV, 16. Παρακαλῶμεν ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ, *obtestamur uos per Dominum Iesum*, uel ex *auctoritate Domini Iesu*. Καθὼς παρελάβετε — περισσεύετε μᾶλλον, ita construe: Ὡς καθὼς παρελάβετε — ἕτως περισσεύετε μᾶλλον, *ut magis magisque seruetis ea, quae uobis tradidi praecepta, quomodo deceat uos instituere uitam, ut placeatis Deo.*

2. διδάτε — Ἰησοῦ) Παραγγελία, ΠΙΣΤΗ, *praeceptum*, ut Actor. XVI, 24. Διὰ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, sc. accepta, uel ex auctoritate Iesu.

3. τῆτο γάρ — ὁ ἀγιασμός υμῶν) Γὰρ, *nempe*. Ὁ ἀγιασμός υμῶν, i. e. ἀγίος εἶναι ὑμᾶς, *ut fitis probi*; nam ἀγιασμός, ut ἀγιοσύνη est *animi uitaeque innocentia omnis*. Rom. VI, 19. 22. Hoc autem loco ὁ ἀγιασμός nominatim uidetur esse *castitas*, propter sequentia. ἔτιχρηθαι ὑμᾶς ἐπὶ τῆς πορνείας) Tangit specialiter ea peccata, quibus Graeci, et Thessalonicenses etiam prae ceteris indulgere solebant.

4. εἰδέναι — καὶ τιμῆ) *Vt quisque uestrum studeat ser-  
uare corpus suum in puritate et honestate.* Σκεῦος uo-  
catur corpus 2 Cor. IV, 7. Κτᾶσθαι non tantum est  
possidere, acquirere, sed interdum etiam seruare, conseruare,  
ut Luc. XXI, 19. κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Conser-  
uat corpus in puritate, qui eo caste utitur. Aliis σκεῦος  
est uxor, quae Scriptoribus Iudaicis uocatur 'שׁוּב, σκεῦος  
ἄνδρος. Cf. Koppe ad h. l. *De castitate seruanda* sermo-  
nem esse, omnes interpretes consentiunt.

5. μὴ ἐν πάθει — τὸν θεόν) Πάθος et ἐπιθυμία  
dicitur de omnibus cupiditatibus prauis, Gal. V, 20. Πά-  
θος tamen inprimis est *lasciua*, Col. III, 5. unde παθικοί,  
*nefandae libidini indulgentes.* Καθάτερ τὰ ἔθνη. A  
Graecis et Romanis haec peccata nihili facta esse, constat.

6. τὸ μὴ ὑπερβάλλειν — ἁδελφὸν αὐτῷ) *Ne quis peccet,  
et fratri suo in hac re (scortatione) iniuriam faciat.* Ὑπερ-  
βάλλειν, sc. τὸν νόμον, peccare. Πλεονεκτεῖν, *quaestus  
faciendi causa iniquè agere*, 2 Cor. VII, 2. XII, 17. 18.  
in uniuersum autem *nocere* alteri cum suo emolumento.  
Τὸ πρᾶγμα, *res, negotium*, res quaelibet, quam alter cum  
altero habere possit, non tantum *commercium*, quod esset  
πραγματεία. Hoc loco ἐν τῷ πράγματι dicitur pro: ἐν τέρῳ  
τῷ πράγματι, *in hac re*, de qua sermo est. Fuerat autem  
sermo de scortatione. Iniuriam uero in hac re facit alteri  
qui coniuge eius abutitur ad satiandam suam cupiditatem.  
διότι — διαμαρτυράμεθα) Ἐκδικος δὲ κύριος, sc. ἔσται i. e.  
ἐκδικήσει, *punit.* Πάντων τούτων, *omnia eiusmodi flagitia.*  
Διαμαρτύρεσθαι, *obtestari grauitèr, additaque poena-  
rum diuinarum comminatione admonere.* Cap. II, 12.

7. ἐ γὰρ ἐκάλεσεν — ἐν ἀγιασμοῦ) *Non enim Christianos nos esse uoluit Deus, ut scelestes, sed ut honeste uiueremus.* Ἐπὶ et ἐν, pro εἰς. Ἀγιασμοῦ, *omnis uitae honestas et puritas, inprimis uero castitas, supra u. 3. 4.* Ἀκαθαρσία, de *Venere et de omni improbitate* dicitur c. II, 3.

8. τοιγαρῦν — τὸν θῆν) *Τοιγαρῦν, atqui.* Ὁ ἀθετῶν, sc. ἡμῶν, *qui auctoritatem mihi detrahbit, mihi doctōri non credit, mihi non obedit.* Ἀθετεῖν, *irritum facere, abolere,* in libris N. T. saepe est *non credere, uel non obedire,* ut Io. XII, 48. Ὁυκ ἄνθρωπον, *non tam me, hominem, qui uobis haec tradidi.* τὸν καὶ δόντα — εἰς ἡμᾶς) *Alii legunt εἰς ὑμᾶς.* Sed praefereunda uidetur lectio recepta. *Qui dona Spiritus Sancti nobis largitus est, sc. nobis Apostolis.* Qui donis nos instruxit, et edocuit nos, ut alios etiam de uita sancta et officiis praestandis recte edocere possimus.

9. περὶ δὲ — γράφειν ὑμῶν) *Nempe ἐμὲ, pro: ἡ χρείαν ἔχετε γράφεσθαι ὑμῶν.* Περὶ τῆς φιλαδελφίας, *de beneficentia erga Christianos, quomodo scilicet ea exercenda sit in singulis circumstantiis.* Non opus est, ut ea de re uobis particulatim scribam. *ἄυτοὶ γὰρ — ἀλλήλους) Θεοδίδακτοι, a Deo edoκτι, per doctrinam Dei instituti.* Didicistis per religionem, amandos esse alios.

10. καὶ γὰρ — Μακεδονία) *Facitis hoc, i. e. liberalitatem ostenditis, non in urbe tantum uestra, sed per totam quanta est, Macedoniam.* περισσέυειν μᾶλλον) *Vt magis magisque proficiatis, nempe ἐν τῇ φιλαδελφίᾳ, in hoc liberalitatis studio.*

11. καὶ φιλοτιμεῖσθαι — τὰ ἴδια) *Et honorem in eo ponatis, ut uitam agatis tranquillam, et faciatis quae sunt officii uestri.* ΦΙΛΟΤΙΜΕΪΣΘΑΙ, honorem ponere in re aliqua facienda. Aelian. Var. Hist. IX, 29. ὅτι ἐφιλοτιμήσατο Ἀλκιβιάδης δῶρα πολλὰ τέμψαι Σωκράτει, *Alcibiades ambitione quadam munificus, complura, magnaue munera, Socrati, dono misit.* Socrates uero uxori dixit: *Et nos certemus liberalitate cum Alcibiade,* μὴ λαβεῖν τὰ περιφθόνια ΦΙΛΟΤΙΜΗΣΑΜΕΝΟΙ. Ἦσυχάζειν opponitur τῇ περιεργασίᾳ Thessalonicensium, 2 Theff. III. 11. Τὰ ἴδια, i. e. τὰ αὐτῶν, s. τὰ ὑμέτερα, *quae uestri sunt officii.* καὶ ἐργάζεσθαι — παρηγγελάμεν) Vestro labore, non aliis assentando, uel ex aliorum hominum labore lucrum quaeratis. ΠΑΡΗΓΥΣΙΛΑΜΕΝ, quum nempe apud uos essemus. Nihil noui dicimus.

12. ἵνα περιπατήτε — ἔχητε) *Vt mores uestri etiam profanis probentur, nec aliena ope indigeatis.* Οἱ ἕξω, sc. τῆς ἐκκλησίας ὄντες, *profani, non-Christiani,* Iudaei ac gentiles. Μηδενδς, sc. πράγματος, uel ἀνθρώπου, ne uobis opus sit stipem emendicare.

13. εἰ θείω — κοιμημένων) *De mortuis uero opus est, ut uos admoneam.* Κοιμημένοι, per euphemismum νεκροί, Matth. IX, 24. Io. XI, 11. Nonnulli codices, Orig. Damasc. legunt: περὶ τῶν κοιμημένων, non male; non enim tantum de iam tum mortuis agitur, sed et de quotidie morituris. ἵνα μὴ — ἔχοντες ἐλπίδα) *Sicut ceteri,* nempe populares uestri, nondum ad Christum conuersi, imo et Iudaei; nam et hi in lectu magni erant ostentatores. Καὶ ante οἱ λοιποὶ redundat. Οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα, qui

qui spe felicioris post mortem uitae destituuntur. Aut plane nullam spem habebant, ut Epicurei et Sadducaeï, aut non satis solidis subnixam fundamentis, ut Pharisaei et Platonici. Fortasse etiam plures ex Sadducaeorum secta ad christianam religionem transferant, qui Christianos suo errore inficere potuerunt.

14. εἰ γὰρ πιστεύομεν — ἀξεί σοῦ αὐτῷ) *Quum nempe credamus, Iesum e mortuis resurrexissē, oportet etiam nos credere, similiter Christianos mortuos olim resuscitatum iri.* Γὰρ h. l. aut est particula transeundi, aut denotat *nempe*. Aut εἰ pro ὡς est accipiendum, aut per ἔγω simpliciter apodosis exprimitur. Post ἔγω καὶ suppleendum uidetur. δεῖ πιστεύειν ἡμᾶς, ὅτι Ἄτιθάνε καὶ ἀνέστη, pro: ἀποθανὼν ἀνέστη. Κοιμηθέντες διὰ τῆ Ἰησοῦ, iidem qui u. 16. νεκροὶ ἐν χριστῷ dicuntur, *mortui Christiani*; nam Hebraeorum ׀, quo hic Syrus utitur, mox per διὰ, mox per ἐν exprimitur. Praeferenda tamen uidetur eorum interpretatio, qui ita coniungunt uerba: διὰ τῆ Ἰησοῦ ἀξεί, *per Iesum educet, nempe e sepulcris.* Σοῦ αὐτῷ, i. e. ὡς αὐτῶν. Est hic argumentatio similis ei, quae est 1 Cor. XV. Videntur fuisse inter Thessalonicenses, qui, de corporum resurrectione dubitantes, mortuos ante aduentum Christi Christianos, omni spe felicitatis aeternae hac ipsa morte sua orbatos existimarent.

15. τὸτο γὰρ — τὰς κοιμηθέντας) *Praeterea uobis et hoc ex Domini auctoritate dicimus, eos, quos in hac uita superstites deprehensurus est dies aduentus Christi, non fore melioris conditionis iis, qui iam sunt mortui.* Γὰρ, *praeterea.* Apostolus haud dubie refutat aduersarios. Quid uero

uero illi tradiderint, nescimus. Inde est ambiguitas in his uerbis, quam tollere uix possumus. E contextu coniecere licet, fuisse inter Theffalonicenses, qui resuscitari quidem mortuos, sperarent, sed serius, siue etiam in inferiore quodam dignitatis gradu constitutos, hac felicitate potituros esse, anxie sibi persuaderent. Ἐν λόγῳ κυρίου, בְּדַבַּר יְהוָה, *tanquam ueritatem nobis a Christo reuelatam.* Ἡμεῖς οἱ ζῶντες, pro οἱ ζῶντες simpliciter. Omnino putauit Paulus, fieri posse, ut ipso adhuc uiuente Christus ad iudicium e coelo redeat. Nam paterfactum quidem ipsi erat a Christo, quid de piis futurum sit in illo die, sed tempus erat et ipsis Apostolis ignotum. Κοίωσις hic locum habere uix potest. Ea enim usum habet, ubi aliena uitia nobis, aut nostras uirtutes aliis per modestiam communicamus: hic autem de euentis agitur. Οἱ περιλειπόμενοι, *superstites.* Adiecta hac explicatione satis declarat Paulus, mortuis opponi eos, qui in uiuis futuri sint illo aduentus Christi tempore. Ergo illud ἡμεῖς οἱ ζῶντες per se nec probos nec improbos, sed nondum mortuos indicat. φθάνειν τινα, *antecedere aliquem.* Hesychius et Etymol. προήκειν, προλαμβάνειν.

16. ὅτι αὐτὸς — καταβήσεται ἐκ τ' οὐρανοῦ) *Nam ipse Dominus, signo quasi dato, uoce principis angelorum et tuba maxime sonora, descendet e coelo.* Ἐν κελύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ, i. e. ἐν κελύσματι διὰ φωνῆς ἀρχαγγέλου καὶ σάλπιγγος θεοῦ γενεμένῳ. Κελεύσματι, *hortatus*, ad congregandos homines; de nautarum uociferatione et militum dicitur. Apud Hebraeos, Graecos et Latinos ueteres, conuocabatur populus classico.

Ad



Ad id exemplum, quum Deus homines conuocat, dicitur id facere per tubam, Ies. XXVII, 13. Ierem. IV, 5. VI, 1. aliisque locis. Vnde et in nostro loco fit mentio τῆς σαλπικιγγός θύῃ, i. e. tubae, quae aduentum Dei nuntiat. Ἀρχάγγελος non est Christus, sed princeps angelorum, qui Dan. XII, 1. הַשָּׂר הַגָּדוֹל dicitur. Is praëconis ritu proclamatur, *Dominum adesse*. Nemo non uidet, totum hoc esse humano more de Deo dictum, et aduentum describi illustrem. Sensus est: Christum maxima pompa, angelorum stipatum cohortibus e coelis ad iudicium esse rediturum. Cf. Matth. XIII, 41. XXIV, 31. XXV, 31. Nisi malimus per *aduentum* intelligere operationem illam illustrem, qua Christus mortuos resuscitabit. καὶ οἱ νεκροὶ — πρῶτον) οἱ νεκροὶ ἐν χριστῷ, *Christiani mortui*. Hi prius resurgent, ut una cum uiuis possint ascendere, non post eos. De duplici resurrectione, prima piorum, et secunda impiorum non est cogitandum. Ceterum ex hoc loco fit uerisimile, futurum esse aliquando aliquid adspectabile, eodem tempore ad omnes pertinens, tum ad hos, qui post mortem corporis dudum fuerant beati uel miseri, tum ad illos, qui ad illud usque tempus in terris superstites uixerant. *Auctor anonymus* (in den Beytraegen zur Befoerderung des vernünftigen Denkens in der Religion fasc. 3. p. 64. f.) Paulum in definiendo tempore resurrectionis mortuorum captui Thessalonicensium Ex-iudaeorum se accomodasse existimat.

17. Ἔμα σὺν — εἰς ἕρα) *Simul cum illis, (ante mortuis, tunc uero resuscitatis,) in nubibus obuiam Domino nostro rapiemur in aërem. Eἰς ἕρα iunge uerbo ἀρα-*

ἀρταγησόμεθα. Εἰς ἀπάντησιν τῷ κυρίῳ, hebr. תָּרַקְלִי.  
 יָבִינְךָ Similis erit christianorum ascensus in coelum,  
 ascensioni Christi, Act I. καὶ ἔτω — ἰσόμεθα) Πάν-  
 τοτε, sine ullo fine. Cum Domino, i. e. consortes  
 gloriae, regni, gaudiique ipsius. Io. XIV, 2. 3. XVII,  
 24. 2 Tim. II, 12. Rom. VIII, 17. Describitur incre-  
 dibilis illa felicitas, Christianis expectanda, quae in  
 arctiore quadam, quaecunque sit, coniunctione cum Christo  
 constabit.

18. ὡς — λόγοις τέτοις) Ἀλλήλους, amici amicos,  
 qui in luctu sunt, consolamini. ὡς, propterea. Λόγοι,  
 h. i. sunt ipsa illa solatia, quae modo proposuerat  
 Apostolus.

## CAP. V.

1. Πρὸς δὲ — γράφεσθαι) Ad tempus ipsum, quod attinet,  
 non opus est, uobis me scribere. Proprie χρόνοι sunt  
 maiora temporum spatia, ut anni; καιροὶ autem sunt mi-  
 nora temporis spatia, ut menses ac dies. Hic uero, ut in  
 aliis locis, sunt Synonyma, quibus tempus in genere ex-  
 primitur.

2. αὐτοὶ — ἔτιωσ ἔρχεται) Ἀκριβῶς οἴδατε, i. e.  
 iam tum, quum apud nos essem, accurate a me edocti fui-  
 stis. Ἡ ἡμέρα κυρίου, hic, ut per totam epistolam,  
 sine dubio est dies sollemnis, quo Christus ad iudicium  
 extremum uenturus est. Ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, i. e.  
 improviso, tempore incerto. Eadem similitudo Matth. XXIV,  
 43. Luc. XII, 39. Ἐρχεται, pro fut. ἐλεύσεται.

3. ἔταν γὰρ λίγων — ἐκφύγωσιν) Loquitur Paulus de improbis, ut et Christus Matth. XXIV, 38. Εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, sc. ἐστὶ. הַשָּׁלוֹם וְהַבְּטָחָה, nihil nobis metuendum, saluae res nostrae sunt. Ezech. XIII, 10. Ὁλεθρος αἰφνίδιος, poena repentina; nam ὀλεθρος, ἸΝΩ poena. Figura huius rei in diluuiο, in rege Baltasare, Dan. V, in capta Babylone, Ies. XXI, 5. Ἐφίσταται, adstat, i. e. imminet. Ὡστερ ἡ ὥδιν τῆ ἐν γαστρὶ ἔχουσα, i. e. subito et grauiter. Est similitudo in V. T. frequens, Ies. XIII, 8. Ierem. XIII, 21. Hof. XIII, 13. Ἐν γαστρὶ ἔχουσα, sc. foetum, i. e. grauida. Καὶ ἐ μὴ ἐκφύγωσιν, PRO: ὥστε μηδαμῶς ἐκφυγεῖν αὐτοῦς, ita ut nullo modo effugere possint.

4. ὑμεῖς δὲ — καταλάβη) Vos autem, fratres, non uersamini in tenebris, ut dies iste extremus, ut fur, (ex improuiso) uos deprehendere possit. Tenebrae significant ignorantiam rerum diuinarum; lux cognitionem. Sensus igitur est: Non immerfi estis erroribus et uitiiis, sicut improbi, ut aduentus Christi improuisus uobis nocere possit. Ceterum Apostolus a commemoratione τῆς ἡμέρας τῆ κυρίας transire uidetur ad uniuersalem notionem τῆς ἡμέρας. Comparat enim Christianos cum hominibus in luce uersantibus et uigilantibus; improbos autem cum hominibus in tenebris uersantibus et dormientibus, u. 5 - 8. Haec metaphorica descriptio Christianorum et Profanorum iam hoc commate 4. incipere uidetur. Ergo sensus est: Vos, fratres, non uersamini in tenebris, ut dies uos ex improuiso deprehendere possit. Qui iam in luce uersantur, iis lux non est molesta, non inexpectata. Sic uobis, Christianis, non mole-

flus aut inexpectatus erit ille iudicii dies, quo, qualis unusquisque in hac uita fuerit, manifestum fiet.

5. Πάντες — ἕδὲ αὐτός) *Vos omnes luce ac die collustrati estis; non uersamur in nocte et tenebris.* Continuetur allegoria u. 4. coepta. *Collustrati estis luce et die,* meliora edocti per religionem christianam et ad rectam Dei officiorumque uestrorum cognitionem perducti. *Non uersamur in nocte et tenebris,* non amamus ueterem ignorantiam, superstitionem et uitia quibus dediti sunt profani.

6. ἄρα ἔν — νήφωμεν) Sensus est: Ne negligentes simus in bene honesteque agendo, (quales *stertere*, dicuntur Latinis,) sed attentis, et strenuis. Γρηγορεῖν per translationem significat *attentum esse*; νήφειν uacare a perturbationibus ac uitiiis, quae ebrietati comparantur.

7. οἱ γὰρ καθεύδοντες — μεθύσειν) Persequitur coeptam comparisonem, cuius sententia haec est: Non est mirum, infideles esse negligentes in recte agendo, uitiiisque indulgere, ignorant enim uoluntatem Dei, de eo quod agendum aut omittendum sit.

8. ἡμεῖς δὲ — ἑλπίδα σωτηρίας) i. e. *Nos autem, qui die utimur, sobrii simus,* (uacantes a uitiiis et sceleribus,) *muniamus nos* (contra uitiorum incitamenta) *fide et charitate, et spe aeternae salutis, similes militibus, thorace et galea indutis.* Cf. Eph. VI, 14. sqq. Ostendit Apostolus, quomodo praeparare se debeant Christiani ad diem illum, nempe *fide, amore, spe.* Instructus his uirtutibus, paratus est, quandocumque ille dies uenerit. Πίστις, firmissima persuasio, Iesum esse Messiam, auctorem nostrae salutis.

Ἀγάπη, benevolentia erga omnes homines. Ἐλπίς σωτηρίας, spes aeternae salutis.

9. ὅτι ἐκ ἔθετο — σωτηρίας) *Non enim uult Deus, ut poenas sentiamus, sed ut felicitate aeterna potiamur; Deus nos destinauit non miseriae, sed felicitati διὰ τῆς κ. ἡμ. Ἰ. Χρ. per Christum, eiusque religionem possidendae. Omnibus enim, qui doctrinae christianae conuenienter sentiunt et uiuunt, parata est felicitas. Ὁργή, poena, miseria. Τιθέναι τινα εἰς ὀργήν, uelle, ut aliquis poenam sentiat, miser fiat. Εἰς περιποίησιν σωτηρίας, i. e. εἰς τὸ περιποιῆσθαι τὴν σωτηρίαν. Περιποιῆσθαι autem est κτᾶσθαι, εὐρίσκαι.*

10. εἴτε γρηγοροῦμεν, εἴτε καθύδωμεν) *Γρηγορεῖν hic dicuntur, qui hac uita mortali fruuntur; et καθύδειν, qui mortem obiere. Sensus est: siue superstites, siue mortui deprehendamus die illo extremo.*

11. διδ παρακαλεῖτε — καὶ ποιεῖτε) *δι' ἡμετέων h. l. sensu latissimo significat: ad utilitatem aliorum quouis modo suum conferre. Παρακαλεῖν, cohortari et consolari. Εἰς τὸν ἕνα, i. e. ἀλλήλους. Καθώς καὶ ποιεῖτε. Ne opus quidem est, uos talia admoneri, quum eadem iam sponte faciatis.*

12. εἰδέναι — νεθετόντας ὑμᾶς) *Vt magni aestimetis eos, qui uobis religionem tradunt, et praefecti sunt uobis nomine Domini, et uos cohortantur. Εἰδέναι τινα, rationem alicuius habere, respicere aliquem. Κοπιῶντες sc. ἐν λόγῳ, I Tim. V, 17. Προεσήμενοι, προεσῶτες, ἐπίσκοποι, πρεσβύτεροι, ποιμένες, οὐσίονες, qui praesunt ecclesiae, simi-*

les fere Iudaeorum Archisynagogis. Νεθετεῖν et προΐ-  
 ςαθαι, non indicat uaria presbyterorum genera, sed mu-  
 nera tantum diuersa eorundem hominum, qui hic uoce ge-  
 neraliore κοπιῶντες nominantur. Νεθετεῖν, cohor-  
 tando, etiam castigando, alterum emendare.

13. καὶ ἡγεῖσθαι — ἔργον αὐτῶν) *Ut honore insigni  
 prosequamini et ametis eos, propter operam, quam uobis  
 impendunt.* Ἠγεῖσθαι ὑπερεκπερισσῶ, pro περι-  
 σσῶς ἡγεῖσθαι. Ἐν ἀγάτῃ addit Apostolus, quia haec re-  
 uerentia non ex timore, sed ex amore proficiscitur. Pos-  
 sunt etiam sic iungi uerba, ut phrasi singulari dicatur ἡγεῖσ-  
 θαι τινὰ ἐν ἀγάτῃ, *aliquem amandum existimare.* Τὸ ἔρ-  
 γον αὐτῶν, *opera, quam in uobis instituendis et gubernan-  
 dis ponunt.* εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς) i. e. ἐν ἀλλήλοις. *Pa-  
 cem et concordiam inuicem colite.*

14. παρακαλέμεν — ἀτάκτως) Δι, porro. Νεθετεῖν,  
 τὸν νῦν ἐυθετεῖν, τὸν νῦν καλῶς i. ἁρῶς τιθέναι, ἑπανορθῶν, *cor-  
 rigere, emendare.* Frequens est haec uox, uti παιδείειν  
 et νεθετεῖν de patribus, filios *emendare* cupientibus. Cf.  
 Kypke ad h. l. Ἀτακτος, homo quiuis, qui officio non  
 fungitur, uitamque mollem, male otiosam, uoluptatibus dif-  
 fluentem agit. E contrario qui recte atque ordine cuncta  
 faciunt, dicuntur εὐτακτοι. παραμυθεῖσθε τὴν δολιγοψυχίαν)  
 Eos, qui in aduertis animo sunt deiecto. Ὀλιγοψυχος  
 respondet Hebr. נצב Ier. LVII, 15. et aliis locis. In  
 Glossario: δολιγοψυχία, *pusillanimitas.* ἀντίχεσθε τῶν  
 ἀσθενῶν) *Subleuate infirmos.* Ἀντίχεσθαι est *sustentare,*  
 uelut manu prehensum. Ἀσθενεῖς, *infirmi in religione,*  
 praeci-

praecipue ii, qui libertatem christianam nondum plane intelligunt, Rom. XIV, 1. 2. 1 Cor. VIII, 7. 11. 12.

15. ἀλλὰ πάντοτε — εἰς πάντας) *Alienis commodis studete.* τὸ ἀγαθόν, quod utile est, et iucundum alteri. Διὼκειν τι, omni studio et diligentia aliquid facere. Εἰς ἀλλήλους, erga Christianos; καὶ εἰς πάντας, etiam erga extraneos a fide.

16. πάντοτε χαίρετε) *Semper, etiam in aduersis, aequo estote atque hilari animo.* Rom. XII, 12. 2 Cor. VI, 10. Vel potius uotum inest his uerbis: *Laetissimam uobis a Deo uitam apprecor.*

17. ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε) *Affidui estote in precando,* in omnibus circumstantiis, et necessitatibus uestris. Cf. Eph. VI, 18.

18. ἐν παντὶ ἐυχαρισεῖτε) *De rebus omnibus Deo gratias agite,* etiam de aduersis; nam et haec bona sunt, si dextre fumantur. Ἐν παντὶ pro ὑπὲρ πάντες, πάντες ἵνα. τῆτο γὰρ — εἰς ὑμᾶς) *Haec enim est uoluntas Dei per Christum eiusque doctrinam uobis significata.* Θέλημα, id, quod Deus a nobis exigit. Illud autem τῆτο non ad gratiarum tantum actionem, sed et ad preces est referendum.

19. τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε) i. e. nolite negligendo minuire dotes a Deo acceptas. τὸ πνεῦμα, dona Spiritus, dotes a Deo acceptae, de quibus 1 Cor. XII. tot. non tantum dona sanationum, linguarum, prophetiae etc. sed et aliae dotes, e. c. docendi, cohortandi, consolandi. Haec dona dicuntur et *suscitari*, 2 Tim. I, 6. et contra *extin-*

*gui. Incendere dona est, exercendo augere; extinguere autem est negligendo ea minuere. Crescunt enim dotes nostrae exercendo et utendo; minuuntur negligendo.*

20. προφητείας μὴ ἐξεδυνεύτω) Προφητεία, donum docendi, cohortandi etc. Cf. dicta ad 1 Cor. XIV, 3. Fuerunt autem uarii generis dotes docendi, inter quas etiam fuisse uidetur donum singulari afflatu diuino, s. cum ui singulari et ardore de religione et rebus diuinis differendi. Quomodo Thessalonicenses illas prophetias spreuerint, nescimus, quia lux historiae nobis deest. Coniicere licet, ex donis miraculosis quaedam in contemptu habita et reliquis postposita esse.

21. πάντα — κατέχετε) Post πάντα addunt δὲ multi codices, Verf. Vulg. et Aeth. et ex Patribus Clem. Al. Chrysof. Basil. Damas. Theophyl. Pelag. *Omnia potius explorete, et id quod bonum est, tenete.* Πάντα δοκιμάζετε pertinet ad διακρίσεις πνευμάτων, 1 Cor. XII, 10. ideoque πάντα restringendum est ex antecedente ad ea, quae dicuntur ab iis, qui se prophetas dicunt. Erant inter Thessalonicenses, qui Spiritus diuini afflatum prae se ferentes, errorum, forte etiam uitiorum, contagione alios inficerent; 2 Thessal. II, 2. hinc explorandi erant Prophetae, utrum uere diuino spiritu, an suoapte ingenio ad docendum impellerentur.

22. ἀπὸ παντός — ἀπέχεσθε) *Ab omni improbitatis genere uos abstinete.* Εἶδος πονηρῶ, genus malitiae; nam εἶδος, genus. Ioseph. Ant. X, 3. 1. πᾶν εἶδος πονηρίας. Τὸ πονηρὸν h. l. est ἡ πονηρία, κακία, Rom. XII, 9.



23. αὐτοὺς δὲ — ἀλοτελεῖς) *Deus autem benignissimus uos totos suo consecret cultui.* Ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης, cf. Rom. XV, 33. XVI, 20. Ἀγιάζειν, hebr. **קדש**, proprie usurpatur de lustrationibus Leuiticis, quibus uarii generis homines Deo consecrabantur; deinde transfertur ad animum. Sanctificat autem Deus homines, dum uitiositatem ab iis remouet, quum mentis, tum uitae et actionum. Ὁλοτελεῖς, totos, animo et corpore. καὶ ἀλόκληρον — τηρηθῆναι) *Vt omnia cogitata sensa et studia uestra cum omnium membrorum corporis usu seruentur pura nullaque uitiorum labe contaminata usque ad diem Domini.* Ὁλόκληρον, idem quod ἀλοτελεῖς, et utrumque pro ὅλον, hebr. **כּוּמֵי כּוּלָּו**, id, quod totum est, omnibus partibus absolutum. Referendum est autem τὸ ἀλόκληρον non ad πνεῦμα tantum, uerum etiam ψυχὴν et σῶμα, pro ἀλόκληρος ὑμᾶς πνεύματι, καὶ ψυχῇ καὶ σώματι. Πνεῦμα et ψυχὴ apud ueteres Philosophos ita differunt, ut πνεῦμα sit *animus*, in quantum facultate intelligendi, cognoscendi, cogitandique est praeditus: ψυχὴ autem *animus*, in quantum affectibus, uoluntate, desiderio, cupiditatibusque instructus est: ut adeo his duabus uocibus non duae hominis partes essentiales, sed tantum duae diuersae animi facultates indicentur, quarum illa propria est hominum, haec autem hominibus cum brutis animantibus communis. Ioseph. Ant. I, 1. 2. ἐπλασαν δὲ θεὸς τὸν ἀνθρώπον, χεῖν ἀπὸ τῆς γῆς λαβών. Καὶ πνεῦμα ἐνήκεν αὐτῷ, καὶ ψυχὴν. Cf. Ies. LVI, 11, LVIII, 10. Eccles. V, 11. cf. c. XVIII, 34. Quum autem uerba in sacris litteris magis ex usu uitae communis, quam ex scholae subtilitate aestimanda sint, hoc etiam loco hominis πνεῦμα et ψυχὴ in uniuersum *cogitata, sensa et studia*, ipsamque adeo

*mentem* exprimere videntur, ut populariter de his loqui solemus.

24. *πιςδς* — *ποιήσαι*) ἡ *καλῶν*, *πρὸ* ἢ *καλέσας*. Ὁ *ς* καὶ *ποιήσαι*, *his desideris meis satisfaciet*. Πιςδς, *uerax, constans*, 1 Cor. I, 9.

26. *ἀσκάσασθε* — *ἀγίω*) Cf. notata ad Rom. XVI, 16. Ἄγιον additur, quia *Christiani* erant, qui hoc modo erant salutandi.

27. *ὀρκίζω* — *ἀδελφοῖς*) Ὀρκίζειν *τινα* saepe occurrit apud LXX. e. g. Cant. V, 8. 1 Reg. XXII, 16. et respondet hebr. *שׁוּבַת*. Τὸν *κύριον*, subint. *νῆ*. Cf. Marc. V, 7. Act. XIX, 13. *Πρεσβῶσι*, siue Presbyteris primum epistola in manus tradebatur. His salutem ceteris Christianis dicendam iniungit Apostolus, eosque monet, ne sibi solis epistolam seruent, sed cum reliquis de plebe Christianis praelegendo communicent. Ἄγιοι ἀδελφοὶ *Christiani*.





# SCHOLIA

IN

## EPISTOLAM II. AD THESSALONICENSES.

### CAPUT I.

3.

**Ε**υχαιρισεῖν — ἀξιόν ἐστιν) *Causam habemus gratias semper agendi Deo, propter uos, sicuti aequum est.* Ὁφείλομεν, i. e. αἰτίαν ἔχομεν. Ἄξιον h. l. idem est quod καθήκον, quod decet, aequum est. Matth. III, 8. Sic Demosthenes: ἀξιόν ἐστιν σιωπᾶν. ὅτι ὑπεραξάνει — εἰς ἀλλήλους) *Quod fides uestra fit firmior, et mutuus uestri inuicem amor, liberalior.* Πλεονάζειν et ὑπεραξάνειν quoad sensum sunt synonyma.

4. ὡς ἡμῶς αὐτοῖς — αἰς ἀνέχεσθαι) Ἡμεῖς αὐτοῖς pro ἑμαυτῶν. Ἐν ὑμῶν, de uobis, uestri causa. Καυχᾶσθαι, gaudere, interdum gaudium illud uerbis prode. Ἐπιμονὴ et τίσις h. l. sunt Synonyma. Perseuerantia et constantia in religione, etiam inter calamitates.

5. Ἐνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τῆ Θεοῦ) Ἐνδειγμα (pro eis ἔνδειγμα) cohaeret cum proxime praecedentibus. *Hae calamitates quas perfertis, argumento sunt, futurum esse iudicium Dei iustum, et ab omni partium studio alienum.* Ἐνδειγμα, idem quod ἔνδειξις Phil. I, 28. est *argumentum ipsum, unde aliquid colligitur.* Κρίσις δικαία, *iudicium iustum, quo praemia et poenae decernuntur.* Quod boni affliguntur, indicio est, *aliam uitam esse post mortem, ubi praemia sua accipient, sicuti mali suas ferent poenas.* εἰς τὸ καταξιωθῆναι — πάχετε) *Vt accipiatis felicitatem regni coelestis, cuius ratione habita calamitates perfertis.* Εἰς τὸ καταξιωθῆναι, pro: ἐν ᾧ (κρίσει Θεοῦ) καταξιωθῆσεσθε, ex hebraico Gerundii usu. Καταξιῶσθαι τινος, *dignum iudicari aliqua re; deinde simpliciter, nulla τῆ αἰτίας ratione habita, nancisci, accipere.* Philo de Vit. Mos. I, p. 605. D, τροφῆς ἐν ἡδῆ βασιλικῆς καὶ θεραπείας ἀξιέμενος, *cibos cultumque regium nactus.* Βασιλεία τῆ Θεοῦ, *felicitas in regno illo coelesti expectanda.*

6. Ἐπερ δίκαιον — θλίψιν) Ἐπερ, *siquidem, nam.* Δίκαιον παρὰ Θεῶ, הוה - כפי רש', pro δίκαιος ἐστὶ Θεός ὡς etc. Ἀνταποδοῦναι, למג, in utramque partem dicitur, *in meliorem Ps. XVIII, 21. in deteriore Ps. CIII, 10. θλίψις, h. l. poena.* Etiam si Deus nec promississet quicquam, nec comminatus esset, tamen aequum erat, et ipsius tum bonitate tum seueritate dignum, ipsius Dei causa mala ferentibus aliquid reddere, ac contra alios ob id ipsum nexantibus inferre poenas.

7. καὶ ὑμῶν — μεθ' ἡμῶν) Ἄνεσις, ἢ ἀνάπαυσις hebr. **פונד** *requies ab aerumnis*, i. e. *summa felicitas*. Iudaei, ut aliae Orientis gentes, magnam quandam felicitatem describere solent imagine quietis ab omni aerumna, labore, atque calamitate. Cf. Hebr. IV, 9. II. Apocal. XIV, II. 13. Μεθ' ἡμῶν, i. e. ὡς περ ἡμῶν. ἐν τῇ ἀποκαλύψει — δυνάμει αὐτοῦ) *Eo tempore, quo Christus apparebit, cum angelis maiestati eius inferuentibus.* Ἀποκάλυψις idem est, quod alias *παρουσία*, quia Hebraeis dicitur **גלה** i. e. ἀποκαλύπτεισθαι, omne id, quod apparet, quum antea non apparuerit, ut Rom. VIII, 18. Ἐν τῇ ἀποκαλύψει tempus denotat. Δύναμις, ut hebr. **בורה** et **יז** simpliciter *de maiestate diuina* interdum intelligitur. Sunt igitur ἄγγελοι δυνάμει αὐτοῦ, *angeli, qui maiestati eius inferuunt.* De extremo Iesu Christi aduentu h. l. esse sermonem, facile patet. Qui locum de aduentu Messiae ad euertenda Hierosolyma interpretantur, facere id uidentur, ut capitis II. inprimis difficultates effugere possint.

8. ἐν πυρὶ φλογός — Ἰησοῦ χριστοῦ) Ἐν πυρὶ φλογός, uel ἐν φλογὶ πυρός *inter fulmina et tonitrua.* Idem est πῦρ φλογός, et φλόξ πυρός, quia quod Hebraeis uice Genitiui est, id modo Subiecti, modo adiuncti habet significationem. Hebraice est **לה שן** Pl. CIV, 4. **שן להבה** Ies. IV, 5. **שן להבות** Pl. XXIX, 7. Ies. XXIX, 6. Haec sunt autem fulmina atque tonitrua. Ita explicari potest locus, si haec uerba referantur ad u. 7. ut intelligatur incendium mundi, quod praedicitur 2 Petr. III. Potest autem uerbis ἐν πυρὶ φλογός etiam inesse descriptio

ptio *poenae aeternae*, quae saepe ut ignis et flamma describitur, ad poenae magnitudinem significandam. Διδόντος refer ad κυρίῳ Ἰησοῦ. Διδόναι ἐκδίκησιν, חמקן (חמ), i. e. ἐκδικεῖν uel ποιεῖσθαι ἐκδίκησιν, *ulcisci*, humano more de Deo dicitur, et simpliciter est *poenis afficere*. Τοῖς μὴ εἰδότες θεόν, *Deum agnoscere nolentibus*. Οἱ μὴ ὑπακούοντες τῷ εὐαγγελίῳ τῷ κ. ἡ. I. X. *Qui non recipiunt doctrinam de Iesu Messia, nec secundum eam instituunt uitam*. Non est igitur h. l. sermo de omnibus non- Christianis, sed de iis tantum, quibus Euangelium nunciatum est, qui uero id non receperunt. Cf. Rom. II, 16.

9. οἵτινες — (ισχύος αὐτοῦ) *Hi sustinebunt poenas grauissimas, aeternas, procul a Domino, eiusque gloriosa maiestate remoti*. Δίκην τίθειν proprie est *multam pecuniariam soluere*; deinde improprie *poenam dare* s. *sustinere*. Dionys. Hal. ant. L. III. δίκας τίθεισιν ἐπι τῶν χειρῶν. Ὁλοθροσ αἰώνιος, *perniciēs nonnisi cum uita eorum finem habitura*. Hac significatione εἰς τὸν αἰῶνα Io. VIII, 35. occurrit. Cf. Matth. VII, 13. Matth. XVIII, 8. Τὸ πρόσωπον κυρίῳ est Dominus ipse. Ἡ δόξα τῆς ἰσχύος, *gloriosa maiestas*; nam δόξα et ἰσχύς maiestatem diuinam denotat, sicut hebr. יְהוָה et יְהוָה. Ἄπὸ, *procul a Domino* etc. Matth. VIII, 12. XXII, 13. XXV, 41. Potest tamen ἀπὸ etiam designare causam, pro ὑπὸ, παρὰ, ut Rom. I, 7. 2 Cor. I, 2. Tunc sensus esset: *Poenas sustinebunt, a Domino ipso, eiusque diuina ui infligendas, uel infligendas a Domino, cuius est ineffabilis maiestas*.

10. ἔταν ἔλθῃ — ἡμέρα ἐκείνη) *Quando ueniet ut illustretur in sanctis suis remunerandis, et admirabilem se demonstret in omnibus qui credunt, eo quod doctrina nostra uobis propofita certa reperiatur illo die.* Ἐνδοξασθήσεται Christus, i. e. benignitas, sanctitas, potentia, iustitia eius illustrabitur in sanctis suis, in Christianis remunerandis. Θαυμάζειν saepe est *magni facere, suspicere, colere.* Plutarchus frequenter opponit θαυμάζειν et καταφρονεῖν. Idem in Apopht. *Dionysius iunior alere se aiebat multos Sophistas, ἢ θαυμάζων ἐκείνους, ἀλλὰ δι' ἐκείνον θαυμάζεσθαι βυλόμενος, non quod illos coleret, sed quod coli ab ipsis uellet.* Hoc autem loco Christus θαυμασθῆναι dicitur, quatenus admirandam bonitatem et potentiam suam in Christianis remunerandis demonstrabit. Tum uero eo etiam admirandum se ostendet, *quod doctrina ab Apostolis propofita certa reperiatur illo die.* τὸ μαρτύριον ἡμῶν, *doctrina nostra* quae illud beatitatis aeternae praemium promittit. Ἐτις εὐθῆ Aor. pro Fut. τιςυθήσεται, ut recte accepit Syrus. Deinde est pro ἸΔΝ', *firmum, ratum factum est,* quia, quae talia sunt, iis credi solet. Rom. III, 2. εφ' ὁμᾶς, □□), *uobis.* Illo die, h. e. eo tempore quo Christus cuius reddet pro factis suis. Alii uerba ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ referunt ad ἔταν ἔλθῃ, et uerba: ἔτι ἐτις εὐθῆ τὸ μαρτύριον ἡμῶν ἐφ' ὁμᾶς parenthesi includunt, sensu hoc: *nam fidem habuistis doctrinae nostrae uobis traditae.*

11. εἰς ὃ καὶ — ἐν δυνάμει) *Propterea etiam oramus semper pro uobis, ut Deus noster uobis det beneficium (beatitatis sempiternae, cuius spem fecit in Euangelio,) et*  
per-

*perficiat uirtute (sua) beneuolentiam (uestram) et liberalitatem a fide profectam.* (Vid. NOESSELT Opusc. fasc. I. p. 309. ff.) Κλῆσις apud Paulum saepe est beneficium quodcumque, Rom. XI, 29. 31. maxime beneficium beatæ immortalitatis, ad quod inuitat Euangelium, ut Phil. III, 14. Hebr. III, 1. coll. II, 10. In loco nostro hanc significationem huic uerbo inesse u. 10. clare confirmat. Ἐυδοκία saepe de beneuolentia dicitur, praesertim in bene faciendo (Rom. XV, 27.) ut εὐδοκία ἀγαθωσύνης possit esse beneficentia a beneuolentia profecta. Ac Deo hoc tribui, quod is promptos reddat homines ac paratos ad bene faciendum, constat uel e 2 Cor. VIII, 1. πληρώση idem est cum ἐπιτελέση, Phil. I, 6. Denique ἔργον πίστεως est liberalitas a religione profecta. Nam ἔργον de beneficentia dici, satis constat; Phil. I, 6. esse autem non Dei, sed Thessalonicensium in alios beneficentiam intelligendam, et illa coniunctio cum uoce πίστεως suadet, et commemoratio amoris erga alios, u. 3. et illud πληρώση, de quo modo diximus.

12. ὅπως ἰνδοξασθῆ — ἐν ὑμῖν) *Vt honoretur Dominus noster I. Ch. per uos.* ὄνομα κυρίου, idem quod κύριος, ut יהוה יישי pro יהוה. Ἐν ὑμῖν, per uos, per uestra dicta, et facta, et perpeffiones uestras. Io. XXI, 19. Ἐυδόξασθαι ἐν τινι supra u. 10. καὶ ὑμεῖς ἐν αὐτῷ) *Et uos ab ipso, sc. ἰνδοξάσθητε, laudem accipiatis.* Nihil enim gloriosius, quam optima de causa pati pessima. Christiani igitur magnam laudem coram iudicio olim reportabunt.



## CAP. II.

1. 2. Ἐρωτῶμεν — ἡ ἡμέρα τῆς χριστοῦ) *Rogamus autem uos, fratres, de praesentia (aduentu) Domini nostri Iesu Christi, nostraque ad eum conuocatione, ne subito dimoueamini de mente aut perterreamini uel oraculo, uel sermone, uel epistola tanquam nostra, quasi iam instet dies Christi. Vid. in totum hunc locum u. 1 — 12. NOESSELTII disput. in Opusc. fasc. 2. p. 257. ff. Ἐρωτῶμεν, rogamus, absecramus, ἸΗΣΩ. Ἰπερ, i. e. περ, quod attinet ad, ut 2 Cor. 1, 6. V, 12. VIII, 23. 24. Ἡ παρουσία τῆς χριστοῦ, aduentus Christi ad iudicium extremum. Quanquam autem de ultimo hoc aduentu Christi locus omnino intelligendus est, potuit tamen Paulus cogitare simul de aduentu Christi ad excidium Hierosolymorum. Tempus enim huius aduentus ignotum fuisse uidetur Apostolis, Matth. XXIV, 36. Hoc tantum sciebant: diem illum solemnem uere et indubitate, repente et subito esse uenturum. Num uero excidium Hierosolymorum, et excidium uniuersale uno eodemque tempore, an uero alterum post aliquot annos, alterum elapso demum multorum seculorum spatio euentum habitura sint, omnino ignorarunt. Vnde facile fieri potuit, ut a desiderio propinqui aduentus Christi solennis ad eiusdem spem animo concipiendam delati, utrumque euentum sua quisque mente satis propinquo inuicem coniuherent. Ceterum Apostoli in Christianorum institutione nunquam tempus definiunt; de tempore potius nihil amplius se scire profitentur, nisi hoc unum, ante aduentum Christi extremum uariam errorum scelerumque contagionem, calamitatumque pestem esse metuendam; unde demum concludunt,*

cludunt, non adeo propinquum diem illum futurum, quam ex multorum spe et opinione uideatur. καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐκ' αὐτῶν) 'Ἐκ' αὐτῶν, i. e. πρὸς αὐτῶν. Haec ἐπισυναγωγὴ coniuncta erit isti aduentui, nec est diuersa ab ea quae est Matth. XXV, 32. Videtur Paulus hoc ipso uerbo mitigare terrorem, quem iste Christi dies iniecerat Thessalonicensibus, ut, quum eidem uerbo notio insit tutelae et exemptionis e periculis, (Matth. XXIII, 37. et XXIV, 31.) non sibi infaustum aut horribilem illum arbitrarentur. Timuisse enim, non tanquam laetum anhelasse hunc diem Thessalonicenses, clare docet u. 2. ubi iungenda sunt haec uerba: εἰς τὸ μὴ σαλεύεσθαι, pro τῷ μὴ σαλεύεσθαι. praecedentibus, u. 1. ἐρωτῶμεν ὑμᾶς. Σαλεύεσθαι, ἀσάλοος, *salum, unda maris*; unde proprie ναῦς σαλεύεσθαι dicitur, quum in alto mari fluctibus agitur. Vsurpatur deinde uox translate *de qualibet alia, maxime animi agitatione*, Act. XVII, 13. Arrian. Epictet. III, 26. μὴ ἀποσαλεύεσθαι διὰ σοφισμάτων. Θροεῖσθαι *animo perturbari* Matth. XXIV, 6. Fontes huius terroris fuisse dicit Paulus πνεῦμα, aut *sermonem*, aut *epistolam tanquam suam*. Πνεῦμα saepe est quoduis *oraculum*, s. *uaticinium*, siue uere illud a Deo fit, siue tale esse dicatur. I Cor. XII, 10. I Io. IV, 1—3. NOESSELY l. c. πνεῦμα refert ad ipsius Christi oraculum Matth. XXIV, quod animo Pauli in loco nostro obuersatum argumentis haud leuibus confirmat. Porro *sermonem* et *epistolam* interpretatur de ipsius Pauli sermone et epistola, ut infra u. 15. Cf. supra u. 5. et I Theff. IV, 15. Potuit omnino Apostolus de epistola a se scripta loqui *tanquam* de sua ὡς δι' ἡμῶν, nec ex addita particula ὡς recte concluditur, intelligendam esse epistolam nomine Pauli

Pauli ab alio scriptam et supposititiam; nam haec particula non semper negandi uim habet aut dubitandi, ac saepe redundat, ut 2 Cor. V, 19. Videntur igitur Thessalonicenses et Christi uaticinium et Pauli sermones ac epistolam falso intellexisse, et inde conclusisse, iam instare diem Christi. *Causae* autem *timoris* Thessalonicensium sunt obscurae. Fortassis nonnisi ex opinione, propinquum esse diem Domini hic eorum terror fluxit, quum id quod inopinatum accidat, celeriterque opprimat animum, terribile uideri soleat. Facile igitur fieri potuit, ut Thessalonicenses rem sua natura optabilem uel ob propinquitatem reformidarent. Ceterum plerique huius loci interpretes suspicantur, Apostolum uerbis διὰ πνεύματος, διὰ λόγου, δι' ἐπιστολῆς respexisse ad fraudem oraculorum et commentitios siue sermones siue epistolas. Id uero idoneis rationibus confirmari uix potest. Epistolas spurias nomine Pauli iam tum, eo adhuc uiuente circumferri solitas fuisse, concludere solent e cap. III, 17. ubi is admonet de manu sua, quae sit signum in quaque epistola. Sed huius admonitionis potuit alia etiam fuisse causa, cauendi uidelicet, ne, quae manu alterius forte, ut Siluani, ut Timothei, (cap. I, 1. Rom. XVI, 22.) scripta esset, propterea Pauli tanquam auctoris esse negaretur.

3. μή τις — τρόπον) Supple ἑρᾶτε, φυλάττεσθε. *Nemo uos ullo modo fallat.* Fallebantur autem, qui Christi aut Pauli dicta trahebant in alienum sensum. ὅτι, εἰν — ἡ ἀποκασία πρῶτον) Apopsopesis, hoc modo: ὅτι ἐμὴ παραγένεται ἡ τῷ χριστῷ ἡμέρα, εἰν μὴ πρότερον ἐλθῆ ἡ ἀποκασία. Difficillimum hunc locum uarie explicant interpretes. Plurimis inter Protestantes δ ἄνθρωπος τῆς ἀμαρτίας, de quo statim

fermo, est Pontifex Romanus, uel series Pontificum Romanorum, et κατέζων sunt Imperatores Romani. His ἀποστασία est discessus a puriore doctrina christiana. Alii totum hunc locum tantum ad euerfionem Hierosolymorum referunt, et ἀποστασίαν intelligunt eiusmodi, qualem hoc excidium praegressam fuisse, historia docet. *HAMMONDUS* ἀποστασίαν explicat de Christianorum ad Gnosticos defectio-  
ne, fraudibus imprimis Simonis Magi, quem ἄνθρωπον τῆς ἀμαρτίας esse putat, excitata et perfecta; *SCHOETTGENIUS* de rebellione Iudaeorum qua auctoribus Phariseis et Rabbinis, (quos nomine ἀνθρώπου τῆς ἀμαρτίας designari existimat,) deficere a Romano imperio instituerunt. *GROTIUS* ἄνθρωπον τῆς ἀμαρτίας facit Caium Caesarem, eiusque impietatem et nequitiam summam τὴν ἀποστασίαν, quae eadem, suadentibus Helcione aliisque Aegyptiis nebulonibus, iam in arcano se praeparabat. *WETSTENIUS*: ἀποστασία, rebellio et caedes trium principum, qui ante Vespasianum ab exercitibus Romanis imperatores proclamati fuerant. Ὁ ἄνθρωπος τῆς ἀμαρτίας, Titus Imperator, domusque Flauia. Horum, aliorumque interpretum rationes recenset et refutat Ven. *KOPPE*, Excurs. II. in hanc Epistolam. Mihi pro instituti ratione has sententias commemorasse sufficit. *Koppe* omnem, quae sequitur, impietatis descriptionem ex loco Dan. XI, 36. repetitam esse statuit. Vtrum uero Apostolus ipse hunc omnem Prophetæ locum ad prodigia regnum Messiae praegressura loco nostro primus accommodauerit, an uero ex eodem, iam antea aliud gentis Iudaicae oraculum, (non illud quidem libris sacris comprehensum, sed inter Iudaeos tamen notissimum,) confiatum, hocque ipsum ab Apostolo demum ad suam

rem accommodatum fuerit, certo sibi non liquere fatetur; probabilius tamen posterius existimat, quum, quae in magna alias locorum Danielis et nostri similitudine, negari non potest in nonnullis dissimilitudo, ex hac ratione facilius intelligi et explicari posse uideatur. (Ad locum Danielis respexisse Apostolum, a uerosimili haud abhorret; reliqua uero coniecturis nituntur.) Ex hac igitur hypothefi admonet Apostolus Christianos suos de eo, quod iam aliunde maxime ex ipsis V. T. oraculis edocti erant, non posse diem illum, quem tam anxie expectarent, adesse, nisi errores, uitia, calamitates denique insignes in oraculis istis praedicta antea euenissent; deinde uero, quum insignem quandam errorum et improbitatis contagionem, iam tum gliscere, partim inter Thessalonicenses, partim in ceteris ecclesiis Paulus animaduerneret, ipse aduentum Christi, etsi non illico futurum, tamen etiam non longe remotum et optans et facile sperans, hanc ipsam improbitatem ad singularis istius praedictae impietatis initia referre non dubitat, eiusdem tamen incrementa ante Christi aduentum multo adhuc maiora magisque tremenda fore praenidet et comminatur. Mihi omnibus reliquis praeferenda esse uidetur **NOESSELTII** sententia, (l. c. p. 279. ff.) interpretantis *ἡτρωσάειν* de Iudaeorum seditione et impetu in dominationem Romanam. Satis causae habere potuit Apostolus, cur hanc *ἡτρωσάειν* commemoraret, quum is inter Thessalonicenses uersaretur, u. 5. Namque a Iudaeis proficiscebatur omnis molestia ac uis, qua ii propter religionem christianam exagitantur, habebatque maximam uim ad animos Thessalonicensium Christianorum tranquillandos denunciatio, fore ut Romani Iudaeorum furore lacerati horum seditionem ulci-

scerentur, contra Christiani, labefactata Iudaeorum impotentia, liberarentur a perpetua Iudaeorum uexatione. Cf. supra c. I, 4 sqq. Negat igitur Paulus uenturum esse Christum, *prius quam exstiterit defectio quaedam, καὶ ἀποκαλυφθῆ* — τῆς ἀπωλείας, *seque prodiderit homo ille sceleratissimus et perditissimus.* Ἄνθρωπος τῆς ἀμαρτίας, **וְיָנֹשֵׁן** Prou. VI, 12 *scelestissimus ille, uel etiam seditiosissimus*; nam ἀμαρτία dicitur de quocunque scelere, de seditione etiam, ut Hebr. XII, 3. in primis aduersus Deum, ut Hebr. X, 26. et alibi. Ὁ ὕδρ τῆς ἀπωλείας, **לְעַלְבֵּי בְרִית** s. **בְּ** Prou. VI, 12. *perditissimus, aut desperatissimus ille.* An Paulus unum aut singularem hominem, an plures notauerit his uerbis, deinceps uidebimus. Collectiuum certe nomen esse potest; nam plures saepe uno nomine aut una imagine significantur, ut Ioannes ipse 1 epist. II, 18. τὸν ἀντιχριστον de multis Christi aduersariis interpretatur, qui locus perspicue docet, nullam uim esse praepositi articuli, quae efficiat, ut nonnisi unus hic debeat intelligi.

4. δ ἀντικείμενος — ὅτι εἰς θεόν) *Qui seditionem faciat efferatque sese contra omnem qui Deus dicitur aut uenerabilis, ita ut is instar Dei etiam audeat in templo Dei confidere, atque se ipse praebere Deum.* δ ἀντικείμενος — ἡ εἰσβάσις) *Dei, omnisque diuini cultus superbus contemtor.* Verba desumpta sunt ex Dan. XI, 36. ubi LXX. habent: ὑψωθήσεται καὶ μεγαλυνθήσεται ἐπὶ πάντα θεόν. Mutuatus est tamen Apostolus uerba tantum, non quoque sensum; minime enim loquitur de illo rege cuius res gestas Daniel narrauit, alia etiam pro Danielis uerbis substituit, in quibus substitutis ea est significatio, perditissimum illum

illum seditionem esse facturum, et sese elaturum contra unum qui Deus dicitur aut uenerabilis. Ἀντικείμενος pertinet ad uerba ἐπὶ πάντα θεόν, et ἐπὶ hic ut *contra*, *aduersus*, significat, ut Matth. X, 21. Marc. 13, 24. Matth. XXVI, 55. Πᾶς λεγόμενος θεός, *quisquis Deus uocatur*, siue ille sit uerus Deus, siue aliarum gentium Dii falsi, siue Principes etiam et magistratus, qui *terreni* Dii et κύριοι appellantur, ut ⲙⲉⲛⲧⲁⲛ Hebraeis. Potest tamen haec formula uniuersaliter accipi: *wider alles, was Gott und göttlich heist*. Σίβασμα, quod ad cultum religiosum pertinet, uelut templa, arae, Deorum statuæ, Act. XVII, 23. ὡς αὐτὸν — ἐπὶ θεός) *Ita ut se in templo Dei collocet, coram omnibus Deus haberi cupiens*. Καθίσαι saepissime est transitiuum, ut Eph. I, 20. αὐτὸν autem ponitur pro ἑαυτὸν, aut scribendum αὐτὸν, quod liberum nobis, quum ueteres codices istas spirituum, quos uocant, notas haud habuerint. Ἀποδεικνύοντα, i. e. περιωμένον ἀποδεικνύοναι, siue σπεδάζοντα θεὸν νομίζουσαι. Haec omnia proprie intelligi, nulla efflagitat necessitas, quasi nempe impius ille in ipso templo Hierosolymitano adorari se aliquando passurus esset; potest enim, ut in oraculis fieri solet, poëtice et symbolice exprimi impietas summa, coniuncta cum effraenata libidine, omnisque diuini numinis contemptus. Haud raro ii iē quasi ingerere in cultum honoremque diuinum dicuntur, qui persuadendo aut cogendo se magis audiri postulant quam Deum, omninoque qui pari cum Deo dignitate fruuntur, ut *Deus* uel in Scripturis sacris est pro omni re aut persona, quam quis maxime colat et sequatur, ut Phil. III, 19. Col. III, 5. Io. X, 35. 2 Cor. IV, 4. Cultum denique et

adorationem diuinam postulare sibi, nihil aliud est quam uelle, ea sibi fieri quae uni debentur Deo, ut Matth. IV, 9. Apoc. XIII, 4. XIV, 9. Iam, si de sensu quaeratur, negari nequit locum nostrum ita similem esse illi uaticinationi Christi quae legitur Matth. XXIV. Marc. XIII, et Luc. XXI. et illi quae per omnem Apocalypseos Ioanneae librum diffusa est, ut uel uerbis ex illis expressus uideatur; quod fuse demonstrauit *NOESSELT* l. c. p. 263. sqq. Consentiant autem fere recentiores interpretes, omnem illam Christi uaticinationem ad euerfionem Hierosolymorum, signaque antegressa, ut uexationem Christianorum a Iudaeis, fraudem eorum, qui Iudaeis auctores essent seditionis aduersus Romanos, ceteraque referendam esse, quanquam concedi debet, ab isto reipublicae Iudaicae exitio Christianorumque liberatione posthaec apud Matthaeum Christi sermonem ad diem hominibus uniuersis fatalem conuerti. Apocalypsis etiam Ioannis aeta similis est Pauli loco, ut Paulus compressius, Ioannes latius eandem rem proposuisse, atque Pauli sententias quasi commentario dilataste uideatur. Ergo sumere licebit, utramque uaticinationem Christi et Ioannis monstrare nobis uias ad uerum loci nostri sensum reperiendum. Hoc posito, ii qui u. 3. et 4. nominibus collectiuis describuntur, ut in Christi oraculo, erunt omnes, qui ante euerfionem Hierosolymorum sibi uindicabant auctoritatem Dei, quos Christus *ψευδοπροφήτας* dicit, quorum quisque se Christum inter Iudaeos, h. e. liberatorem populi Iudaici mentiebatur, efficiebatque oblati monstris et portentis, ut Iudaei decepti ad bellum Romanis inferendum persequendumque inflammarentur, ut omnes ii, qui talem tanquam a Deo ad Iudaeos seruitute Romana liberandos missum colebant, laudabantque, eum tanquam praesentissimum Deum uenerarent.



nerarentur. Cf. etiam Apocal. XI, 7. sqq. XIII, 5. sqq. et loca similia. Nominatim uero zelotae tales fuerunt, quales Papius Ioannesque descripsit, quod omnes eorum mores, si *IOSEPHUM* audiamus, loquuntur. Sic Ananus, Pontifex Maximus apud Iosephum (de Bello Ind. IV, 3. 10. contra zelotas et de iis dicit: *domum Dei nefandis piaculis repletam, et sacra conculcata, Iudaeos autem medio sanctuario inambulare, calidis quasi caede popularium manibus, Numenque diuinum contumeliose tractare, quum ne Romani quidem ipsi uel unquam limitem profanorum transierint, uel sacras consuetudines uiolarint, sed sacrorum locorum ambitum quasi eminus cum horrore adspexerint.* Multa alia commemorat Iosephus de horum hominum immani crudelitate, impudicitia foedissimaque libidine, seditione atque ab Imperatore Romano defectione. Vid. *NOESSELT* p. 288. sqq.

5. ἡ μνημονεύετε — ἔλεγον ὑμῖν;) Non nunc primum haec dico, ne nunc me ista comminisci putetis, lucrandi temporis causa. Iam alias coram a me admoniti fuistis de ea re.

6. καὶ νῦν κατέχον οἴδατε) *Atqui scitis, quid illum impedit, quo minus erumpat.* Κατέχειν respondet Hebraeo קָחָה Gen. XXIV, 56. קָחָה Gen. XLII, 19. Cf. statim u. 7. ubi in masculino ὁ κατέχων dicitur. Hominem itaque designari facile apparet; quis autem fuerit, obscurum est. *NOESSELTUS* diuinat, fuisse *Claudium*, qui tum, quum Paulus haec scriberet, summam imperii Romani tenebat; eo enim extincto, sub successore, Nerone inueteratum Iudaeorum odium tacitaeque discordiae sese ostendentes emerferunt.

εις τὸ ἀποκαλυφθῆναι — καιρῷ) *Vt ille (seditiosus) suo demum tempore emergat.* Verbis ἐν τῷ ἑαυτῷ καιρῷ tempus quo exstitura esset illa seditio, disiungitur ab eo tempore (νῦν) quo Paulus haec ad Theffalonicenses scripsit.

7. Τὸ γὰρ μυστήριον — γένηται) *Namque occulta iam serpit seditio, usque dum, qui cobibet, fit sublatus e medio.* Μυστήριον est simpliciter *quicquid alios latet, arcanum*, Rom. XVI, 25. adiuncta tamen nonnunquam magnitudinis et inauditae turpitudinis notione, uelut apud Ioseph. de B. I. I, 24. τὸν Ἀντιπάτρου βίον ἐκ ἄν ἀμάρτοι τις εἶπεν κακίας μυστήριον. Ἄνομία, Synonymum τῆς ἀποστασίας, u. 3. Sic LXX. et Theodotion hebr. פִּרְדּוֹ interpretantur ἀποστασίαν et ἄνομίαν. Cf. Ies. I, 5. Ἐνεργεῖται, agit, operatur, uel potius Passiue: *cluditur, serpit.* μόνον — ἐκ μέσων γένηται) Constructio est talis: μόνον ἕως ἐκ μέσων γένηται ὁ ἄρτι κατέχων, καὶ τότε etc. *modo e uita discesserit is, qui adhuc detinet impietatem*, tum nihil amplius erit, quo eius uis porro coërceatur. Ὁ κατέχων, in masculino, indicat hominem quendam. Habet tamen Syrus et hic Neutram, ut u. 6. et posset itaque in se etiam intelligi *euentus quilibet.* Ἐκ μέσων γίνεσθαι, *e medio tolli*, dicitur homo, quando necatur, uel morte uiolenta opprimitur. Paulum de seipso loqui, uerisimile non est; nam, (ut statim dicit Apostolus, com. 8.) post mortem huius κατέχοντος statim se ostendet impius ille, et poena afficitur in aduentu Christi.

8. καὶ τότε — ὁ ἄνομος) *Et tunc prodet se seditiosus ille.* Ὁ ἄνομος idem, qui supra ὁ ἄνθρωπος τῆς ἀμαρτίας. ὃν ὁ κύριος — τῷ εἰσόδῳ αὐτοῦ) Post ὁ κύριος addunt

dunt Ἰησοῦς Codices, Versiones et Patres diuersarum recensionum. *Quem Dominus Iesus penitus perdet ui sua potentissima, et e medio tollet, quum maiestate insignis adueniet.* Ἀναλίσκειν, penitus perdere, consumere. τῷ πνεύματι τῷ σώματος αὐτοῦ, פִּי בְרוּחַ Pf. XXXIII, 6. f. בְּרוּחַ שְׁפָתַי Ies. XI, 4. Poëtica descriptio potentiae diuinæ, quæ uel uerbo, uel solo quasi afflatu morti et perniciæ dare homines ualet. In sequentibus uerbis est ἐπιδήγησις priorum, more Hebraeo. Καταργεῖν a uerbo ἀναλίσκειν sensu non differt. Ἐπιφάνεια τῆς παρουσίας, aduentus illustratio, est ἐπιφανῆς παρουσία, illustris aduentus, aduentus splendore et maiestate insignis. Per ἐπιφάνειαν, praesentiam Deorum, Profani saepe intelligunt potentiam eorum, et uim hominibus salutarem. Dionys. Hal. Ant. L. II, 68. Vestam narrat, saepe ἐπιφάνειαν — ἐπιδείξασθαι ταῖς ἀδίως ἐγκληθείσαις παρθένοις, efficaciam auxilium ostendisse periclitantibus falso crimine uirginibus. Sic ergo haec ἐπιφάνεια τῷ χριστῷ simul innuit, hanc τῷ ἀνομῷ perniciem piis simul fore salutarem, quo sensu et hebraicum נִוְרָאוֹת, facta tremenda, 2 Sam. VII, 23. per ἐπιφάνειαν a Graecis ueruntur. Illustrem aut praesentissimum aduentum Domini contineri excidio Hierosolymitano sua sponte intelligitur. Non obstat, quod sic παρουσία Domini alio sensu accipiatur quam u. 1. ubi Paulus de ultimo Christi aduentu locutus fuerat. Nam παρουσίαν Dei in sacris litteris saepe de quacunque effectione diuina, et nonnunquam etiam de aduentu Christi ad reipublicae Iudaicae excidium usurpari, (ueluti Luc. XVII, 24. Matth. XXIV, 27.) satis constat. Quis intelligendus sit aduentus, ceterae res indicant quæ in aliquo loco commemorantur. Hoc

autem

autem loco Paulus supplicium, quo Christus affecturus esset Iudaeos, aptissime appellat *παρσίαν τῷ Κυρίῳ*, propterea quod eam tanquam contrariam opponere uellet τῇ *παρσίᾳ τῷ ἀνόμῳ*, nec erat necesse, ut haec Domini *παρσία* ab altera illa u. 1. aliter discerneretur, quam commemoratione rerum, quae, qualem Christi *παρσίαν* u. 8. significasset, planissime docerent. Coniungit Paulus mentionem utriusque aduentus, siue quod sciret utrumque a Iudaeis, quales fuerant Thessalonicenses, nullo modo discerni, sed unum in tempus conici, siue quod ipse tempus nesciret. Iam autem uim Christi, qua se praesentem Iudaeis seditiosis ostenderit, eosque funditus deleuerit, exprimit Paulus his uerbis: *Dominus euertet eos halitu oris sui, penitus perdet et consumet.*

9. ἡ ἔστιν — *τέρασι ψεύδους*) Ille quum adierit, uaria miraculorum fraudulentorum genera ui Satanae patrabit. Referendum est ἡ ad τῷ ἀνόμῳ, non ad proximum αὐτῷ. Δύναμις, uis miracula patranda, ut σημεῖα et τέρατα *miracula ipsa*. Nec tamen haec tria uocabula anxie sunt distinguenda; nam designantur tantum uaria miraculorum genera. *ψεύδος*, hebr. קרש uel ניש *uanitas, fraus*. *Τέρατα ψεύδους*, pro ψευδᾶ, *miracula falsa, fraudulenta*. Ἡ *παρσία αὐτῷ ἔστιν ἐν πάσῃ δυνάμει, quum adierit, patrabit miracula*. Κατ' ἐνέργειαν τῷ Σατανᾷ refer ad uerba ἐν πάσῃ δυνάμει etc. *Vi Satanae*. Potest hoc intelligi uel de miraculis adiuuante Satana patratis, uel de meris praestigiatorum artibus, maxime si eo consilio et ea ui excoGITentur et suscipiantur, ut religioni noxa inferatur. Quicquid enim impedimentum religionis est, id operationi Satanae tribuitur. Io. XIV, 50. Rom. XVI, 20. 1 Tim. V, 15.

V, 15. De fraude et commenticiis prodigiis zelotarum IOSEPHVS: (de B. Iud. VI, 5. 3.) *miserum populum*, (inquit,) *Deum ementiti* (καταψευδόμενοι τῷ θεῷ) *in suas partes traxerunt. Causa interitus Iudaeorum*, ut paullo ante refert (ibidem §. 2.) *erat falsus quidam propheta, qui illo tempore ciuibus nunciauerat: Deus iubet in templum ascendere consecuturos salutis signa. Multi autem tum erant subornati a tyrannis ad populum prophetæ, nunciantes expectandum esse auxilium a Deo.*

ΙΟ. καὶ ἐν πάσῃ — ἀπολλυμένοις) *Et uarii generis impias fraudes exercebit inter improbos perditosque homines.* Ἀπάτη *impostura, deceptio*, et de doctrina falsorum Prophetarum, et de artibus, quibus eam animis hominum infinuare studebant, dicitur. Ἀπάτη ἀδικίας, pro ἀδικίας, i. e. ἀσεβείας, *fraudes impiae.* Ἀδικία inter hebraeas uoces maxime respondentem habet נִי quae et παρανομία et ἀσέβεια uertitur. Ἀπολλυμένοις, *homines perditii*, quales erant, qui corrumpi a pseudoprophetis se patiebantur, et quos ineuitabilis miseria expectat. Hoc loco nominatim sunt ii, qui decepti portentis et fraude nefaria, cultu et obsequio profecuti sunt zelotas, facti ipsis amici aut sceleris certe socii. Ἀνθ' ὧν — σωθῆναι αὐτοὺς) *Quoniam non admiserunt ueritatem qua seruari potuissent.* Ἀνθ' ὧν, רשע תהיה *propterea quod.* Ἀγάπην τῆς ἀλήθειας δέχασθαι, pro ἀγαπᾶν τὴν ἀλήθειαν, *operam dare cognoscendae ueritati.* Ἀλήθεια, quam isti perditii homines repudiarunt est in uniuersum uerae religionis doctrina, qua mores eorum pessimi corrigi potuissent, si ei praeuissent aures, inprimis uero doctrina christiana, Gal. V, 7. *Grotius*

ἀγάπην

ἀγάπην interpretatur beneficium Dei in patefacienda nobis ueritate Euangelica. Εἰς τὸ σωθῆναι αὐτούς. Si enim accepissent Euangelium, seruati et ipsi fuissent, serio id agente Deo.

11. Καὶ διὰ τὸτο — τῷ ψεύδει) *Quapropter permittet Deus, ut speciosis grauissimisque pseudoprophetarum fraudibus decipiantur.* Διὰ τὸτο, sc. τὸ μὴ δεῖσθαι αὐτούς τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας. Πέμψει, i. e. permittet, patietur, ut tales res eueniant. Ἐνέργειαν πλάνης, i. e. πλάνην ἐνεργῆν, fraudes efficacissimas, speciosas, tum eruditionis ostentatione, tum signorum praestigiis, tum eo maxime, quod carni blandiantur. ψεῦδος, קרשׁ, *doctrina spuria, spuriis miraculis confirmata.*

12. ἵνα κριθῶσι — ἐν τῇ ἀδικίᾳ) Ἴνα est ἐκβατικόν, *ita fiet ut etc.* Κρίνειν, וצפׁו h. l. ut saepius est poenis et suppliciis afficere, quod alias est κατακρίνειν. Sub poenis autem h. l. intelligenda sunt mala, quae necessario illos errores consequuntur, e. c. ut careant omnibus Euangelii beneficiis in hac uita, et futura post hanc uitam felicitate. Ἀλήθεια et ἀδικία, supra u. 10.

13. ὅτι εὖλοιο — εἰς σωτηρίαν) *Quod estis inter primos, quos Deus per Christum felices reddere uoluit.* Ἀρεσθαι, quod alias ἐκλέγεσθαι, hebr. באר, האמיר Deut. XXVI, 18. Σωτηρία, ישוע׳, pro εὐδαιμονία. Ἄτ' ἀρχῆς, respondet uocibus hebraicis מועול et מקדם. Potest intelligi de aeternis Dei consiliis in adducendis ad christianam religionem Thessalonicensibus; potest etiam sumi pro

pro **הַשְׁמֵרָה**, 2 Sam. VII, 10. Zach. XII, 7. *ab initio*, sc. Euangelii. *ἐν ἀγιασμῷ — ἀληθείας*) *Dum spiritus suus donis uos sibi consecrauit, et perduxit ad obsequium uerae religioni praestitum.* Referuntur haec ad εἶλετο ὑμᾶς, et posita uidentur pro ἡγιασμένους ὑμᾶς ἐν πνεύματι. Ἀγιάζεσθαι igitur non multum differt a significatione uerbi ἁγιάζεσθαι, quod exprimit dignitatem illam insignem, quae, ut olim Iudaeis prae, ceteris gentibus, sic nunc Christianis contigit, ut nempe essent Dei populus peculiaris. Potest etiam ἀγιασμός esse conuersio uel emendatio mentis. Πνεῦμα autem denotat dona illa spiritus, quibus Thessalonicenses conuicti de ueritate, et emendati mente fuerunt, ipsa doctrina Christi, quae, quoniam perfectior est lege Moisaica saepe in N. T. πνεῦμα appellatur. Πίστις ἀληθείας h. e. πίστις εἰς ἀλήθειαν, *fides religioni Christianae adhibita.* Sensus igitur est: *Deus ad salutem uos perduxit dum emendauit uos per doctrinam Christi perfectiorem, et effecit ut fidens haberetis religioni.*

14. εἰς δ — Ἰησοῦ Χριστοῦ) *Ad hoc enim (obsequium doctrinae Christi praestandum,) uocauit uos Deus institutione nostra etc.* Potest etiam εἰς δ referri ad totam illam rem, de qua u. 13. sermo fuerat, nempe ad felicitatem, qua Thessalonicenses tanquam Christiani fruebantur, et cognitionem atque mentis emendationem, qua huius felicitatis ca-

paces redditi fuerant. 'Ευαγγέλιον autem h. l. est institutio Apostoli ipsa, Rom. II, 16. I Theff. I, 5. Εἰς περιποίησιν δόξης — χρισῶ, ut consequamini felicitatem a Domino nostro I. Ch. nobis paratam. Εἰς περιποίησιν δόξης pro εἰς τὸ περιποιῆσθαι (κταῖσθαι, hebr. פרוּ Prou. VI, 32.) δόξαν. Δόξα autem, hebr. כבוד h. l. est σωτηρία, salus aeterna; et uocatur δόξα χρισῶ, quia similitudinem habet cum ea, qua Christus fruitur, et quia Christus eam nobis parauit.

15. σήμετε — ἐπιστολῆς ἡμῶν) *Constantes estote, et obsequium praestate praeceptis, quae didicistis a me, siue coram siue per litteras.* Στήκειν, constantem esse in religione, I Cor. XVI, 13. Παράδοσις est omnis institutio, doctrina, Matth. XV, 2: quem locum confer, et ibidem a nobis annotata. Κρατεῖν, idem quod κατέχειν, tenere doctrinam, et ita quidem tenere, ut ei praestes obsequium, I Cor. XI, 2. λόγος est institutio Christianis coram tradita, quum apud eos esset.

16. ὁ ἀγαπήσας — ἐν χάριτι) *Qui pro suo in nos favore perpetuam consolationem et spem maximae felicitatis nobis largitus est, nullo merito nostro.* Ὁ ἀγαπήσας ἡμᾶς καὶ δεῖς, coniungi possunt, et uerti: qui pro suo in nos favore dat etc. Παράκλησις αἰώνιος uocatur ex obiecto, promissio aeternae felicitatis. Ἐλπίς ἀγαθή, spes  
rerum



*rerum optimarum, et maximae felicitatis. Ἐν χάριτι, nullo merito nostro.*

17. παρακαλέσαι — ἀγαθῶ) *Consoletur animos uestros, confirmetque uos, ut in doctrina et recte agendo constantes sitis. Ἐν παντὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀγαθῶ, i. e. eis πάντα λόγον καὶ πᾶν ἔργον ἀγαθόν.*

### CAP. III.

1. Ἰνα — πρὸς ὑμᾶς) *Vt doctrina Domini cito propagetur, et approbetur laudeturque, sicut apud uos. Λόγος τρέχει, ירוץ דבר יהוה Ps. CXLVII, 15. ab una urbe, regione, prouincia in alteram cito dimanat doctrina. Λόγος διεξάξεται, uel passiuè: approbatur, laudibus celebratur, uel in Medio: ipsa sibi laudem parat, nempe uim suam exferendo in animis hominum. Πρὸς, apud.*

2. καὶ ἵνα — ἀνορθώτων) *Et ut liberemur a flagitiosis, malisque hominibus; i. e. faciat Deus, ne aut calumniis, aut etiam exemplo nobis noceant. Ἄστοχοι, homines flagitiosi, Hesych. ἄστοχον, κνηρδον, αἰσχρδον. ἢ γὰρ πάντων ἢ τίσις) Non enim omnibus confidere possumus. Rara fides. Μὴ πάντων, pro ἑλίγων ex linguarum omnium ratione. Πίσις hic uidetur esse integritas, animi candor. Hefsius recte: Wie denn Treu und Glauben sehr selten ist. Haec interpretatio bene respondet u. 3.*

3. πισθς — ποιηρῆ) Πισθς ἴσιν δ κύριος, *fidem seruat Dominus*; tuto ei confidere possumus, etiamsi omnes homines fidem fallerent. Ὁ κύριος, *Deus*, uel *Christus*. Τῆ ποιηρῆ uel est Genitiuus Neutrius τῆ ποιηρῆς, et significat calamitates, quae Thessalonicensibus erant perferendae; uel est Genitiuus Masculini δ ποιηρῆς, et dicitur de *Satana*, omnis calamitatis et prauitatis auctore. Potest etiam collectiue sumi de quouis homine improbo.

4. πισθῶμεν — ἐφ' ὑμᾶς) *Optime de uobis spero, Deo adiuuante*. Ἐν κυρίῳ, *Deo adiuuante*.

5. δ δὲ κύριος — τῆ χρισῆ) *Deus autem faciat, ut animi uestri sint attentii ad amorem Dei, et ad Christi in perferendis calamitatibus patientiam*. Κατευθύσει τὴν καρδίαν εἰς τι, *facere ut quis attendat ad aliquid*. Ἀγάτη τῆ Θεῆ, *beneuolentia Dei erga homines*. Ἐπιμονὴ τῆ χρισῆ, *Christi in perferendis calamitatibus patientia* Hebr. XII, 2. Alii: *Imbuat Dominus animos uestros amore erga Deum, et patientia christiana, ut ἡ ὑπομονὴ τῆ χρισῆ sit patientia ad exemplum Christi; nec sic quidem male*.

6. παραγγέλλομεν — περιπατῶντες) *Praecipimus autem uobis, fratres, ex auctoritate Domini nostri Iesu Christi, ut*  
*subtra-*

*subtrahatis vos consuetudini cuiusque Christiani, qui disciplina neglecta uiuit incontinenter.* Στέλλεσθαι, uel σέλλειν, υποσέλλειν ε'αυτον ἀπό τινος, subtrahere se consuetudini alterius. Hesych. σέλλεσθαι, φοβεῖσθαι. Παντός, pro εκάσῃ, ἕ. Ἀτάκτως περιπατεῖν, *neglecta disciplina uiuere incontinenter.* Videntur fuisse inter Theſſalonicenses, qui neglecta opera manuarum, circumcurſitabant aliorum Christianorum aedes, tempus inutiliter consumentes, et opes lucrari annisi.

7. πῶς δεῖ μιμεῖσθαι ἡμᾶς) Quomodo uobis uiuendum sit, ut nos imitemini. I Theſſ. I, 6.

8. ὅτι ἐκ ἡταντήσαμεν — τινα ὑμῶν) Ἀτακτεῖν est ἀτάκτως περιπατεῖν, II. 6. Ἄρτον φαγεῖν παρὰ τινος, prouerbialis locutio: *accipere ab altero, quicquid ad uitam sustentandam opus fuerit.* Κόπος καὶ μόχθος, *uitae laboriosae molestias* exprimit. Νύκτα καὶ ἡμέραν, *affidue.* Ἐπιβαρῆσαι. Vid. I Theſſ. II, 9.

9. εἴχ' ὅτι ἐκ ἔχομεν ἐκμοῖαν) Ius nobis non deerat uiuendi uestro sumtu, I Cor. IX, 9. sq.

10. ὅτι, εἰ τις — ἐσθίειτω) Adagium est Hebraeorum uetus: *וְאִם לֹא יִשְׁלַח יָדָאֵל לֹא יִכְלֵא*, *qui non operatur, non comedit*, quod extat in Breschit Rabba c. 14. Cf. Drusii Praeterita ad h. 1. Est et alia sententia non dissimilis in

libro *Zeror*: *Qui non laborauerit in Profabbato, ne edat in Sabbato.* Amant Apostoli, ut et Christus, sententiis uti bonis, quae in ore erant populi aut sapientum. Sensus est: Qui labore uictum sibi parare detrectat, quum tamen sibi parare possit, is liberalitate uestra est indignus.

II. περιεργαζομένους) *Res alienas curantes; negligentes,* quod ipsorum est, et aliorum negotiis se immiscentes. In Glossario: περιεργάζομαι, *sciscitor; περιεργος, curiosus.* De tali hominum genere Horatius: *Percussatorem fugito. Nam garrulus idem est.* Et apud Aeschinem iuncta leguntur περιεργος et συνοφάντης. Eos ergo intelligit, qui aliena scrutando, et inde apud alios captando iocandi materiam, hoc misero uitae genere se sustentarent. De simili uitio feminarum agitur I Tim. V, 13.

12. τοῖς ἑδὲ τοιούτοις — ἐσθίωσιν) Διὰ τῆ κυριε ἡμῶν I. X. *Iesu Christi mandato.* Μετὰ ἡσυχίας opponitur discursantibus et garrulentibus. Τὸν ἑαυτῆ ἄρτον ἐσθίειν, *sibi ipsi uictum parare suo labore.* Comicis Latinis et Graecis *cibus alienus*, et ἀλλοτρία μάζα est uita parasitica. Ἄρτος, ut אָרֶץ apud Hebraeos pro omni cibo ponitur.

13. μὴ ἐκκαθήσθε καλοποιῶντες) *Ne fatigemini reſte agendo, uel potius benefaciendo,* ut Gal. VI, 9. ubi τὸ καλὸν ποιεῖν, quod hic contracte καλοποιῶν. Peccant quidem, inquit

inquit Paulus, qui uictum sibi labore manuum parare de-  
trectant, et aliis sunt graues. Vos autem non docet seg-  
nescere in benefaciendo.

14. εἰ δέ τις — σημειῖσθε) λόγος, 777, ἐντολαί, prae-  
cepta u. 12. proposita. Διὰ τῆς ἐπιστολῆς τῆτον ση-  
μειῖσθε, per litteras hunc mihi indicate; ut ego deinde  
statuam id, quod Spiritus dictauerit, 1 Cor. V, 3. In Glos-  
satio: σημειῖμαι, noto, signo. Denotat uero etiam signi-  
fico, indico, Philo de Ios. p. 560. A. δυσὼν ἤδη μαρτυρίαις  
σημειώσάμενος, τὸ μηδὲν ἔχθρος ὑποτυφισθαι, quum duobus  
testimoniis indicasset, nullam similitatem apud se latere.  
Ambiguum tamen est, utrum uerba διὰ τῆς ἐπιστολῆς cum prae-  
cedentibus, an cum sequentibus sint connectenda. Si ea cum  
praecedentibus connectas, sensus erit: Si quis his praecep-  
tis, per hanc epistolam hactenus explicatis, auscultare recu-  
sat, hunc talem signate, declarantes eum pro tali habendum.  
καὶ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ.) Nullam rem cum eo habete.  
Συναναμίγνυσθαι est familiariter uti, συγχρᾶσθαι alibi.  
ἵνα ἐντραπή) Vt pudore tactus ad meliorem mentem redeat.  
Matth. XVIII, 7. Verbum ἐντρέψασθαι occurrit hoc  
sensu Tit. II, 8.

15. καὶ μὴ — ὡς ἀσελφῶν). Καὶ, enim uero, attamen. Μὴ  
ὡς ἐχθρὸν ἠγεῖσθε, nolite eum trahere ut inimicum, sed  
saluti eius potius prospicite. Νεθετεῖν, admonendo corrigere.

16. αὐτὸς δὲ — παντὶ τρόπῳ) Ὁ κύριος τῆς εἰρήνης,  
cf. I Theff. V, 23. Δόξη ὑμῖν τὴν εἰρήνην, *largiatur*  
*uobis felicitatem*. Διὰ παντός, sc. χρόνῳ, *semper*.

17. ὁ ἀστασμός — ἐπιστολή) Haecenus in describenda  
Epistola manu scribae Paulus usus fuerat; haec scribit sua  
manu. Cf. I Cor. XVI, 27. Gal. VI, 11. Philem. 19.  
Addere solebat Paulus breuem sententiam, manu sua scriptam,  
ut ii, ad quos scribebat, cognoscerent, litteras non esse  
supposititias. Cf. supra II, 2. Alii de *monogrammate*, s.  
certo litterarum nexu, quo nomen suum Epistolae subscri-  
pisse uolunt, Apostolum, cogitant. Hoc esset σημάτων. ἔγω  
γράφω) Sic scribere soleo. Ita comparatus est litterarum  
ductus, quibus in scribendo adsueui. Haec uerba, (quae  
nempe leguntur u. 18.) subscribere soleo.

Finis Tomus IV.











92617